Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut14cath

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta,
aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

OBEUNTE

R^MO P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub Annum 1745. propositis

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis
in Ecclesiastico Foro versantibus apprime
utilis, & necessarius.

ACCCEDIT

Constitutio Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV.
de Concursibus Ecclesiarum Parochialium

TOMUS DECIMUSQUARTUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI

LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCXLV.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali
Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

LIBRARY
SEP 10 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX

Titulorum Cauſarum omnium,

Quæ anno 1745. in Sacra Congregatione Concilii fuerunt propoſitæ.

A

Alexandrina funerum 7. & 28. Aug. 1745. p.52. & 53.
Aquilana Indulti 13. Febr. 20. Mart. & 26. Jun. p.13. 14. & 38.
Aurien. Ordinationum 20. Mart. & 8. Maii pag.16. & 25.

B

Bitecten. Beneficii 20. Novemb. 4. & 18. Dec. p.69. 71. & 75.
Brugnaten. Plebanatus, & Præeminentiarum 18. Sep. & 20. Nov. pag.62. & 64.

C

Caſſanen. Cenſurarum 17. Jul. & 7. Aug. p.47. & 49.
Caſtri Maris Primiceriatus 30. Jan. & 13. Feb. pag.3. & 9.
Caſtri Maris Reſignationis Parochiæ 26. Junii 27. Julii 28. Aug. & 18. Sep. p.43. 45. 55. & 59.
Cingulana Prælationis 29. Maii p.32.
Civitaten. Indulti 20. Martii p.16.
Civitaten. Juris mulctandi 4. Dec. pag.71.
Civitatis Caſtellanæ Unionis, ſeu Applicationis, & Commutationis 18. Sept. & 18. Dec. p.58. & 76.
Comen. Diſmembrationis 7. Aug. pag.50.
Coſentina Reſtitutionis in integrum 20. Nov. & 4. Dec. p.68. & 71.
Cſanadien. 26. Jun. p.42.

E

Embricen. Jurium Canonicalium 18. Sept. & 29. Nov. p.64. & 65.
Eugubina 29. Maii & 26. Junii p.29. & 38.
Eugubina Præfecturæ Chori 17. Julii 18. Sept. 4. & 18. Dec. p.44. 61. 72. & 75.

F

Ferrarien. Confirmationis Concordiæ 29. Maii p.36.
Firmana Subſidiorum dotalium 26. Junii p.39.
Friſingen. 3. Apr. p.20.
Friſingen. Matrimonii 7. & 28. Aug. p.51. & 53.

G

Granaten. Matrimonii 18. Dec. pag.76.

H

Hiſpalen. reſtitutionis in integrum 28. Aug. p.53.
Hortana 13. Febr. p.9.
Hortana Funerum 3. Apr. p.22.

I

Januen. Affrancationis 30. Ian. & 13. Febr. p.6. & 8.
Imolen. Reductionis Miſſarum, & liberationis oneris 17. Iul. & 7. Aug. p.46. & 49.
Iſclana Nullitatis Edicti, & Suſpenſionis 29. Maii p.30.
Iuvenacen diſtributionum quotidianarum 30. Ian. 3. Apr. 29. Maii p.1. 19. & 30.

L

Lancianen Reſtitutionis in integrum 13. Febr. p.9.
Lisbonen. 28. Aug. & 18. Sept. p.57. & 59.
Luceorien. Matrimonii 17. Iul. & 28. Aug. p.45. & 54.

Me-

M

Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis 30.Ian. p.4.
Mediolanen. reſtitutionis in integrum 3.Apr.8.Maii 26.Iun.17.Iul.p.19. 25. 38. & 44.
Mileten. 26.Iun. & 7.Aug. p.39. & 49.
Mileten. Taxæ 20.Nov. & 4. Dec. p.67. & 70.
Monaſterien. ſeu Paderbonen. Matrimonii 26.Jun. 17.Iul. & 7.Aug. p.42. 45. & 49.

N

Amurcen. 30.Ian, p.1.
Narnien. 3. Apr. & 8. Maii p.23. & 25.
Nullius, ſeu Nonantulana jurium Parrochialium 3.Apr. & 8.Maii p.20. & 25.
Nullius Terræ Pontiani Commutationis voluntatis 30.Ian. p.1.

O

Veten. Coadjutoriæ 8. Maii p.26.
Oxomen. Indulti 30.Ian. & 3.April. p.3. & 19.

P

Placentina Iurisdictionis 20.Novebmb. & 4.Dec. p.67. & 70.
Plocen. Nullitatis Matrimonii 3.April. p.20.
Policaſtren. Iurium Parochialium 29. Maii & 7.Aug. p.34. & 50.
Policaſtren. Parochialis 28.Aug. & 18.Sept. p.55. & 59.
Prænestina fundationis Beneficii 20. Nov. & 4. Dec. p.66. & 70.
Puteo ana Erectionis Theſaurariatus 18. Dec. p.73.

R

Ravennaten. Altaris 20. Maii pag.35.
Romana Legati 13.Feb. & 20.Mart. pag.8. & 15.
Romana ſeu Bononien. Legati 17.Iu-7. Aug. 18. Sept., & 20. Nov. p.45. 49. 61. & 64.
Roſſanen. Iuris participandi 13.Feb. & 20.Mart. p.12. & 14.

S

Sabinen. Unionis 28.Aug. & 18. Sept. p.58. & 59.
Salamantina Erectionis 30.Ian.& 20. Mart. p.5. & 15.
Sancti Miniatis 13.Febr. & 20.Mart. p.9. & 15.
Spalaten. Irregularitatis 28.Auguſti p:54.
Spoletana diſtributionum quotidianarum 3.Aprlis & 8.Maii p.22. & 24.

T

Tarentina Matrimonii 8. & 29. Maii 17.Iul. p.27. 30. & 45.
Toletana Iurium Parrochialium, ſive Hoſpitalis, & Privilegiorum 20. Nov. p.65.

V

Veronen. 26.Iun. p.54.
Viterbien. 20. Martii, & 29. Maii pag.18. & 26.
Urbanien. Inſcriptionis 18.Decemb. pag.76.
Urbevetana Cathedratici 13. Febr. 20. Mart. & 8. Maii pag.10. 16. & 26.
Urbevetana Miſſæ Parrochialis 18. Dec. p.77.

Die Sabbathi 30. Januarii 1745.

DUÆ, quæ ſequuntur, Cauſæ in ultima ſplendidiſſimi hujus Ordinis Congregatione propoſitæ non fuerunt, rogamus itaque Ampliſſimos Patres, ut adeas definiendas ſolium illius Congregationis iterum, qua ſolent, humanitate perſpiciant.

NAMURCEN. in qua reſpondendum eſt. *Seſſ. 25. c. 19. de Reg.*

An ſubſtineatur ſententia Abbatis Generalis Prdinis Oræmonſtratenſis, itaut conſtet de nullitate Profeſſionis in caſu &c.

In caſu, de quo agitur ſupplicandum Sanctiſſimo pro ſanatione ſententiæ.

JUVENACEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM, cujus duo Dubia ſunt. *Seſſ 21. c. 3. Seſſ. 22. c. 3. Seſs. 24. c. 12. de reſor.*

I. *An Primicerius, & Canonici Deputati Eccleſiæ Collegiatæ Terlitii ad formam ſtatuti dictæ Eccleſiæ per Viſitatorem Apoſtolicum de anno 1727. confirmati teneantur ſolvere quotidianas diſtributiones maturatas, & non ſolutas a die 1. Septembris anni 1743. & in poſterum decurrendas in caſu &c.* Et quatenus affirmative.

II. *An expenſæ futurarum litium detrahi poſſint ex diſtributionibus quotidianis, ſeu quomodo ſit providendum in caſu &c.*

Non propoſita.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Dedimus Cauſæ hujus ſpeciem, rationeſque omnes in ſolio Congregationis habitæ die 25. Januarii anni nuper tranſacti 1744., ſed cauſa illa die propoſita non fuit: In Congregatione vero habita die 8. ſequentis menſis Februarii reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres; *Dilata & ad mentem, nec non audiatur Eminentiſſimus Commendatarius: Mens eſt quod compellantur hæredes ad ſolutionem debiti*: Auditus igitur Eminentiſſimus Commendatarius retulit diſertiſſima Epiſtola ambigi non poſſe de mutanda voluntate defuncti; As enim hæreditarium Canonici Martini Domini non excedere ſcut. 10675., ut illius firmatione compertum eſt: parum vero augeri poſſe, etiamſi in judicio, quod nunc agitur, obtineatur contra Franciſcam Vannitam hæredem Hieronymæ Jacomacciæ hæredis uſufructuariæ Jo. Baptiſtæ Domini, a quo Canonici Martini hæreditas diſtractionibus, atque alienationibus deminuta fuit, ut ex his facile poſsit intelligi tenui hac quantitate ſcut. 10675. impoſſibile prorſus eſſe, ut monaſtarium; quod Teſtator voluit, extrahatur, & dotetur. *Seſſ 22. c. 12. de reſ.*

Sed & aliis rationibus minuendam fore dicit Eminentiſsimus Commenda-

tarius hanc bonorum hæreditariorum quantitatem, & primo, quod ex ea detrahenda sint scut. 3342., quanti sunt bona Emphyteutica Mensæ Abbatialis, quorum vindicandorum jus, atque actionem esse Mensæ suæ late disputat Eminentissimus Abbas; quod vetitum sit Capitularibus dispositionibus bona emphyteutica sive per contractus, sive per ultimas voluntates distrahere, & transferre in manus mortuas qualis esset opus pium, in quod mutaretur voluntas Canonici Martini. Inde aliam detractionem dimidiæ partis bonorum liberorum sibi velle hæredes Proprietarios Jo. Baptistæ Domini ex Juribus Clementis aliorumque fratrum Canonici Martini, quos inter communionem universalem bonorum, & jurium fuisse contendunt: Cui tamen actioni vehementer obesse fatetur Eminentissimus Abbas Commendatarius legatum a Felice Domino datum filiis fratrum, quo vetitum fuit adjecta lege caducaria, litem aliquam ex quocumque capite inferre; quod legatum agnitum fuit a fratrum filiis. Ex his omnibus colligit Eminentissimus Abbas mutandam omnino esse defuncti voluntatem. Modus vero mutationis, quem probat, est, ut Ecclesia parochialis Pontiani, quæ angusta nimis est, pecuniis hujus hæreditatis amplietur, utque duo Canonicatus in eadem Ecclesia constituantur favore descendentium a Jo. Baptista Domino seniore, dato iisdem onere præstandi quotannis duas dotes puellis ab eodem Jo. Baptista descendentibus.

Hæc summa est Epistolæ Eminentissimi Abbatis: Hæredes autem proprietarii Jo. Baptistæ Domin disputant mutandam esse ab Amplissimis Patribus sententiam, quia in Congregatione habita die 5. Maii 1743. proposito dubio, *An subsistineretur compositio cum cessione Jurium facta a R. Fabrica S. Petri favore quondam Jo. Baptistæ de Dominis?* Responderunt *negative*, idque placuit in altera Congregatione diei 21. Julii ejusdem anni; nam cum comperta nunc sit tenuitas hæreditatis Canonici Martini, dignoscatur nullam subreptionem, obreptionemque obtigisse in Transactione cum R. Fabrica, & vera dixisse Jo. Baptistam Dominum, qui narravit Patrimonium defuncti Canonici non excedere scut. 15. millia, itaut ruat ratio hujus amplissimi Ordinis, qui censuit transactionem non subsistineri; quod falsum suggestum fuisset, cum hæreditas esset scut 26. mille. Cæterum si his spretis placeat Amplissimis Patribus quæstionem tractare commutationis voluntatis Canonici Martini, mutandam & ipsi disputant juxta sententiam Eminentissimi Abbatis, salvis tamen eorum favore Juribus Patronatus Canonicatuum in Ecclesia Parochiali constituendorum, & facta prius detractione dimidiæ partis bonorum liberorum ex causa communionis universalis inter fratres, in qua demonstranda operam omnem collocant, spreta renunciatione tacita, quæ oritur ex agnitione legati, quod animus, & consensus ad incognita porrigi, trahique non possit.

Contra hæc omnia Palenga, Gerardinius, aliique descendentes a seniore Jo. Baptista Domino, qui postularunt in Congregatione die 25. Januarii anni nuper transacti, ut mutaretur voluntas Canonici Martini in aliud opus pium quatuor Canonicatuum in Ecclesia Parochiali, & Collegiata Pontiani constituendorum, cum onere præstandi quotannis ex fructibus hæreditatis duas dotes, quæ singulæ sint scut. 50. Puellis a Jo. Baptista seniore descendentibus, postulant iterum, ut Eminentissimi Patres in hanc sententiam descendant. Neque enim amplius ambigi posse necessario mutandam esse voluntatem, quod Canonici Martini hæreditas satis non sit ad opus monasterii implendum, neque tamen detrahendum esse pretium bonorum Emphitheuticorum Mensæ Abbatialis, quod nullum vindicationis jus Mensæ esse possit, redactis bonis Emphitheuticis ad instar allodialium, ut definitum est a *Sac. Rota coram Ninot. decis. 40. n. 6.*

& de-

*& decis.*240. *num.*6. *par.*19. *recent*, & consequenter distrahi, atque in alios transferri possint cum inter vivos, tum causa mortis, & ab Ecclesia, Locove Pio, sive hærede, sive Legatario, sive emptore, aut donatario retineri, si patiatur Eminentissimus Abbas; & si repugnet, cogi tantum posse Locum Pium, ut bona illa vendat, pretiumque novet in alia bona, quo pia defuncti voluntas impleri possit, & definitum est ab eadem *S. Rota dec.*593. *par.*18. *vol.*2. *recen. a num.*5. *ad fin. & d. dec.*249. *par.*19. *recen.*

Nullam quoque hæredes Proprietarios Io: Baptistæ junioris actionem habere, ut detrahatur pars dimidia bonorum liberorum, cum communio illa universalis non probetur ea ratione, qua jure opus est, & præsertim necessaria illa arcæ communis; & si probaretur communio, repellendos adhuc esse exceptione agnitionis legati, & legis caducariæ Testamento Felicis Domini indictæ. Atque hæc sunt, quæ in libellis litigantium proponuntur. Omnibus itaque expensis decernant Amplissimi Patres ea, qua solent & juris prudentia, & animi Religione, repetita pridem lectione Folii Congregationis habitæ die 25. Ianuarii anni 1744.

An sit Consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis quondam Canonici Martini de Dominis, & quomodo in casu &c.

Consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis juxta mentem communicandam Eminentissimo Commendatario; in reliquis ad judices suos, & interim Eminentissimus Abbas incumbat administrationi, & indemnitati hæreditatis etiam cum facultatibus Sacræ Congregationis.

OXOMEN. INDULTI: Iussu splendidissimi hujus Ordinis hæc causa proponitur, quæ data fuit in folio Congregationis habitæ die 21. transacti mensis Novembris: Cum autem definitionem differri postulasset Aloysius Salzedo, & Rio, rescripserunt Eminentissimi Patres *Dilata, & proponatur in prima post Reges etiam unica*. Putamus Aloysium libellum jurium suorum nunc daturum, poteruntque ideo Amplissimi Patres respondere. *Sess.*15. *c.*12. *de ref.*

An sit locus concessioni Indulti in casu &c.

Negative.

CASTRIMARIS PRIMICERIATUS: Quartum nunc hæc Causa proponitur, quæ primum data fuit in Folio Congregationis habitæ die 29. Augusti superioris anni. Inde in Congregatione diei 19. Septembris responsum fuit *negative*. Tertium proposita in Congregatione habita die 5. Decembris, & paribus Eminentissimorum Patrum distracta suffragiis rescriptum fuit *Iterum* Proponatur: nunc & Primicerius & Capitulum novis oblatis libellis definitionem expectant. Dubium quod disceptatur est: *An liceat moderno Canonico Theologo Ecclesiæ Cathedralis Castrimaris assequi. & simul retinere Dignitatem Primiceriatus cum aserta Prebenda de Jurepatronatus ejusdem Capituli in casu &c.* Perpensis vero iis, quæ in Libellis proponuntur quæque data fuerunt in Foliis illarum Congregationum respondendum est. *Sess.*7. *c.*4. *Sess.*24. *c.*17. *de refor.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata, & proponatur in proxima cum iisdem.

Sess. 24. c. 19. de Reg.

MEDIOLANEN. NULLITATIS PROFESSIONIS. Pertinet hæc causa ad edictum Prætoris, *quod metus causa gestum, ratum non habeo*, & ad regulam Pontificii Juris, quæ est *in cap. 2. de his, quæ vi, metusque causa fiunt*, nam primus Pezzius reclamationem proponit actionem contra professionem suam, quod vi metuque gravi, qui constantis, fortisque animi virum concutere potuerit, adactus a Patre, patruoque fuerit ad Sacras Vestes suscipiendas in Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli decollati in Collegio S. Mariæ in Carrobiolo Modoetiæ Diœcesis Mediolanensis, atque inde ad emittendam professionem accepto nomine Antonii Mariæ. Nihil autem interest, quod a patruo magis, quam a patre metus fuerit illatus, intervenit enim Prætor, ut actum irritum faciat, ut est *in l. si cum exceptione* §. *In hac actione ff. quod metus causa* ibi: *non quæritur, utrum is, qui convenitur an alius metum fecerit, sufficit enim in hoc docere metum sibi fuisse illatum*, & in *l. non interest Cod. de his quæ vi metusque caus.* traduntque ad rem nostram *Lazzau. cons.47. num.63., Vrsaya discept. Eccles.1. §.8. num.30., & seqq. vol.4. par.1., Rota coram Lodovis. dec.326. num.18. & 23.* in casu metus incusi a parente, qui ducentis milliaribus a filio distabat, definivit *Rot. coram Peutinger, decis.32. num.11., & decis.75. num.12.* Ideoque omnis quæstio eo est deducenda, ut ex facto inquiramus an metus hic illatus probetur.

Ex Testibus *formiter* repetitis, quos inter duo sunt Religiosi Ordinis, scimus Carolum Bernardum Pezzium primi patrem, cum magnam rei familiaris jacturam fecisset, animum advertisse, ut primus, qui nondum firma erat ætate, Monasterium ingrederetur: operam illi præstabat Pater Franciscus Pezzius Caroli Frater, qui in eadem Congregatione Clericorum Regularium magni nominis erat, ut inde honores plures, & munera gesserit in eodem Ordine. Renuebat tamen Primus, animumque adversum monstrabat institutis monacorum, sed a Patre, cujus ingenium proclive erat ad feritatem, male excipiebatur non minis tantum, sed etiam verberibus; eadem vestigia Patruus præmebat, ut indicaret se eum militiæ daturum: atque his artibus victus tandem primus die 19. Octobris anni 1730. sacras vestes suscepit. In ipso tamen actu, quo ad Monasterium pergebat, adversam voluntatem suam fletu, & lacrimis manifestam fecit: manifestissimam vero in ipso probationis anno; pluries enim declaravit nolle Monasticæ disciplinæ nomen dare, metu & vi illata coactum fuisse vestes illas suscipere, a quibus animus refugiebat. Sed frustra: obsistebat enim metus a Patre, & Patruo, qui eo tempore provincialis fuerat renunciatus.

Mortem obiit nondum exacto probationis anno Carolus Bernardus Pater, & primus parte metus solutus liberius animi sui sensa declarabat: omnia tamen in irritum cessere, nam patruus authoritate Exequutoris Testamentarii, quam habuerat a fratre defuncto, & potentia muneris, officiique sui ita primum minis concussit, & perterre fecit, ut vix impleta legitima ætate professionem emittere coactus fuerit in manibus ipsius patrui die 21. Octobris anni 1731. Non destitit tamen primus perpetuas contrariæ suæ voluntatis protestationes emittere, nihil intactum reliquits ut quoquo posset modo sese in pristinam libertatem reciperet. Non equidem in judicio querelam propolvit, quod ut ipse tradit in examine formali, putaret satis esse protestationes, quas coram honestis probisque viris, atque amicis emittebat, sed omnia a patruo intercipiebantur, qui ultima tandem ægritudine laborans adhuc animo esse potuit, ut diceret satius esse mori, quam nullam, atque irritam videre Antonii Mariæ Professionem.

Defuncto igitur die 27. Mensis Ianuarii anni 1743. Francisco patruo, metu

metu omni solutus P. Antonius libellum obtulit, quo querelam proponebat, & actione quod metus causa contra professionem, quam emiserat; data inde ab amplissimo Ordine jurisdictione Eminentissimo Mediolani Archiepiscopo, repetiti fuerunt Testes, qui in processu judiciali sunt: Atque hæc ex facto, quod iidem Testes narrant, proponuntur. Ab Ordine, qui nihil contra Antonium Mariam excipit, nihil hactenus habuimus. Cætera ex libello ipsius Antonii cognoscere plenius poterunt Amplissimi Patres, hæc nobis satis esse videntur, ut ea, qua solent, æquanimitate, religione, & jurisprudentia definiant.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & scribat Defensor professionis sumptibus Religionis.

SALAMATINA ERECTIONIS: Ut iis, quas a Summorum Pontificum Constitutionibus habent, facultatibus uterentur Patres Minores Excalceati Ordinis D. Francisci, qui Monasterium incolunt in Villa Penaranda Salamantinæ Diœcesis, Tertium, quem vocant Ordinem Pœnitentiæ Virorum atque Mulierum ultimis transactis annis in eorum Ecclesia erexerunt. At quæ perpetua est inter Religiosos Viros, summo Christianæ pietatis detrimento, & scandalo Laicorum, æmulatio atque discordia, continuo sese contradictores præstiterunt alii ejusdem ordinis patres qui Minores Observanles nuncupantut. Licet enim horum Monasterium situm sit in alia Villa Alva, quæ octavo lapide distat a Penaranda, in hac tamen dudum alium tertium ordinem instituerunt, qui regitur a duobus patribus Monasterii Alvæ, habitantque ædes Penarandæ conductas impensis Corporatorum tertii ordinis. Commissarius igitur Generalis Minorum observantium libellum obtulit amplissimis Patribus, quo contra Minores Excalceatos, & patres Cappuccinos querelam turbatæ jurisdictionis proponebat, postulabatque, ut nulla atque irrita authoritate sacri Senatus declararetur erectio, utque tertius ille ordo dissolveretur: Audito itaque, ut fieri solet Episcopo, qui contra Minores Observantes respondit, & Minores Excalceatos purgat ab impictis criminibus, tria nunc controversiæ hujus capita amplissimis patribus definienda proponuntur. *Sess. 25. c. 1. de Reg.*

Longum profecto, atque inutile esset ea omnia, quibus Minorum Ordo honestatus fuit a Summis Pontificibus, Privilegia hic referre: satis erit monere facultatem hanc, potestatemque Tertium Ordinem Pœnitentiæ instituendi iis omnibus tributam fuisse, qui D. Francisci horum omnium Parentis, legitimi filii sunt, & veri successores, quoquo demum nomine nuncupentur, sive Minores Observantes, sive Excalceati, sive Recollecti, sive alio, atque alio, quod eo usque porrectum est, ut Minoribus etiam Cappuccinis facultas illa tributa fuerit largitate, atque indulgentia optimorum Pontificum Benedicti XIII., & Clementis XII. Nihil igitur proponi disputant Minores Excalceati, cur eodem beneficio, eademque potestate ipsi uti nequeant, qui spurii filii non sunt, quique unum cum Minoribus Observantibus Corpus constituunt, eumdemque totius Ordinis Præfectum agnoscunt, atque id & juris dispositione perspecta, & diuturna, in qua sunt, possessione, dicendum esse erectiones hasce, atque allectiones Corporatorum Tertii Ordinis fieri posse a Minoribus Excalceatis, ut fiant a Minoribus Observantibus, aliisque, atque ita definitum fuisse ab altero Amplissimo Ordine Eminentissimorum Patrum, qui negociis Episcoporum, & Regularium præpositi sunt in Congregatione habita die 2. *Septembris anni* 1740.

Eo igitur deducenda est disputatio, ut inquiramus, an novus institui possit Tertius Ordo, ubi alter dudum constitutus est, quod equidem nulla ratione

tione vetari posse contendunt Minores Excalceati, quando nihil vetat, ut in eadem Civitate, eodemque loco plura sint Monasteria, & Fratrum Collegia, eoque amplius quod iis, quas supra memoravimus, Optimorum Pontificum Benedicti XIII. & Clementis XII. Constitutionibus, eadem *Minoribus Cappuccinis* potestas tributa sit, *etiam ubi alii Tertiarii*, verba ipsa Constitutionum sunt, *ejusdem Crainis jam reperiuntur*; atque ob id contendunt quot sunt Minorum, sive Observantium, sive Discalceatorum, sive Cappuccinorum Monasteria, tot etiam esse, & constitui posse Tertii Ordinis Corpora, ut longa anteacti temporis fuga servatum esse dicunt in omnibus Hispaniarum Regnis, & praesertim servatur in Civitate Hispalis, & in universa Betica Provincia.

Postulant demum Minores Excalceati, ut Sacri Senatus imperio Tertius ille Ordo a Minoribus Observantibus Penarandæ, dudum licet institutus, dissolvatur, revocenturque ad Monasterium Alvæ duo illi Patres, qui in ædibus conductis soli vivunt Penarandæ, cum contra Juris Pontificii decreta, & Constitutiones Summorum Pontificum sit, ut Religiosi Viri extra Claustra Monasterii vitam ducant. Hæc igitur, quæ a Minoribus Excalceatis proponuntur, nondum enim Observantes Libellum Jurium suorum dederunt, secum animo reputent Eminentissimi Patres, ut tria, quæ subjicimus, capita definire possint.

I. An Patres Minores de Observantia Ordinis S. Francisci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de Pœnitentia ejusdem Ordinis S. Francisci privative quoad Patres Minores Excalceatos dicti Ordinis S. Francisci in casu &c.

II. An sit supprimendus Tertius Ordo nuncupatus de Pœnitentia S. Francisci erectus a Patribus Minoribus Excalceatis Ordinis S. Francisci in Villa de Penaranda in casu &c.

III. An Tertius Ordo in eadem Villa erectus a Patribus Minoribus de observantia Ordinis S. Francisci sit supprimendus in casu &c.

Dilata ad primam post Cineres.

Sess. 22. c. 11. de ref.

JANUEN. AFFRANCATIONIS: Obtinuit Jo. Baptista Marius nobilis Januensis sibi adjudicari bona quædam Hyacinthi Mainerii debitoris sui, quæ emphyteutica erant Ven. Monasterii S. Mariæ *in Passione*, cui dudum unita fuerunt bona alterius Monasterii D. Petri *de Vezema*. Hæc tamen addictio, seu adjudicatio, & bonorum possessio facta fuit, non interpellato Monasterio, nullo ejus quæsito, datove consensu, non soluto laudemio, nulla data Investitura, nulla facta recognitione in dominum. Hinc longa inter Monasterium, & Marium acta est controversia, quæ tandem tranlactione sopita fuit conciliatore animorum Amplissimo S.R.E. Cardinali Georgio Spinula. Rebus compositis libellum anno 1742. obtulit Marius Optimo Sanctissimoque Principi nostro, quo postulabat facultatem sibi tribui directum Monasterii Dominium emendi, seu ut dicunt *affrancandi* bona emphyteutica, paratam offerens solutionem sortis, quæ Canoni, quindenniisque responderet, & in locis montium, & in Bonis aliis immobilibus. Data postulationis hujusce cognitio fuit splendidissimo huic Ordini, auditoque jam Archiepiscopo Januensi, postulat Monasterium rem ab Amplissimis Patribus contra Marium definiri.

Neminem enim invitum cogi posse ad res suas distrahendas, atque hoc rerum nostrarum arbitrium, quod ab ipsa naturæ lege est, eo amplius locum habere in hac specie, quod agitur de distractione bonorum, & Jurium Pii Loci, quæ Juris Pontificii, Sacrorumque Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, Sanctionibus, & Constitutionibus vetita est: nec ambigi

olgi posse *Affrancationem* hanc veram esse alienationem & directi, & utilis dominii, cum nulla amplius spes superesse possit, ut bona ad Monasterium, Locumque Pium revertantur, quod & ratio ipsa Juris monstrat aperte, & tradunt diserte *Lopez de quinden. c. p. 35. num. 17.* & post alios, qui congregari facile possunt, *Rota dec. 8. num. 1. post Corradi. de Prælat.* atque ob id Monasterium, & si maxime vellet, non potest eam Mario petenti indulgere, ut differunt *Turricell. de reb. Eccles. non alienand. cap. 18. num. 41. Lopez. d. cap. 35. n. 19. & Rota dicta dec. 8. n. 4.* præsertim cum bona, de quibus agitur, ea sint, quæ veniunt ex unito Monasterio D. Petri *de Vezema*, quibusque plura insunt onera Hospitalitatis Sacrorum, ut nulla ratione in Laicorum dominium venire possint.

Hæc summu est Libelli dati a Monasterio, cætera plenius cognosci poterunt ab Eminentissimis Patribus ex eodem Libello. Marii nomine nihil hactenus datum est: unum vero controversiæ caput est definiendum.

An sit locus Affrancationi bonorum emphyteuticorum Vezemę in casu &c.

Reliquæ non propositæ.

ROMANA LEGATI: Institutis hæredibus Collegiis Societatis Jesu Provinciæ Romanæ, & Pedemontanæ Scipio Muratorius onus adjecit præstandi legatum scut. 1000. Patribus S. Mariæ in Vallicella, hac tamen conditione legato adscripta, ut qualibet hebdomada duo Sacra *in perpetuum* agerent: quia vero metuit Testator Patres legatum hoc non esse agnituros, ita substituit - „ Che se detti Padri non vorranno accettare „ con questa condizione, in tal caso voglio, e commando, che subentri il Sig. D. Domenico Benedetti de Sanctis da Tarano in Sabina con „ peso di dire quattro Messe la Settimana nel suo Altare di Sant'Andrea „ Repudiarunt, ut prænoverat Testator, legatum Patres S. Mariæ in Vallicella, quod tamen agnovit Dominicus substitutus, qui longo, quo vixit, tempore, onus adjectum implevit, solutis ei a Collegiis hæredibus annuis sc. 50. causa fructuum, sive usurarum integræ sortis legatæ. *Sess. 25. c. 4. de reform.*

Post mortem Dominici Libellum ejus hæres obtulit P. Olivæ Præposito Generali Societatis Jesu petens, ne sors ullo unquam tempore solveretur, sed fructus illi annui scut. 50. quod vellet legatum esse perpetuum, ut Sacra essent perpetua, annuitque Præpositus, adjectis tantum aliquibus conditionibus, quæ ad rem, quam tractamus, nihil pertinent. Atque hæc conventio servata fuit ad annum usque 1727. actis Sacris, & solutis scut. 50.; Placuit enim tunc Præposito Generali Ordinis litem agere deminutionis fructuum annuorum, quæ primum in Tribunali A. C. inde in S. Rotæ Auditorio acta est. Visum fuit Rotæ decernere, ut pecunia deponeretur, & investiretur in tot locis montium cum vinculis & conditionibus contentis in Testamento Scipionis Muratorii, & obligatione Patris Olivæ.

Quia vero hæredes Dominici Benedicti prævenerant, & Amplissimo huic Ordini libellum obtulerant, quo postulabant declarari opus Sacrorum a Testatore adjectum finitum fuisse, & extinctum cum Legatarii Dominici persona, & Eminentissimi Patres rogaverant de sententia animi sui Prosperum Maresuschium S. R. E. Cardinalem Amplissimum, & Urbis Vicarium, qui disertissima Epistola sensa animi aperuerat, ideo Patres Societatis Jesu judicium timentes splendidissimi hujus Ordinis petierunt, ut Causa isthæc ad Sac. Rotam deferretur, sed non aliud ab Auditore Sanctissimi obtinere potuerunt quam Decretum *superfederi in Sac. Congregatione Concilii usque ad exitum Causæ in Sac. Rota*. Iterum igitur proposita

Causa

Causa in Rota diei 9. Januarii 1730. rescriptum fuit *in decisis, demptis vinculis contentis in obligatione Patris Olivæ*: atque ita tandem sopita controversia fuit, solutis a Patribus Societatis Jesu scut. 1000. ad effectum emendi tot Loca Montium, quæ subjecta esse deberent vinculis, & oneribus testamenti Scipionis Muratorii. Nunc igitur absoluto in Tribunali Sac. Rotæ Judicio, quæstionem de natura oneris a Muratorio adjecti Legato scut. 1000 coram Sacro hoc Senatu incæptam instaurat Bartolomæus Benedictus, & ab amplissimis Patribus, quam petit, definitionem expectat.

Satis est, ne in hac re nimis simus, dissertissima Epistola Cardinalis Prosperi Maresuschi, qua tot conjecturæ collectæ fuerunt, ut facile dignosci possit Testatoris mentem fuisse, ut onus Sacrorum Dominici substituti morte finiretur. Alias addit Bartolomæus, quas inter sortissima est, quod Testator de *Investimento* pecuniæ legatæ ne verbum quidem unum fecerit, & legati onus in legatarii personam direxerit, nulla hæredum, nulla perpetui, nulla futuri temporis mentione facta, ut dicendum omnino sit onus fuisse personale, quod morte legatarii extinguebatur, ut probe tradidit *Ancharan. cons.* 27. *num.* 7. *Rot. coram Cardinali Eichio dec.* 198. *n.m.* 4. *& in Rec. dec.* 481. *num.* 20. *p.g.* 18. *vol.* 2. A Collegiis Societatis Jesu nihil hactenus habuimus: Caput vero ab Eminentissimis Patribus definiendum, unum est.

An onus Missarum in legato relictum per quondam Scipionem Muratori sit expiratum per obitum quondam R. L. Dominici de Benedictis in casu &c.

Die Sabbathi 13. Februarii 1745.

Supersunt ex *Folio ultimæ Congregationis habitæ die* 30. *transacti Januarii* duæ Causæ, quæ propositæ non fuerunt, easque hic, ut definiri possint, subjicimus.

Sess. 22. *c.* 11. *de ref.*

IANUEN. AFFRANCATIONIS, cujus Dubium est.

An sit locus Affrancationi bonorum Emphyteuticorum Vezemæ in casu &c.

Negative.

Sess. 25. *c.* 19. *de Reg.*

ROMANA LEGATI, in qua quæritur.

An onus Missarum in Legato relictum per quondam Scipionem Muratorii sit expiratum per obitum quondam R. D. Dominici de Benedictis in casu &c.

Audiatur.

CASTRI-

CASTRIMARIS PRIMICERIATUS : Placuit Amplissimis Patribus in eadem *ultima Congregatione*, in qua hæc Causa proposita fuit, respondere - *Dilata, & proponatur in proxima cum eisdem* - Obsequimur igitur eorumdem voluntati, eamque hic damus; Dubium vero definiendum est. *Sess. 7. c. 4. Sess. 24. c. 17. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius,

HORTANA : Quintum nunc hæc Causa proponitur Eminentissimis Patribus, data enim fuit *in folio Congregationis habitæ die* 8. *Augusti anni nuper transacti*, in qua definitis aliis quatuor Dubiis, Tertium, in quo rei caput erat, definitum non fuit : In alia igitur Congregatione habita *die* 29. *ejusdem Mensis* Causam iterum dedimus, & responderunt Amplissimi Patres : *Ad III. Affirmative* : Rediit tamen eadem quæstio ad eorum Judicium in Congregatione habita *die* 5. *Decembris*, & definitio *dilata fuit ad sequentem omnino etiam unica*. Dedimus itaque Causam in *folio Congregationis*, quæ habenda erat *die* 19. *Decembris*, sed habita fuit *die* 16. *Januarii nuper elapsi*, placuitque tunc respondere *pravio recessu a decisis negative* : nunc demum ab Eminentissimis Patribus, omnibus hisce foliis perspectis, deliberandum est. *Sess. 22. Decret. de obser. & evit. in celebr. Miss.*

An sit standum in primo vel secundo loco decisis in casu &c.

In secundo loco decisis, & amplius,

LANCIANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM : Ab Optimo Maximoque Principe nostro data fuit Amplissimo huic Ordini cognitio Causæ Patris Aloysii Mariæ Castelli, qui se metu verberum, carcerum, mortis coactum a Patre dicebat, ut Religioni nomen daret, quod factum ab eo fuit in Ordine Eremitarum D. Augustini, in quo professionem emisit *die* 15. *Septembris* 1730. Mandata fuit hac de re ab Eminentissimis Patribus Jurisdictio Archiepiscopo Lanciani, a quo instructus fuit Processus, & repetitis formiter novem Testibus, qui fere omnes Sacerdotes sunt, ipsoque Patre Aloysio Maria Castelli, acceptis testificationibus duorum Religiosorum, protestationibus contrariæ voluntatis emissis in acta publica ab eodem Aloysio Maria, tum ante, tum post Professionem, atque Epistolis minacibus Adami Castelli Aloysii Patris, disertissima demum Epistola secundum Actorem rescissoriam *quod metus causa* actionem proponentem respondit. Quæ in causa sunt cognoscent Eminentissimi Patres lectione libelli, qui ab Aloysio datur, ab Ordine nihil hactenus habuimus : Dubium quod disputatur est. *Sess. 25. c. 19. de reg.*

An sit danda in integrum restitutio in casu &c.

Affirmative, & Episcopus procedat contra Patrem, prout de jure.

SANCTI MINIATIS : Quatuor aguntur controversiæ capita inter Andræam Dantium Præpositum Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Castri Franchi in superiori Arni parte, & Gratiam Bardottium Priorem Parrochialis Ecclesiæ SS. Martini & Barbaræ ejusdem Castri, atque ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Canonicum : Audito igitur, ut fieri solet, Episcopo, qui secundum Præpositum respondit, eadem nunc controversiæ capita Amplissimis Patribus definienda proponuntur. Quæritur duobus primis, an cogi *Sess. 24. c. 12. & 23. de ref.*

 possit

possit Prior Parochialis Ecclesiæ uti Canonicus Collegiatæ S. Petri, ut Festis diebus, & præsertim solemnioribus, Divinis Officiis interesse in Choro Ecclesiæ Collegiatæ, utque accedat pompis, seu Processionibus præsertim solemnioribus Sanctissimi Corporis Christi, & Divi Titularis, quæ a Collegiata Ecclesia fieri solent. Cogendum esse Priorem intendit Præpositus, cum ita & Generalium Conciliorum Canonibus, & Diœcesani Concilii decretis cautum sit, idemque diuturno usu servatum sit ab aliis ante Bardottium Prioribus, ipseque Bardottius servaverit, & servare debeat, cum fructus sui Canonicatus, & quotidianas distributiones, ut alii Canonici, perceperit, & percipiat.

Tertio capite ambigitur, an Bardottius Prior die Sabbathi majoris Hebdomadæ Lustralis aquæ benedictioni interesse teneatur, quod putat Dantius Præpositus ex *Cæremoniali Episcop. lib. 2. cap. 27. & 28.*, & definitione S. Congregationis Sacris Ritibus præpositæ apud *Brasch. in Promptuar. Synodal. cap. 15. num. 30.* Nec mutare, quod Prior a Parochiali sua diebus illis abesse nequeat, cum Sacra Officia, & Functiones in ea agendæ quoque sint, magisque eo tempore urgeat cura animarum: hanc enim esse mentem hujus Amplissimi Ordinis, ne Parochum quidem excipiendum esse, nec abesse posse cum Fontis Baptismalis, sacrique Cerei fit Benedictio, ut in *Lunen. Sarzanen. 15. Maii 1711. & in Derthonen. Jurium Parochialium 3. Decembris 1708.* Quarto demum capite de Campanis pulsandis est quæstio: Negat enim Dantius Præpositus jus esse Bardottio Priori pulsandi Campanam suæ Parocchialis Ecclesiæ die Sabbathi majoris Hebdomadæ, ante quam sonitum det Campana Ecclesiæ Collegiatæ, id enim vetitum esse *Constitutione 22. §. 14.* Leonis X. Pontificis Maximi *vol. 1. Bullar. & Cæremonial. Episc. d. cap. 27.* Decretisque Generalibus *Urb. & Orb. 10. Decembris 1703.* quibus conveniunt responsa Sacri hujus Senatus in dicta *Derthonen. & in Theatina 15. Martii 1727.*

Hæc Dantius: quid contra ferat Bardottius ignoramus, nondum enim libellum Jurium suorum dedit: Dubia ab Amplissimis Patribus definienda quatuor hæc sunt, quæ sequuntur.

I. An Prior Ecclesiæ Parrochialis SS. Martini, & Barbaræ, uti Canonicus tenetur interesse Divinis Officiis in Choro Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri diebus Festivis, & signanter solemnioribus in casu &c.

II. An idem Prior teneatur intervenire Processionibus a prædicta Collegiata fieri solitis, & præsertim solemnioribus Sancti Titularis, & Sanctissimi Corporis Christi in casu &c.

III. An ipse Prior teneatur interesse in eadem Ecclesia Collegiata Benedictioni Fontis die Sabbathi Sancti in Casu &c.

IV. An d. Prior die Sabbathi Hebdomadæ majoris possit pulsare Campanam ante sonitum Campanæ Ecclesiæ Collegiatæ in Casu &c.

Dilata ad primam.

Sess. 4. c. 13. & Ref.

URBEVETANA CATHEDRATICI: Negant Administratores Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ S. Mariæ *de Stella* Urbis Veteris, Conservatorium Puellarum deperditarum, & duo Sodalitia Sanctissimæ Annunciationis, & S. Mariæ de Monte Carmelo Jus esse Episcopo Urbevetano exigendi ab iis Cathedraticum, idque postulant definiri, & compelli Episcopum, ut restituat id, quod hactenus Cathedratici nomine exegit, authoritate Sacri hujus Senatus, cui ab Auditore Optimi Maximique Principis nostri mandata fuit Jurisdictio hujus Causæ, quæ pridem delata fuerat ad Tribunal A. C. expedito *monitorio super observatione, atque executione Resolutionum Congregationis Particularis*, quæ dudum super Cathe-

Cathedraticis erecta fuerat, *in Causa Firmana Cathedratici diebus 29. Aprilis, & 5. Octobris anni 1731.* editarum, cujus responsa relata sunt *vol. 6. Thes. Resol. Sac. Congreg. pag. 335.* Audito itaque jam, ut fieri solet, Episcopo, utrique Litigantes, propositis hinc inde libellis, definitionem ab Amplissimis Patribus expectant.

Non equidem animus nobis est omnia, quæ a Patribus disputantur, colligere: dabimus aliqua, quæ ex facto sunt, cætera plenius, ut par est, cognoscent Eminentissimi Patres lectione libellorum. Igitur qui Jura Actorum tuentur, contendunt inspecta Cathedratici natura, illud dumtaxat ab Ecclesiis & Beneficiatis Diœceseos solvendum esse, non vero cogi posse Cappellas, Rectoresque Ecclesiarum Civitatis, atque ob id Sacris Canonibus, quibus Cathedratici negocium continetur, non Civitatis, sed tantum Diœceseos mentio fiat, ut est in *Can placuit Can. inter cætera, & Can. illud cauſ. 10. quæſt. 3.*; Cum igitur Episcopus illud exigat a Capitulo, & Beneficiatis Cathedralis, satis hoc illi esse debeat, nec petendum esse, ut solvatur a Fabrica, quæ redditus habet distinctos, & separatos a Cathedrali, quæque a Laicis Administratoribus regitur, nec potest Episcopus, ex cujus mensa nihil erogatum fuit in opus illud splendidissimum, sese in eorumdem reddituum administratione miscere, ut cautum est Constitutionibus Martini V, Pii II., aliorumque Summorum Pontificum: Præsertim cum omnes illi redditus absumantur ad tantum tectumque splendidissimum illud opus tuendum, & consequenter Jure vetitum sit Episcopis aliquid sibi tribuere ex iis, quæ Sacris Ædibus adsignata sunt, ut est in *Can. quatuor 12. q. 2.*

Conservatorium vero Puellarum bonis a Missinio relictis fundatum est, a Laicis regitur, tenues habet redditus, qui in alimenta Puellarum erogantur, ut turpe videatur Episcopum ab eo Cathedraticum petere, cui dare ipse e redditibus suis deberet. Ædicula, quam habet adjunctam, nullos habet redditus, Rectore caret, sepulchrum non habet, & quæ in Conservatorio decedunt Puellæ, in Parochiali Ecclesia conduntur: Sodalitia quoque, quæ in Causa sunt, Laicalia esse, ut in ipso, de quo quæritur Dubio, expressum est, cum authoritate Episcopali erecta non fuerint; alterum enim, quod nuncupatur, B. Mariæ de Monte Carmelo, Ecclesia caret, & simplex habet Oratorium, quo congregantur Sodales iis agendis officiis, quæ ad pietatem, & religionem pertinent: Alterum vero, quod a Sanctissima Annunciatione dicitur, Ecclesiam quidem habet, sed numquam in Titulum collata fuit, cum nullos habeat redditus, qui omnes ad Sodalitium pertinent, a quo juxta piorum Testatorum voluntates erogantur. Ex his omnibus colligunt sequendas esse definitiones Congregationis particularis relatas *d. vol. 6. Thes. Resol. Sac. Congreg pag. 339.*

Contra Episcopus Jura Cathedratici late proponit, disputatque nihil obesse definitiones Congregationis particularis, quod agatur de Sodalitiis assensu, atque authoritate Episcopali institutis, quod licet, incendio illato Tabulario Episcopali, liquido probari non possit, indiciis tamen, conjecturis, & argumentis id colligi, quæ omnia ab Eminentissimis Patribus perspicientur ex ejusdem Episcopi libello. Idem disputat de Conservatorio, quod Ecclesiam habeat adjunctam cum Turri Campanaria, ut præsumendum sit assensum Episcopi in erectione accessisse, præsertim cum ab eodem Episcopo visitetur, & Administratores Fabricæ Cathedralis ei reddant rationem: observantiam quoque Episcopo favere, quæ initium habuit post Concilium Romanum, in quo instauratæ fuerunt leges Canonicæ, quæ de Cathedratici solutione agebant, ut ex his demum colligat Cathedraticum esse præstandum, & si contrarium placeat Eminentissimis Patribus, nullam esse illius, quod solutum est, repetitionem, quod in-

debitum dici nequeat id, quod ex legum dispositione solutum est ab Actoribus, & quod fide bona idem Episcopus accepit.

Perspectis igitur, quæ ab utrisque proponuntur in eorum libellis, definient Amplissimi Patres.

I. An Rev. Fabrica Ecclesiæ Cathedralis S. Mariæ de Stella Urbis veteris, Conservatorium Puellarum deperditarum, nec non Confraternitates Laicales Sanctissimæ Annunciatæ, & S. Mariæ de Monte Carmelo teneantur solvere Cathedraticum, *& quatenus negative*.

II. An exactum veniat restituendum in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 22. c. 3. Sess. 22. c. 3. Sess. 24. c. 12. de ref.

ROSSANEN. JURIS PARTICIPANDI: Ex massa distributionum, quæ componitur Legatis piis Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Rossanensis relictis, atque opulenta Adeodati ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi hæreditate, quæque inter Canonicos, & Dignitates dividitur, quatuor Archiepiscopis tribui portiones solebant. Turbavit nuper hunc morem Canonicus Dominicus Cherubinius, qui oblatis precibus Amplissimo huic Ordini postulavit, ut Archiepiscopo vetaretur, ne portiones illas quatuor acciperet, nisi statis horis, Choro, Officiisque Sacris, ut alii solent Capitulares, interfit, auditoque nunc, ut moris est, ipso Archiepiscopo, rationes quisquis suas Eminentissimis Patribus proponunt.

Ambigi non posse Cherubinius putat portiones hasce sumi, & detrahi e distributionibus quotidianis: Has vero iis tantum præstandas esse, qui statis horis interfuerint, ni interfint, præsentibus accrescere, nulla obstante longissimi licet temporis consuetudine, ut est in *cap. unico de Cler. non resid. in 6.* & consequenter Jus Pontificium postulare, ut si portiones hasce capere velit Archiepiscopus, & ipse statis horis interfit, præsertim cum in illis comprehendatur Funerum, atque Anniversariorum compendium, quod capere ii possunt dumtaxat, qui præsentes sint, ne iis quidem exceptis, qui ob ætatem, longumque Ecclesiæ præstitutum servitium veniam impetrarunt, & rude donati fuerunt, ut apud *Pitonium*, qui alios congregat *discept. Eccles. 1. num. 10* Eoque amplius in nostra specie, quod Capitularibus Comitiis habitis die 22. Septembris anni nuper elapsi, communi consensu statutum fuerit massæ hujus distributionem iis dumtaxat faciendam esse, qui præsentiam, & servitium Choro præstarent.

Accedit factum Franciscí Mariæ Muscettolæ Archiepiscopi Rossanensis, & Viri, ut omnibus cognitissimum est, doctissimi; hic enim omissiones omnes, quas vulgo *Fallentias* vocant, munificentia & liberalitate Capituli ei remissas, seminario donavit cum pecuniis *pervenutili*, verba sunt instrumenti, *dalle distribuzioni ricevute annualmente dalla Chiesa per lo servizio del Coro*: Atque hinc audiendum non esse Archiepiscopum, qui consuetudinem obtendit immemorabilem, sed cogendum eum esse, ut quod percepit, restituat juxta dispositionem dicti *Cap. unic. de Cleric. non resid. in 9.* qua de re idem Cherubinius apertissimam in iisdem Comitiis Capitularibus protestationem emisit.

Archiepiscopus contra; Cherubinium Actorem non esse audiendum adversus majorem, & saniorem Capituli partem, quæ præstationem quatuor portionum non impugnat, ob regulam Pontificii Juris, quæ est *in Cap. novit de iis quæ fiunt a Prælat. sine Consens. Capit.* Contendit autem antiquissimo tempore portiones hasce Archiepiscopis Rossanensibus præstitas fuisse nullo injuncto onere, ut Choro interessent, easque portiones inter Jura, redditusque Archiepiscopi descriptas fuisse, ut monstrat vetusto autographo monimento e Codice mensæ Archiepiscopalis anni 1575. excerpto,

cerpto, & testificationibus plurium Testium, qui tum ætate, tum dignitate plurimum spectandi videntur: Longissimi hujus temporis fugam efficere posse, ut Jure credamus transactum fuisse inter Capitulum, & Archiepiscopum, qua transactione conveniri potuerit, ut in locum quartæ Canonicæ, quæ ex omnibus oblationibus suæ Diœceseos Ecclesiis obventis tribui debebat majoris, seu Cathedralis Ecclesiæ Pastori, aut in locum Cathedratici, aut quartæ Funerum, aut decimarum quatuor hæ portiones subrogarentur, quæ adsignatæ quoque dici possunt in compensationem plurimorum onerum, quæ fert Archiepiscopus, quæque a Capitulo ferri deberent, ut ad tollendas innumeras controversias, quæ ex his, quæ diximus, oriri possent inter Archiepiscopum & Capitulum, definiendum sit Jus sibi esse percipiendi portiones illas sine onere, ut statis horis Choro interfit, præsertim cum alio graviori onere regiminis totius Diœceseos prematur, indignumque esset, ut Cathedræ onus desereret, quo illud Canonici, aut Dignitatis in Choro impleret.

Sunt & alia plurima, quæ in libello Archiepiscopi proponuntur, quæque nos hic dare omittimus, tum ne folium in volumen excrescat, tum quia nos non latet Eminentissimorum Patrum diligentia, qui libellos ipsos litigantium diligentissime evolvunt, & rationes expendunt justissima libra. Hac eadem poterunt nunc decernere.

I. An Archiepiscopus Rossanen participare valeat de Massa Capitulari juxta solitum, etiamsi servitio Chori, & horis Canonicis non interfit? *Et quatenus negative.*

II. An idem Archiepiscopus teneatur restituere portiones perceptas pro rata temporis, qua horis Canonicis non interfuit in casu &c.

AQUILANA INDULTI: Adversa valetudine laborans, & pluribus corporis vitiis affectus Franciscus Carolus Aquilanæ Ecclesiæ Archidiaconus preces obtulit Amplissimo Ordini, quibus postulabat indulgeri sibi, ut a Choro abesse posset; auditoque, ut fieri decet, Episcopo, hic secundum eum respondit. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ nihil excepit, quidam vero Capitulares sese præstiterunt Contradictores, ideoque nunc Archidiaconus ad Judicium venit Patrum Eminentissimorum. *Sess. 21. c. 3. Sess. 22. c. 3. & Sess. 24. c. 12. de ref.*

Ex iis, quæ ex facto proponuntur, constat, eum pluribus morborum speciebus opprimi, qui non patiuntur, ut sine vitæ periculo Choro, divinisque Officiis statis horis interfit, ut testificationem faciunt, & Civitatis Ordo, & plures Sacerdotes, & quod magis est quatuor medicinæ Professores, quos inter duo spectandi sunt, quod formiter a Vicario Generali interrogati fuerint, quique rem omnem narrant, & Jurejurando referunt non posse Archidiaconum ob infirmitates, quibus laborat, Divinis Officiis interesse, aere siquidem, qui in Aquilana Civitate frigore, & tenuitate sua vehementissimus est, sono, cantu, vocibus psallentium recrudescunt, cienturque vitia illa, quæ in auribus Archidiaconi sunt, ut metuendum sit occupari eum subito posse ab Apoplexia, quæ eum morti tradat; norunt equidem omnes Controversias hasce medicorum potius, quam Juris peritorum Judicio definiendas esse, ut dudum rectissime monuerunt *Fagnan. in cap. licet num.* 141. *de Præbend. & dignit. & Passer. n. in cap. unico de Cleric. non resid. reg.* 5. *n.* 91. præ cæteris vero doctissime *Vanespen. Jur. Eccles. Univer. tit.* 4. *de Instit. & Offic. Canon. par.* 3. *c.* 5. § 5. *vers. quæ vero*; nihil igitur proponi, cur hoc *Indultum durantibus Infirmitatibus* negandum sit contra sacri hujus Ordinis sententiam, quam videre est antiquioribus omissis in *Eugubina servitii Chori edita Vol.* 8. *Thes. resol. Sac. Congreg. pag.* 146. ideoque Archidiaconum, qui ut præsens reputandus est, integro frui debere distributionum compendio, eo tamen

tamen excepto lucro, quod obvenire poteſt ex Anniverſariis, aliiſque ſunctionibus, in quibus diſpoſitione Teſtatorum præſentibus tantum ſtipendium præſtari debeat, ut pluries ab Ampliſſimis Patribus definitum eſt, & præſertim in *Conchen. fructuum*, *& diſtributionum edita vol. 6. ejuſdem Theſaur. pag.* 237. *& in Acernen. diſtributionum quotidianarum*, *& Jubilationis edita vol.* 9. *Theſ. pag.* 39. A Canonicis, qui ſeſe contradictores præſtiterunt, nihil habuimus: Dubia vero ab Eminentiſſimis Patribus definienda hæc ſunt.

I. An & quomodo Archidiacono Franciſco de Carolis concedendum ſit indultum de quo agitur in caſu &c. *& quatenus affirmative*.

II. An, & quibus emolumentis perſrui debeat in caſu.

Die Sabbathi 20. Martii 1745.

QUæ ſequuntur tres Cauſæ in *ultima Congregatione* habita *die* 13. *tranſacti menſis Februarii* propoſitæ non fuerunt, & ut ab Ampliſsimis Patribus definiri poſsint, inſpecto iterum *Folio illius Congregationis*, eas hic ſubjicimus.

Seſs. 24. *c.* 15. *de ref.*

URBEVETANA CATHEDRATICI, cujus duo ſunt Dubia.

I. An Rev. Fabrica Eccleſiæ Cathedralis S. Mariæ de Stella Urbis veteris, Conſervatorium Puellarum deperditarum, necnon Confraternitates Laicales Sanctiſsimæ Annunciatæ, & S. Mariæ de Monte Carmelo teneantur ſolvere Cathedraticum, *& quatenus negative*.

II. An exactum veniat reſtituendum in caſu &c.

Ad I. Negative in omnibus. Ad II. Iterum proponatur.

Seſs. 21. *c.* 3. *de ref. Seſs* 22. *c.* 3. *de ref. &* *Seſs.* 24. *c.* 12. *de reform.*

ROSSANEN. JURIS PARTICIPANDI, in qua quæritur.

I. An Archiepiſcopus Roſſanen. participare valeat de Maſſa Capitulari juxta ſolitum, etiamſi ſervitio Chori, & horis Canonicis non interſit, *& quatenus negative*.

II. An idem Archiepiſcopus teneatur reſtituere Portiones percæptas pro rata temporis, qua horis Canonicis non interfuit in caſu &c.

Ad I. affirmative, & amplius. Ad II. proviſum in primo.

Seſs. 21. *c.* 3. *& Seſs.* 22. *c.* 3. *de ref.*

AQUILANA INDULTI, in qua diſquiritur.

I. An & quomodo Archidiacono Franciſco de Carolis concedendum ſit indultum, de quo agitur in caſu &c. *& quatenus affirmative*.

II. An, & quibus emolumentis perfrui debeat in caſu &c.

Dilata, & ad mentem, & mens eſt, quod ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem.

SANCI

SANCTI MINIATIS: Propoſita quidem hæc cauſa fuit in *ultima Congregatione*, ſed dilationem poſtulante Gratia Bardottio Priore Parochialis Eccleſiæ SS. Martini, & Barbaræ, indulta ei fuit ab Eminentiſsimis Patribus *ad hanc Congregationem*: Damus igitur hic dubia, quæ in ea ſunt, & ab hoc Sapientiſsimo Senatu definiri debent. *Seſſ.24.c.12 & 13. de reſ.*

I. An Prior Eccleſiæ Parochialis SS. Martini, & Barbaræ, uti Canonicus teneatur intereſſe Divinis Officiis in Choro Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri diebus Feſtivis, & ſignanter ſolemnioribus in caſu &c.

II. An idem Prior teneatur intervenire Proceſsionibus a prædicta Collegiata fieri ſolitis, & præſertim ſolemnioribus Sancti Titularis, & Sanctiſsimi Corporis Chriſti in caſu &c.

III. An ipſe Prior teneatur intereſſe in eadem Eccleſia Collegiata Benedictioni Fontis die Sabbathi in caſu &c.

IV. An d. Prior die Sabbathi Hebdomadæ majoris poſsit pulſare Campanam ante ſonitum Campanæ Eccleſiæ Collegiatæ in caſu &c.

Dilata, & expectetur exitus cauſæ coram Epiſcopo, & ſcribatur eidem Epiſcopo ad mentem.

SALAMANTINA ERECTIONIS: Data fuit hujus Cauſæ ſpecies in *Folio Congregationis habitæ die* 30. ſuperioris Menſis *Januarii*, a quo repeti debet; cum vero ea die Ampliſsimi Patres dilationem indulſerint ad primam poſt Cineres, obſequimur eorum voluntati, Cauſamque hic damus, cujus tria Dubia ſunt. *Seſſ.25. c.11 de reg.*

I. An Patres Minores de obſervantia Ordinis S. Franciſci habeant facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de Pœnitentia ejuſdem Ordinis S. Franciſci privative quoad Patres Minores Excalceatos dicti Ordinis S. Franciſci in caſu &c.

II. An ſit ſupprimendus Tertius Ordo nuncupatus de Pœnitentia S. Franciſci erectus a Patribus Minoribus Excalceatis Ordinis S. Franciſci in Villa de Penaranda in caſu &c.

III. An Tertius Ordo in eadem Villa erectus a Patribus Minoribus de Obſervantia Ordinis S. Franciſci ſit ſupprimendus in caſu &c.

Ad I. Negative, & amplius, Ad II. Negative, & amplius. Ad III. Negative.

ROMANA LEGATI: In eodem Folio Congregationis habitæ die 30. tranſacti Menſis Januarii ſpeciem omnem rationeſque hujus cauſæ late deſcripſimus. At inde compertum eſt eamdem cauſam dudum ad hoc ſacrum Tribunal delatam fuiſſe, & duobus præpoſitis dubiis, definitam fuiſſe ab Eminentiſſimis Patribus die 10. Januarii 1733. ut *in vol.6. Theſaur. Relolut Sac. Congregationis pag.5.* a quo hæc omnia repeti debent. Poſtulavit igitur Bartolomæus de Sanctis contra hanc definitionem audiri, ut par erat, obtinuit: nunc igitur, utroque folio illarum, quas diximus, Congregationum, iterum perſpecto, reſpondendum eſt ab Ampliſſimis Patribus. *Seſſ. 25. c.4. de Reſ.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis.

Prævio receſſu a deciſis onus non eſſe perpetuum.

AURIEN.

Sess. 25. c. 8. & 10. de ref.

AURIEN. ORDINATIONUM. Cum sacrum agerent Ludovicus Cosima, Hieronymus de Rivas, & Franciscus Gonzalez cum literis dimissoriis Vicarii Commendæ Hierosolymitanæ de Pazos, qui Cappellanias in titulum eis contulit, ad Sacros Ordines promoti, Aurienſis Episcopus, in cujus Diœcesi situm est Levosendæ Oppidum, in quo ii sunt, eos monuit, ut ordinationum titulos ederent: repugnarunt illi pridem, inde eos ediderunt. Episcopus in ea fuit sententia, ut crederet, male hisce monimentis initiatos fuisse sacris Ordinibus, ideoque eos ab eorumdem Ordinum exercitio suspensos continuo declaravit, & quia suspensionem contempserant, censuris inde ligavit. Tres illi Sacerdotes, appellatione interjecta, obtinuerunt prævia, ut par erat, absolutione a censuris, ut causæ cognitio Sac. Rotæ Auditorio mandaretur, quæ tamen decreto Audi oris Sanctissimi Principis nostri data inde fuit Amplissimo huic Ordini, cujus auctoritate, audito jam, ut fieri solet, Episcopo, controversia nunc est definienda.

Putant Sacerdotes disputationem omnem in uno Cappellaniarum titulo, quo ad sacros Ordines promoti fuerunt, positam esse, cum Episcopus agnoverit impleta fuisse omnia, quæ impleri necesse erat, ut rite fieret ordinatio; Titulum tamen Cappellaniarum, vel fictum putavit, vel insufficientem. Sacerdotes igitur ad eum tuendum satis esse contendunt possessionem in qua est Commendatarius Commendæ de Pazos Ordinis Hierosolymitani, ejusque Vicarius, ostendere, cum ita omni sublato eorum dolo, atque audacia nullam incurrisse pœnam videri possint; sciunt quippe omnes non peccari in leges, si dolus absit, fides mala, & contemptus, ut in specie, in qua versamur, latissime monet *Hallier de de Sac. Ordinat. par.1. sect.5. cap.3. §.6. num.15. lit. B.*, quem sequuntur Interpretes cognitissimæ constitutionis *Speculatores*, *Lambert. part.48. nem.456. pag.260. & Morer. q.6. dub.2 per. tot.* & amplissimus hic Ordo noluit eos suspensos dicere, quos aliqua bona fide Ordinibus initiatos esse cognoverit, ut aliis omissis reponsum est in *Caputaquen Jurisdictionis 17. Decembris 1712.*

Monstrant igitur Commendam de Pazos Territorium separatum habere, & titulum *nullius*, ujusque Vicarios pluries ab aliis Hispaniarum, atque ab ipsis Ecclesiæ Aurienſis Episcopis rogatos fuisse, ut literas testimoniales eorum, qui in Territorio Commendæ degebant, mitterent; Compostellæ, & Aurienſes Episcopos Sacris Ordinibus ad Cappellaniarum titulos honestasse non paucos præviis literis Dimissoriis Vicariorum Commendæ, ut longa Ordinationum series id monstrat. Accedit diuturna possessio, & consuetudo, quæ turbata, atque intercepta non probatur, immo confirmata rebus judicatis a pluribus Episcopis, & præsertim a Muncio Hispaniarum, ut testificationem facit *Escan. in Propug. Relig. Gierosol. disc.1. & disc.13. cap.8. & disc.14. num.7. & seqq.* atque ex his consequens esse, ut tres illi Sacerdotes culpa omni vacare debeant, qui veterem sequentes morem, titulo Cappellaniarum, & Literis Dimissoriis Vicarii Commendæ de Pazos ad Sacerdotium promoti fuerunt.

Sunt, & alia, quæ a Sacerdotibus proponuntur, sed ne oratio nimis excrescat, ea omnia prætermittimus, plenius enim lectione libelli poterunt ab Amplissimis Patribus cognosci; Inutile quoque ob id esset de aliis Episcopi Aurienſis decretis differere. Quid contra ferat Promotor Fiscalis ignoramus, cum nondum Jurium suorum libellum dederit: Dubium, de quo disputatur, est.

An

An & quæ Decreta Episcopi lata adversus tres Presbyteros recurrentes subsistineantur in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima post Agnos, etiam unica.

VITERBIEN. In bonis quasi Castrensibus, quæ causas Viterbii orando quæsierat, aliisque negociationis compendio sibi comparatis, testamento, quod scripsit anno 1714. Paulus Bonazius Parentes suos Hilarium, & Catharinam Procacciolam hæredes instituit, voluitque, ut post eorum, & Magdalenæ, atque Agathæ filiarum, & suorum mortem proximioribus consanguineis legatum pium institueretur suis bonis tot sacrorum agendorum, quot agi possent ad rationem obulorum quindecim. Curavit qui tunc Ecclesiæ præerat Episcopus, ut hæredes pecuniam deponerent, neve bona distraherent, dato iis præcepto; ortaque ob id controversia, quod negarent hæredes bona illa quasi Castrensia esse, relaxatum fuit contra eos mandatum, a quo appellarunt hæredes ad Tribunal A. C. atque ita causa siluit ad obitum usque Hilarii, & Catharinæ Testatoris parentum, quibus defunctis Magdalena eorom filia controversiæ finem dare cupiens, & piam Pauli fratris voluntatem impleri præventiva ejusdem pii legati restitutione, quibus bona quoque sua addebat, reservato tamen tum sui, tum Agathæ Sororis favore, quæ surditatis vitium a nativitate contraxerat, usufructu, preces obtulit Sanctissimo, quibus hanc sibi tribui facultatem postulabat. Data hujus rei cognitio fuit Amplissimis Patribus, a quibus rogatus de animi sui sententia Viterbiensis Episcopus respondit, iniquam Ecclesiæ conditionem inferri, quod bona Pauli distracta fuerant, & in dies distraherentur, cum nullum illorum repertorium, seu Inventarium factum fuisset, cogendamque Magdalenam esse ad rationem reddendam; nec satis esse ejus bona iis supplendis, quæ jam absumpta erant, & ob id accessione illa, quam Magdalena offerebat, nullum esse pii legati augumentum, nullam Ecclesiæ utilitatem. Judicium igitur inceptum in Tribunali A.C. prosequutum fuit, Judex autem, omnibus perpensis, censuit integram esse Pauli hæreditatem, & Magdalenam ad rationem reddendam non posse compelli, quæ sententia vim, atque authoritatem habuit rei judicatæ. *Sess. 25. c. 3. de ref.*

Post hæc alias Magdalena obtulit preces, quibus eamdem facultatem sibi dari iterum postulabat, iterumque audito Episcopo, petit nunc sibi eam indulgeri, quod non agatur de mutanda fratris testatoris voluntate, sed de ea ante tempus a fratre præstitutum implenda: quemadmodum vero hoc agere Jure posset Magdalena, si commodo usufructus renunciaret, ut post *Baldum in l. post mortem num.* 10. *vers. sed pone Cod. de fideicom.* monet *Gratian. discep.* 73. *num.* 1. *ibique Carol. Anton. de Luca num.* 3. ita permitti idem ei debet reservatione usufructus, dum ipsa & soror vitam agant, incrementum enim bonorum longe superat, & excedit legatum pium a Testatore relictum; bona namque legati sunt sc. 938., augumentum vero excedit in sc. 1385. 39. atque ob id, etiam si ageretur de mutatione voluntatis defuncti, indulgenda esset, quod fieret in melius, ut tradunt *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap. num.* 24. *Piton. discept. Eccles.* 69. *num.* 15. Nihil igitur proponi, cur nequeat Magdalena, antequam veniat, cedatque dies, legatum erigere in templo D. Joannis Baptistæ, in quo corpora Pauli testatoris, & parentum suorum condita fuerunt.

A Consanguineis, qui sese contradictores præstant, nullo eorum compen-

dio, cum ſimplices ſint exequutores voluntatis Pauli, nihil hactenus datum nobis fuit, erit igitur ampliſsimorum Patrum Judicium.

An erectio legati pii cum onere Miſſarum ordinati a quondam Paulo Bonazio, de quo agitur, ſit præventive permittenda in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Magdalenę illius Sorori cum augumento propriorum Bonorum reſervato illorum uſufructu, vita durante d. Magdalenæ, & Agathæ ſororis in caſu &c.

Dilata.

Seſſ 22. Colz. ac ref.

CIVITATEN. INDULTI: Duo, qui in Eccleſia Cathedrali Canonici Coadjutores ſunt, Franciſcus Garcia de Sancto Martino, & Emanuel Anio Pelegrin eadem frui voluerunt facultate, ut ſingulis annis abeſſe poſſint diebus quinquaginta, qua omnes illius Eccleſiæ Dignitates & Canonici fruuntur ex beneficio iis indulto a Clemente VII. Pontifice Maximo. Quæſtio orta eſt ob id, an jure poſſint; integro igitur Capitulo ab Eminentiſſimis Patribus definitionem petente, auditoque, ut moris eſt, Epiſcopo, qui coadjutoribus favet ſententia ſua, omnes ampliſſimorum Patrum ſententiam expectant. Coadjutores vero diſputant nullam proponi diſparitatis rationem inter coadjutores, & coadjutos, cur, ut hi beneficio Pontificis fruuntur, nequeant & illi eodem beneficio frui; coadjutores enim in coadjutorum locum ſubrogati cenſentur, & cum nec ſtatuto nec decreto capitulari aliquo excludantur, æquitatem omnem poſtulare, ut eodem utantur beneficio Pontificis, dummodo tamen illo non utantur coadjuti, ut tradunt *Barboſ. de Canon. & dignit: caſ.29. num.44. Ventrigl. in Prax. adnotat. 13. num.17.*, & definivit *Rota in Salamantina Coadjutoriæ cor. Penia*, quæ impreſſa eſt apud *Marcheſ. de Commiſs. pa.1. §.2. pag.569. in fin.*

Supereſt igitur, ut omnibus perſpectis definiatur ab Eminentiſſimis Patribus.

An Coadjutores Eccleſiæ Cathedralis Civitaten. gaudere valeant Indulto vacationis quinquaginta dierum recreationis cauſa, eo non utentibus coadjutis in caſu &c.

Affirmative.

Die

Die Sabbathi 3. Aprilis 1745.

UVENACEN DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Data fuit hæc cauſa in folio Congregationis diei 19. Decembris anni nuper tranſacti 1744. ſed illa die Sacra Congregatio habita non fuit: iterum igitur data eſt in folio Congregationis habitæ die 30. Januarii hujus anni, ſed propoſita non fuit: Proponetur nunc itaque, ut credimus, poteruntque Eminentiſſimi Patres, inſpecto iterum folio illo Congregationis diei 19. Decembris, duo, quæ ſequuntur, dubia definire. *Seſſ.21. c.3. Seſſ. 22. c.3. Seſſ.23. c.12. de ref.*

I. An Primicerius; & Canonici Deputati Eccleſiæ Collegiatæ Terlitii teneantur ſolvere diſtributiones quotidianas maturatas, & non ſolutas a die 1. Septembris anni 1743. & in futurum decurrendas in caſu &c.

II An expenſæ futurarum litium detrahi poſſint ex diſtributionibus quotidianis, ſeu quomodo ſit providendum in caſu &c.

Ad primum, affirmative. Ad ſecundum, quoad primam partem negative, quo vero ad ſecundam recurrant in caſibus particularibus.

OXOMEN. INDULTI. Redit nunc ad ampliſſimorum Patrum Judicium hæc cauſa, quæ primum expreſſa fuit in folio Congregationis habitæ die 21. Novembris anni 1744. nec defininita eſt, quod Aloyſius Gomaræ Comes definitionem differri poſtulavit. Propoſita igitur in Congregatione habita die 30. tranſacti menſis Januarii definita fuit, reſponderunt enim Eminentiſſimi Patres dubio, quod proponebatur -- *An ſit locus conceſſioni Indulti in caſu &c. negative*. Diſputat vero nunc Aloyſius novo, quem dedit libello, ipſum non petere immunitatem a Decimis, nec ei obeſſe poſſe rem Judicatam ſecundum Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai: Tranſactionem quoque, quæ acta fuit inter Antonium del Rio, & Archipresbyterum, ac Capitulum S. Petri afficere alios omnes Civitatis Soriæ Parochos, ac ſi diſtricto cum omnibus illa facta fuiſſet pluriumum demum dandum eſſe obſervantiæ, diuturnoque uſui 60. annorum, ut ex his putet Aloyſius Eminentiſſimos Patres maturaturos ſententiam. Videant igitur Ampliſsimi Patres, qua juris ratione reſpondendum ſit dubio, quod proponitur. *Seſſ.25. c.12. de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Species hujus Cauſæ expreſſa fuit pleniſsime in folio Congregationis habitæ die 30. tranſacti Januarii: Placuit tunc Eminentiſsimis Patribus reſpondere -- *Dilata, & ſcribat defenſor Profeſſionis ſumptibus Religionis* -- ſcripſit *Defenſor Profeſſionis*, ideoque onus erit Ampliſsimorum Patrum, omnibus, ut decet perſpectis, decernendi. *Seſſ.25. c.19. de Reg.*

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Iterum proponatur.

Sess. 24. Doct. de Sacr. Matrim.

PLOCEN. NULLITATIS MATRIMONII Quæ in hac causa proponebantur narravimus in folio Congregationis habitæ die 14. Decembris anni 1743. quod editum fuit *Vol. XII. Thesaur. Resolut. Sac. Congreg. pag.* 214. & e quo species omnis hujus causæ repeti debet; Cum vero illa die causa proponi non potuerit, data iterum fuit in folio Congregationi habitæ die 11. Januarii anni 1744. quod nunc editum est *Vol. XIII. ejusdem Thesaur. Resol. pag.* 1. Placuit autem Eminentissimis Patribus ea die respondere -- *Dilata, & coadjuventur probationes* -- visum est id impleviſſe Barbaræ Szymanovuskiæ novis juribus, quæ nunc proponit. An satis sint, ut obtineat, Judicium erit Patrum Amplissimorum, qui definire debent.

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 5. c. 2. de Ref.

NULLIUS, SEU NONANTULANA JURIUM PAROCHIALIUM. In folio Congregationis habitæ die 13. Junii anni 1744. dedimus causæ hujus speciem, & XIII. Dubia, quibus complectebatur, sed visum est Eminentissimis Patribus causæ definitionem differre ad sequentem Congregationem, ut cognosci potest e *Vol. XIII. Thesaur. Resolut. Sac. Congr. pag.* 125. *& seqq.* Proposita igitur causa fuit, & definita in sequenti Congregatione diei 27. Junii, ut pariter cognosci poterit humanitate Amplissimorum Patrum ex eodem *Vol XIII. Thesaur. Resolut. pag.* 131., *& seqq.* longum enim esset, & obscuræ opus diligentiæ hic iterum exscribere, & Dubia illa XIII., & responsa. Cum autem quædam ex iis in disputationem revocentur, ideo ea hic damus: quintum Dubium, in quo quærebatur -- *An Cappellano, & Rectori Oratorii liceat Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & ovorum explere, nec non mulieres ad Purificationem post partum recipere* -- responsumque fuit -- *negative in casu, de quo agitur* -- VI. quo ambigebatur -- *An in dicto Oratorio liceat retinere sedes Confessionales pro Confessionibus audiendis* -- & responsum fuit -- *negative nisi de licentia Eminentissimi Abbatis* -- IX. quo quærebatur -- *An dicto Cappellano, seu Rectori liceat Capsulas habere in parietibus Oratorii pro eleemosynis recipiendis, vel quæstuas peragere per se ipsum, & per alios* -- responsumque fuit -- *Affirmative de licentia Ordinarii* -- XI. quo disputabatur -- *An administratio oblationum, & eleemosynarum spectet ad Cappellanum dicti Oratorii, seu potius ad Parochum* -- & responsum fuit -- *Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam* -- Atque hæc dubia sunt, quæ iterum in quæstionem veniunt, ut ab Eminentissimis Patribus respondendum sit.

An sit standum, vel recedendum a Decisis quoad Dubium V. VI. & XI. in casu &c.

Dilata ad primam.

Sess. 25. c. 10. de reform.

FRISINGEN. Postulat Abbas Monasterii Sanctorum Petri, & Pauli Ordinis Canonicorum Regularium D Augustini Vveyarensis, ut Amplissimi Patres definiant, an ipse possit primam Tonsuram, minoresque Ordines suis subditis Regularibus conferre etiam absque Episcopali benedictione, quod etsi ejus Prædecessores, quibus facultas utendi Mitra, & baculo, aliisque Insigniis Pontificalibus juxta morem Abbatum Regularium, benigne data fuit ab Innocentio XII. Pontifice Optimo Maximo,

mo, omnia exercuerint, quæ Pontificalia recipiunt, habito, ut opus erat Episcopi assensu, ab Ordinum tamen collatione abstinuerint: hos tamen conferre ipse cupit, ne ejus subditis plurima subeunda sint itineris non brevis incommoda, hyemali præsertim tempore, & bellorum, quæ nimium frequenter exardescunt. Ut enim Abbates Regulares, qui Pontificalium usum habent, facultatem quoque habent minores Ordines conferendi ex *text: in Can.1. & 2. dist.21. & cap. Abbates de Privileg. in6.* & late monent *Butrius in cap. cum inter de senten. & re Jud. Fagnan. in cap. cum contingat. num.1. & 2. De ætat. & qualit. Tamburrin. de Jur. Abbat. vol.2. disp.2. quæst.1. num.8.* atque omnes fere Pontificii juris interpetres, ita Abbas Monasterii SS. Petri, & Pauli eamdem sibi esse facultatem contendit, quod ab aliis Regularibus Abbatibus non sit dissimilis: nec referre a Summo Pontifice Innocentio non fuisse expressse tributam, satis enim esse potestatem, atque usum concessisse pontificalium, e quibus jus venire putat minores Ordines, primamque Tonsuram conferendi, non alia ratione, ac illis, qui inter S. R. E. Cardinales allecti sunt ullo particulari privilegio fas est, familiares suos Tonsura, minoribusque Ordinibus insignire ex vetustissima consuetudine, de qua *Jo. Andreas in cap.1. de supplen. neglig. Prælat. Barbosa de Offic. & Potest. Episc. par.2. alleg. 3. num.15. Clericat. de Sac. Ordin. dec.14. num.7.*

Ex his rem eo deducit Abbas, ut inquiramus, an præcedere necessario debeat Episcopalis Benedictio, quam accipere Abbates tenentur, priusquam Pontificalia exerceant; ipse autem ea opus non esse putat, quod non ex necessitate accipiatur; Electione siquidem, & confirmatione, non vero benedictione Episcopali Abbas fit, & cum ex Apostolico privilegio potestatem habeat pontificalia exercendi, idem hoc esse, ac si benedictionem accepisset Episcopalem, ut diserte habent *Barbos. de Offic. & potest. Episc. par.2. alleg. 3. num.6. Vgolin. de Off. Episc. cap.26. §.19. num.1. Donat. in Prax. Regul. vol.2. de Regular. Promov. tract.3. quæst.34. num.1.* & ita definivit Sacrum hoc Tribunal in Causa *Panormitana* 16. *Mart.* 1644. ut est apud *Murgam in Comment. ad Constitut. Apost. post constit.12. num.5. & Pignattell. in Compend. Canon. par.1. tit. de Abbat.* atque in alia causa *Vratislavien.* 12. *Februarii* 1724., quæ edita fuit *in Thesaur. Resol. Sac. Congreg. vol. III. pag.19.*, ubi adjecta est luculentissima Adnotatio Sacratissimi Principis nostri, cum munus a Secretis Sacræ hujus Congregationis gereret, quamque oculis subjicere poterunt Amplissimi Patres, quod in ea omnis hæc res distincte, atque eleganter discutiatur. Nihil autem obesse, quod in Constitutione Benedicti XIII. Pontificis Optimi, cujus initium est *Communis nobis*, edita vero est *post Romanum Concilium* præcipiatur, ut Abbates Regulares benedictionem infra annum ab Episcopo accipiant, nam in §. *Quo vero* ejusdem Constitutionis excipiuntur ii, qui a Summis Pontificibus privilegium habent ea post electionem gerendi, quæ agunt omnes Abbates Benedictini, & quod rei caput est in eadem Constitutione iis tantum anni tempus statuitur, qui illam accipere tenentur, non vero aut novum onus adjungitur, aut ii memorantur, quibus Summi Pontifices usum concessere pontificalium.

Atque hæc Abbas; Episcopus, qui, ut opus erat, rogatus fuit de sententia animi sui, aperte respondit, nihil habere, quod excipiat contra id, quod declarare poterunt Amplissimi Patres; Hæc igitur dubia definienda proponuntur.

I. *An Abbates Monasterii Sanctorum Petri, & Pauli Vveyaren. primam Tonsuram, & minores Ordines suis subditis Regularibus conferre valeant*, & quatenus affirmative.

II. *An*

II. *An hujusmodi facultas competat antedictis Abbatibus absque benedictione Episcopali in casu &c.*

Dilata, & ad mentem.

Sess.23. c.13. de ref.

HORTANA FUNERUM: In mentem venit Parochis Suriani Jus ipsis esse exigendi duplex elationis stipendium, cum corpus defuncti hominis sepulturæ tradi debet in Ecclesia B. M. Virginis de Podio Ordinis Patrum Reformatorum. Hi igitur agnoscentes ob id compendium minui, quod eis obvenire potest ex sepultura defunctorum in eorum Ecclesia, Fideles enim, ne suos hæredes gravioribus onerent impensis, ab electione eorum Ecclesiæ retrahuntur, ut monstrant *Mattheuc. in Offic. Cur. c.20. num.6. Pignattell. consul. Canon.208. sub num.11. tom.4.* preces obtulerunt Amplissimis Patribus contra Parochos, auditoque, ut fieri solet, Episcopo, controversiæ hujus definitionem expectant.

Non posse Parochos majorem petere elemosynam ob delationem cadaverum ad Ecclesias Regularium ea, quam percipere solent, cum mortuorum corpora ad aliam secularem Ecclesiam deferri debent Juris ratio suadet, quam sequuntur DD omnes, & præsertim *Pignattell. dicta Consult.208. num.1. & seqq. Nicol. in Flosc. V. sepultura num.25. Tilon. discept. Eccles.50. sub num.45. vol.2.*, idque etiam pluries definitum est ab hoc Sacro Tribunali ut in *Mantuana funerum 6. Januarii*, & *3. Aprilis* 1694. *in Insularum Canariæ Jurisdictionis 13. Julii ejusdem anni*, & *in Trojana funerum 21. Maii* 1801. *ad V. Dubium*, eademque fuit semper alterius Sac. Congregarionis negociis Episcoporum, & Regularium præpositæ sententia, ut *apud Lantusc. in supplem. Theatr. Regul. V. Associatio a pag.623. ad 626.* ubi plura decreta referuntur hac de re edita, quæ Constitutione sua probavit, confirmavitque Clemens X. Pontifex Maximus die 18. Januarii anni 1672.

Neque ob longitudinem itineris (quæ tamen in nostra specie non adest, ut Patres asserunt, ad Ecclesiam D. Mariæ de Podio) majus emolumentum peti, atque accipi posse, ut declaratum fuit ab eadem Sac. Congregatione Episconorum, & Regularium apud *Vrsayam disc. Eccl. vol.1. disc 8. par.2. num.39.* Frustraque a Parochis obtendi contrariam consuetudinem, quod diuturnitas temporis peccata non minuat, sed potius augeat, ut est in *cap.8. & 9. de Simon. & in cap.12. de sepultur.*, & ob id rejectæ fuerint semper in Tribunalibus Urbis hæ consuetudines, quæ a lege, & ratione deflectunt.

Hæc summa est libelli PP. Reformatorum; a Parochis nihil hactenus habuimus: Pertinet igitur ad Eminentissimos Patres decernere.

An Parochi Seculares Terræ Suriani prætendere possint ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando Cadavera sepeliuntur in Ecclesia S. Mariæ de Todio RR. PP. Reformatorum, quam accipiant, quando tumulantur in Ecclesiis sæcularibus d. Terræ in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 21. c. 3. Sess.24. c.12. de reform.

SPOLETANA DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM: Canonicatum, quem in collegiata Ecclesia D. Petri Civitatis Spoleti tenebat Joseph Franchius, obtinuit mense Majo anni 1743. ab Optimo Maximoque Principe ob Franchii resignationem Joseph Brianzius, qui annum ætatis agebat decimum, & septimum. Hic autem, postquam Canonicatus possessionem nactus est, choro divinisque officiis interesse statis horis

non

non defuit, putabatque eas sibi dari quotidianas distributiones, quæ tribui solent iis, qui interfunt. Negarunt tamen nonnulli ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Canonici integras præstare distributiones; contendebant enim Brianzium dimidiam tantum earum partem capere debere ob defectum Sacrorum Ordinum: Re igitur a Brianzio ad Amplissimum hoc Tribunal delata, auditoque jam Episcopo, controversia nunc EE. PP. definienda proponitur.

Juris Regulam, quæ vult integro distributionum compendio frui, qui choro divinisque Officiis interfit sibi favere apertum esse, Brianzius disputat, nec obesse Tridentini Decretum *Sess.*22. *cap.*4. *de ref.* quod eo non afficiantur Canonici, qui nulla culpa, nullaque negligentia, seu ætatis tantum, vel alia legitima causa Sacros Ordines suscipere non potuerunt, ut est apud *Barbos. de Canon. cap.*21. *num.*12. & nuper definitum est ab hoc Sacro Senatu in causa *Romana fructuum Canonicatus* 22. Julii 1741. eoque amplius, quod res est de Canonicatu, quem Brianzius obtinuit a Summo Pontifice, qui etiam ætatis defectui tacite dispensasse putandum est, quando Canonicatum contulit in eum, quem sciebat decimum, & septimum ætatis annum agere, ut monet *Barbosa eodem tract. cap.*16. *n.*12. qui refert ita pluries rescripsisse amplissimum hunc Ordinem: Atque ob id frustra a Canonicis contradictoribus excipi Brianzii Canonicatum Ordinis esse Sacerdotalis, & hanc esse in illa Collegiata Ecclesia consuetudinem, ut iis, qui non habent Ordinem alicui Præbendæ adnexum, dimidia detrahatur pars distributionum: Onus quippe Sacrorum certis diebus agendorum satis a Brianzio impleri per alios Canonicos, ut æquum non sit, dum onus fert, distributionum lucro carere, quod ei obvenit, non ex causa Sacrorum, sed uti stipendium laboris, & præsentiæ: consuetudinem vero nolentes, aut negligentes afficere posse, non eos, qui justo impedimento distenti ad Sacros Ordines promoveri non possunt, & ob id spernendam eam esse ab Amplissimis Patribus, uti illam sprevit in simili, in qua versamur, dispatatione Vicarius Generalis, qui contra capitulum sententiam tulit, quæ in authoritatem rei judicatæ transacta est. Hæc Brianzius: Libellus a Canonicis hactenus datus non fuit; Videant igitur Eminentissimi Patres.

An Canonico Josepho Brianzio æque, ac aliis Canonicis Collegiatæ S. Petri debeantur distributiones quotidianæ in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

NARNIEN. De facultatibus suis amplius, quam in iis esset, sperans Nicolaus Marrubius Parochus Ecclesiæ S. Valentini in Oppido Carbii testamento, & codicillis jussit, ut sua hæreditas post obitum Sacerdotis Dominici Antonii Marrubii, quem hæredem scripsit in usufructu, atque unius ex filiis Francisci Mariæ Rosati, qui Sacerdos fieret, ad congregationem presbyterorum, quæ erat in Ecclesi Matre ejusdem Oppidi deferretur, dato onere omnia bona alienandi, prætium investiendi, cujus fructibus teneretur horas canonicas omnibus diebus festis recitare, & tot sacra canere, quot Episcopus Narnienfis habita ratione redditurum esset judicaturus. Anno 1729. antequam Rosatus possessor Bonorum Marrubii decederet, translata fuit collegiata Carbii ab Ecclesia Sanctissimæ Conceptionis ad eamdem Ecclesiam Matrem S. Mariæ ejusdem Oppidi. Episcopus autem hac occasione prospectum satis, consultumque videns voluntati Marrubii, tum divinis Officiis, tum sacris solemnibus, quæ collegiata in eadem Ecclesia Matre agenda erant, voluit ut post obitum Rosati hæreditas Marrubii una cum aliis Beneficiis simplicibus

*Sess.*25.*c.*4. *de Ref.*

cibus Theologali Præbendæ, quæ in eadem collegiata erigenda erat, uniretur. Decesſit nuper Roſatus, at cum Beneficia illa ſimplicia vacantia non eſſent, & redditus hæreditatis Marrubiæ tenuiſſimi ſint, neque enim excedunt ſc. 25., erectio Præbendæ Thologalis inutilis facta eſt, cum nullus ſit, qui tot onera tenui reddito ferre velit.

Capitulum igitur, & Canonici Eccleſiæ Matris, & collegiatæ Carbii delatum ſibi jus obtinendi putantes hæreditatem Marrubii, quod impoſſibile ſit invenire, qui velit Theologalem Præbendam, & quod ipſi in jura congregationis illius Presbyterorum ſuppreſſæ translatione Collegiatæ ſucceſſerint, libellum obtulerunt Ampliſſimis Patribus, quo poſtulabant, ut declararetur, an Officiis divinis, & Sacris ſolemnibus, quæ in eadem Eccleſia ab iiſdem Canonicis aguntur, impleta cenſeatur pia voluntas Marrubii, vel potius ad alia onera teneantur. Auditus igitur fuit Epiſcopus, cujus ſententia eſt, *an circumſcripta erectione Præbendæ Theologalis*, verba ſunt Epiſtolæ Epiſcopi „ Deferatur hæreditas „ Marrubii Archipresbytero, & Canonicis cum onere celebrandi tres „ Miſſas qualibet hebdomada, & unum Anniverſarium in die obitus ſu- „ pradicti Nicolai Marrubii.

Non placuit Canonicis hæc Epiſcopi ſententia, quod unus illud tot Sacrorum extra Teſtatoris præceptum ſit, qui unum tantum ſacrum omnibus diebus Feſtis injunxit Congregationi illi Presbyterorum, poſtulant itaque nunc ab Eminentiſſimis Patribus, ut declarent hæreditatem Marrubii ad Capitulum ſpectare cum onere tantum applicandi ſacrum die Feſto, qua in re late diſputat Capituli Poſtulator in ſuo libello, cujus lectione plenius cognoſcere omnia poterunt Ampliſſimi Patres, ut duo, quæ ſequuntur, dubia definiant.

I. An non obſtante decreto applicationis hæreditatis quondam Nicolai Marrubii facto ab Ordinario ad effectum erigendi Præbendam Theologalem in Eccleſia Collegiata Terræ Carbii, ſit eadem hæreditas deferenda Capitulo, & Canonicis dictæ Collegiatæ, *& quatenus affirmative*.

II. An per translationem ejuſdem Collegiatæ ad Eccleſiam S. Mariæ remaneat ſatisfactum voluntati d. Marrubii, ſeu potius an, & quæ onera ſint Canonicis contemplatione dictæ hæreditatis præſcribenda in caſu &c.

Die Sabbathi 8. Maii 1745.

IN ultima ſplendidiſſimi Ordinis Congregatione, quæ habita fuit die 3. tranſacti menſis Aprilis, Duæ, quæ ſequuntur, Cauſæ propoſitæ non fuerunt; & poterunt Ampliſſimi Patres ad eas definiendas folium illius Congregationis iterum legere.

Seſſ. 21. c. 3. Seſs. 24. c. 12. de ref.

SPOLETANA DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM, in qua diſquiritur.

An Canonico Joſepho Brianzio æque, ac aliis Canonicis Collegiatæ S. Petri debeantur diſtributiones quotidianæ in caſu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes ſuper aſſerta conſuetudine, etiam cum extractione formiter facienda partitarum ex Libris Capitularibus.

NAR-

NARNIEN. cujus duo dubia sunt definienda. *Sess 25. c. 4. de reform.*

I. An non obstante decreto applicationis hæreditatis quondam Nicolai Marrubii facto ab Ordinario ad effectum erigendi Præbendam Theologalem in Ecclesia Collegiata Terræ Carbii, sit eadem hæreditas deferenda Capitulo, & Canonicis dictæ Collegiatæ, *& quatenus affirmative*.

II. An per translationem ejusdem Collegiatæ ad Ecclesiam S. Mariæ remaneat satisfactum voluntati d. Marrubii, seu potius an, & quæ onera sint Canonicis contemplatione dictæ hæreditatis præscribenda, in casu &c.

Ad primum, affirmative, & amplius. Ad secundum, negative quoad primam partem, quo vero ad secundam celebrentur tres Missæ lectæ hebdomadales per turnum cum uno Anniversario in die obitus, & amplius.

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM; Hæc causa quæ primum data fuit in folio Congregationis, habitæ die 30 Januarii, inde in folio ultimæ Congregationis, nondum potuit definire: Paribus enim in ultima Congregatione Eminentissimorum Patrum distracta suffragiis, ampliata fuit responso *Iterum proponatur*: Iterum nunc igitur proponitur, ut Amplissimi Patres perspectis foliis illarum Congregationum definiant. *Sess. 25. c. 19. de reg.*

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Non proposita.

NULLIUS, SEU NONANTULANA JURIUM PAROCHIALIUM. Dilata fuit ad hanc Congregationem ab Eminentissimis Patribus definitio hujus Causæ, quæ data fuerat in folio ultimæ Congregationis, cujus folii repetita lectione, respondendum nunc erit. *Sess. 5. c. 2. de ref.*

An sit standum vel recedendum a Decisis quoad Dubium II. V. VI. IX., & XI. in casu &c.

Quoad II. in decisis, & amplius. Quoad V. in decisis, & amplius. Quoad VI. Prævio recessu a decisis affirmative de licentia Eminentissimi Abbatis. Quoad IX. In decisis, & amplius. Quoad XI. In decisis, & amplius.

AURIEN. ORDINATIONUM. Data fuit omnis hujus causæ species in folio Congregationis, quæ habita fuit die 20. transacti mensis Martii, sed placuit Eminentissimis Patribus ea die respondere - *Dilata, & proponatur in prima post Agnos etiam unica* - Obsequimur igitur voluntati Amplissimorum Patrum, eamque damus, ut lecto iterum folio illius Congregationis definire possint. *Sess. 24. c. 8. & 10. de ref.*

An, & quæ Decreta Episcopi lata adversus tres Presbyteros subsistineantur in casu &c.

Suspensa exequutione Decretorum ad mentem, & mens est, quod Presbyteri recurrentes exhibeant seorsim titulos, & documenta suæ ordinationis coram Ordinario, qui procedat ad declarationem prout de Jure.

Sess. 24. c. 13. de ref.

URBEVETANA CATHEDRATICI : Hujus quoque Causæ species data fuit in folio Congregationis habitæ die 13 Februarii, sed Causa illa die non fuit proposita : Iterum igitur data fuit in folio Congregationis habitæ die 20. Martii : Duo erant Dubia.

I. An R. Fabrica Ecclesiæ Cathetralis S. Mariæ de Stella Urbis Veteris, Conservatorium Puellarum deperditarum, nec non Confraternitates Laicales Sanctissimæ Annunciatæ, & S. Mariæ de Monte Carmelo teneantur solvere Cathedraticum, *& quatenus negative*.

II. An exactum veniat restituendum in casu &c.

Responderunt Eminentissimi Patres. Ad I. *Negative in omnibus*. Ad II. *Iterum proponatur*: Rediit nunc Disputatio omnis ad eorum Judicium, perpensisque Juribus partium, quæ proposita fuerunt in folio illo Congregationis die 13. Februarii, respondendum erit.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis*, & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An exactum veniat restituendum in casu &c.*

Non proposita attenta renunciatione.

Sess. 24. c. 12. de reform.

OVETEN. COADJUTORIÆ. Adversa valetudine laborans Arrias Antonius Valledor Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Ovetensis, ut sibi, atque Ecclesiæ servitio consuleret, anno 1729. Coadjutorem assumpsit perpetuum, & irrevocabilem cum futura successione Josephum Benedictum Valledor, qui post expeditas Literas Apostolicas possessionem nactus fuit; Munus suum implevit aliquo temporis spatio Coadjutor, inde deesse cæpit, aperteque monstrabat nolle statis Horis Choro, divinisque Officiis interesse, ut Arrias Coadjutus, cui hoc plurimum referebat, coactus fuerit adversus eum lege agere, petiitque a Judice, ut adigeretur Joseph ad servitium, & præsentiam Ecclesiæ præstandam. Pluries monitus fuit Coadjutor, qui tamen in eadem semper perstitit sententia : Victa igitur a pertinacia Josephi patientia Judicis decrevit, ut nisi intra biduum præsentiam servitiumque præstaret, ultra pœnam excommunicationis majoris Coadjutoria privaretur: nec tamen pœnæ hujus minæ, nec plures iteratæ, quæ accesserunt, monitiones durum Coadjutoris animum movere potuerunt: Itaque Arrias Coadjutus alium sibi dari cupiens coadjutorem, qui Ecclesiæ ut par est, assiduum præstet servitium, preces obtulit Optimo Sanctissimoque Principi Nostro, a quo omnis hujusce rei cognitio Amplissimo huic Ordini data fuit : Audito igitur jam, ut fieri solet, Episcopo, postulat Arrias, ut Eminentissimi Patres respondeant -- *Consulendum esse Sanctissimo pro eputatione novi coadjutoris*.

Rationum summa hæc est : Canonicos ultra trium mensium spatium a residentia divertere, atque abesse non posse, alias servatis iis, quæ servanda sunt, cadunt Canonicatibus, iisque privantur; hanc Juris dispositionem eo amplius locum habere debere in coadjutoribus, qui ea ratione in locum veri Canonici subrogantur, ut servitium illud præstent Ecclesiæ, quod coadjuti præstare non possunt, ideoque, si illud præstare nolint, coadjutoria cadere debent; Ecclesia enim jus habet omne servitium ab iis exigendi, quod veri Canonici, quibus coadjutor datus fuit, præstare tenerentur, ut ex *Text. in cap. ex Tuę de cler. non resid.* tradunt recte *Garz. de Benef. par. 3. cap. 1. num. 109. Antonell. de jur. & oner. cler. lib. 2. par. 6. cap. 9. num. 8. Barbos. in summ. Apost. dec. collect. 125. num. 14. Rota decis. 276. num. 1. par. 1. rec.*, quod in nostra specie extra omnem dubitationem esse debet, cum hoc onus servitium præstandi acceperit Joseph in mandato procuræ dato ad gratiam petendam, & in literis ejusdem gratiæ datum fuerit expresse.

Ex

Ex hac igitur causa finali gratiæ, atque ex hoc Jure Ecclesiæ, & onere accepto a coadjutore consequitur, ut si hic munus suum non impleat, facultatem coadjutus habere debeat alium coadjutorem petendi, qui servitium Ecclesiæ præstet, ut monent *Monacell. form. legal. form.13. num.69. p.61.* ubi plures refert Sacri hujus Senatus definitiones. *Piton. discept. Eccl.133. num.7. & 8.*, qui etiam alias Amplissimi hujus Ordinis definitiones refert, & dudum definivit *Rota dec.276. par.1. & dec.392. par.3. rec.* Nec mutat coadjutorem teneri tantum ad farciendum coadjuto detrimentum omne ei illatum, lucrumque illud, quod eidem obvenisset, si præsentiam præstitisset, quæ pœna adjecta est in ipsis gratiæ literis, ideoque non posse esse locum caducariæ legi, nec coadjutoria esse privandum: hoc enim recte diceretur, si versaremur in casu defectus temporarii, & absentiæ paucorum dierum, quæ aliqualem saltem causam habere posset, diversum vero, cum versamur in casu longioris, & diuturnæ absentiæ præsertim voluntariæ, & postquam coadjutor pluries judicialiter monitus fuit; Eoque amplius, quia redintegratio damni illati coadjuto respicit favorem tantum, & commodum illius, sed non consulitur hac redintegratione detrimento cultus Divini, & Ecclesiæ, cujus servitii ratione gratia coadjutoriæ præcipue conceditur, ut rectissime respondit *Rota d. dec.276. par.1. & dec.392. p.3. recent.*

Hæc habet Arrias coadjutus, coadjutoris nomine nihil hactenus datum fuit: Cognoscent itaque EE. Patres.

An sit locus privationi coadjutoriæ de qua agitur, itaut consulendum sit Sanctissimo pro deputatione novi coadjutoris in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c.1. de ref. Matr.

TARENTINA MATRIMONII. Amore percitus honestæ puellæ Claræ Maglio Clericus Riccardus Lo-Presto, ut posset stuprum inferre, promisit cum ea Matrimonium contrahere, atque ita virginis pudicitiam vicit: Ut autem Riccardus, qui a patre, & consanguineis suis metuebat, datam fidem impleret, libellum Curiæ Archiepiscopali offerendum composuit, quo petebat dispensationem a denunciationibus; sed rescripto, incertum qua causa, non expectato, nocte diei 26. mensis Maii anni 1740. æstu, & calliditate Francisci Caforii Claræ cognati, qui mulieris suæ ægritudinem simulavit, evocato e lecto, ædibusque suis Archipresbytero Turricellæ, eoque advento, Riccardus Claram manutenens *con alta voce disse* Parochi verba sunt necessario hic exprimenda „ Signor Arciprete IO „ VOGLIO CHIARA MAGLIO PER MIA MOGLIE, ed io sentendo queste parole dalla bocca di detto Riccardo gridai dicendo Gesù, e „ Maria, nell' istesso tempo voltandomi io per uscirmene intesi, che la „ detta Chiara proseri gridando queste due parole ED IO, ed uscendome„ ne dalla detta Camera per andarmene come feci, mi pare avere anche „ inteso la detta Chiara, che diceva VOGLIO, non sentendo positiva„ mente quello, che la detta Chiara proseguì dicendo: Io però giudicai, „ come tengo per certo, che la detta Chiara nella prolazione delle dette „ parole ED IO VOGLIO con quel che seguitò a dire abbia proferito, „ ed io lo voglio per mio marito, intenzionati di contraere matrimonio: quod tamen Parochus plene non intellexit, audivisse referunt Testes, qui præsentes fuerunt, omnes in eadem Archiepiscopali Curia Tarantina formiter repetiti.

Post hæc gesta Riccardus, qui a Laicali potestate timebat, Claram traduxit ad Ædiculam B. Mariæ Passani, ubi in superiori cœnaculo eam cognovit,

atque ita matrimonium, cui ſtruprum cauſam dederat, conſumatum fuit; Acceſſit paulo poſt ad eamdem Ædiculam Marchio Fragagnani rogatus a Riccardi patre, ut has nuptias diſturbaret; hic ſecum duxit Riccardum, qui omnibus cum interrogantibus conſtanter reſpondit contraxiſſe, & conſumaſſe matrimonium cum Clara, ut Teſtes Sacerdotes teſtificationem faciunt: Riccardum inde conſanguinei amoverunt, & Claræ affines eam in Conſervatorio Tarentino collocarunt, ubi adhuc permanet, inſtructoque a Clara judicio validitatis matrimonii, tandem Sententia lata validum declaratum fuit. Appellavit Riccardus, ſive ejus conſanguinei ad Ampliſſimos Patres, quibus nunc hæc controverſia proponitur definienda.

Ait itaque Clara, Riccardi conſenſum affuiſſe aperte monſtrari ab integra facti, quod narravimus, hiſtoria: Parocho, & Teſtibus voluntatem mutuam contrahentium apertam fuiſſe: matrimonium vero ratum habere voluiſſe Riccardum patere ex iis, quæ dixit, cum in plena libertate conſtitutus eſſet in ædibus Marchionis Fragagnani: Accedit puellam ſpe matrimonii ad ſtuprum pollectam fuiſſe, & poſt nuptias compreſſam, ut matrimonium nulla ratione inficiari poſſit: De honeſtate vitiatæ puellæ nullam eſſe diſputationem, nec ob ejuſdem paupertatem diſſolvi poſſe matrimonium coram Parocho, & Teſtibus contractum. Hæc habet Clara: a Riccardo nihil hactenus habuimus. Definitio rei ad Eminentiſſimos Patres pertinet, qui poterunt, ſi lubeat, folium legere Congregationis diei 28. Julii 1730. in Cauſa *Romana Matrimonii*, quod editum fuit *Vol. V. Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. pag.* 26. ubi plures narrantur ſimilium matrimoniorum ſpecies, & Sacri Senatus definitiones, omnibuſque perſpectis, reſpondendum erit.

An conſtet de matrimonio ejuſque validitate in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica.

Seſſ. 23. c. 18. de Ref.

MILETEN. Monaſterium S. Mariæ del Patirio Ordinis D. Baſilii ſitum in Diœceſi Roſſanenſi, quod commendari ſolet, Granciam habet adnexam, quæ nuncupatur Scalito, ſitam in Diœceſi Miletenſi; hujus redditus, qui ſummam annuam efficiunt ducatorum 190., quique lege ſeparationis utriuſque menſæ liberi, & immunes eſſe debent ab omnibus oneribus quod alimentis, & cibariis Monachorum deſtinati fuerint, diuturna longiſſimi temporis obſervatione, Taxæ, quam vocant Seminarii, nunquam ſubjecti fuerunt, imo urgentibus Seminarii Miniſtris anno 1724. Taxæ ſolutionem, Judex juſſit Monachos non moleſtari: Diverſum tamen placuit ei, qui nunc Miletenſi Eccleſia præeſt, nam petente Seminario Taxæ ſolutionem, Granciæ redditus penes debitorem extantes ſequeſtratione ſubmiſit, & ita Taxæ ſolutio facta fuit: Monachi coram A. C. Judicium moverunt, ſed Decreto Auditoris Sanctiſſimi Principis Noſtri data fuit Cauſæ cognitio Ampliſſimis Patribus, a quibus, audito jam Epiſcopo, res eſt definienda.

De immunitate Ordinum Mendicantium a ſolutione Taxæ Seminarii non videtur ambigendum ex apertiſſimis tum Tridentini, tum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, eoque tantum caſu huic oneri ſubiiciuntur, cum conſtet eorum Eccleſiis, & Monaſteriis unita fuiſſe ſecularia Beneficia, quæ pridem Taxæ onus ferebant, ut monent *Barboſ. ad Concil. Trid Seſſ. 23. cap. 18. num. 26. 27. 28. & in Collect. Deciſ. Apoſt. coll. 668. n. 5 Vertigl. in Prax. par. 2. addit. 29. num. 5. 33. & 35. Tignatell. conſult 221. num 5. & ſeqq. vol. 1.* Cum itaque Monachis Ordinis D. Baſilii eædem datæ ſint Immunitates, eademque privilegia, quæ data ſunt Monachis Caſinenſibus,

bus, & has inter illæ Immunitates, quæ Ordinibus Mendicantium datæ fuerunt, arguunt Basiliani immunes esse debere ab hujus Taxæ onere, cum Grancia *descalito* non sit seculare Beneficium, sed membrum Monasterii de Patirio, cujus Monachi hujus Granciæ redditibus aluntur.

Nec spectandum esse testimonium vilissimi unius Testis, qui dicit pluribus annis Taxam Seminarii exegisse, tum quia, cum unus sit, nihil probat, tum quia, si verum narraret, facile quod refert, probari posset libris Seminarii, tum demum quia veresimile non sit Seminarium, non probata unione secularis Beneficii, exigere potuisse, & si Monachus Granciæ præpositus voluntario solvisset, factum hujus voluntariæ solutionis nullum Monasterio detrimentum inferre potuisse; Post hæc exacti repetitionem postulant Basiliani, cum lite pendente. & consequenter mala fide exactio facta fuerit. Pertinet igitur ad Eminentissimos Patres ex his, quæ a Monachis tantum proponuntur, nam jura Seminarii nondum nobis data fuerunt, duo, quæ sequuntur, dubia definire.

I. *An per Monachos Monasterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii debeatur aliqua taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Ecclesia Scaliti*, & quatenus negative.

II. *An idem Seminarium teneatur restituere duc.* 27. *a præfatis Monachis anno præterito exactis?*

Dilata.

Die Sabbathi 29. Maii 1745.

EUGUBINA. Species hujus Causæ data fuit in Folio Congregationis habitæ die 18 Julii anni 1744., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XIII. Thes. Resol. S. Congreg. pag.* 149.; sed cum placuerit ea die Amplissimis Patribus definitionem differre, Causa iterum data fuit in Folio Congregationis diei 8 Augusti ejusdem anni, & Dubium propositum fuit -- An ad Præpositum exclusive quoad Vicarium Capituli spectet præsidere in Choro, & ordinare ea, quæ concernunt Divinum cultum, veluti indicere silentium, inobedientes corrigere, dare signum pro ingressu, & egressu, & alias Ecclesiasticas Functiones regulare, vel potius exequendæ sint Constitutiones Capitulares in Capitulo nono in casu &c. Responderunt autem Eminentissimi Patres -- Affirmative quoad primam partem salva auctoritate Episcopi, & negative quoad secundam: Petiit Capitulum contra hanc definitionem audiri, propositaque Causa in Folio Congregationis habitæ die 5. Decembris rescriptum fuit -- *Dilata*, ut ex eodem *Vol. XIII. Thes. Resol. pag.* 197. Iterum nunc itaque proponitur, ut possint Amplissimi Patres, Foliis hisce omnibus perspectis, respondere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Sess 24. *c.* 18. *de ref.*

Dilata, & proponatur in prima etiam unica.

JUVE-

Sess. 21. c. 3. Sess. 22. c. 3. & Sess. 24. c. 12. de ref.

JUVENACEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Hujus quoque Causæ species data fuit in Folio Congregationis, quæ habenda erat die 19. Decembris anni 1744., quodque editum similiter fuit *Vol. XIII. Thes. Res. S. Congr. pag.* 218.; sed cum illa die Congregatio habita non fuerit, Causa iterum data fuit in Folio Congregationis diei 30. Januarii hujus anni: At proposita non fuit. Tertium igitur data est in Folio Congregationis habitæ die 3. transacti mensis Aprilis, & duo erant Dubia -- An Primicerius, & Canonici Deputati Ecclesiæ Collegiatæ Terlitii teneantur solvere distributiones quotidianas maturatas, & non solutas a die 1. Septembris anni 1742., & in futurum decurrendas in casu &c. II. An expensæ futurarum litium detrahi possint ex distributionibus quotidianis, seu quomodo sit providendum in casu &c. Responderunt Eminentissimi Patres -- Ad I. Affirmative. Ad II. Quoad primam partem negative, quo vero ad secundam recurrant in casibus particularibus -- Pugnam nunc instaurant Primicerius, & Canonici Deputati, ideoque Amplissimi Patres, repetita Foliorum illorum lectione, decernere poterunt.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 25. c. 4. de reform.

VITERBIEN. Quæ in hac Causa proponebantur, late narravimus in Folio Congregationis habitæ die 20. transacti mensis Martii, visum fuit ea die definitionem differre; nunc itaque Causa iterum proponitur, & Dubium, quod ab Amplissimis Patribus definiri debet, Folio illo iterum perspecto, est.

An erectio Legati Pii cum onere Missarum ordinati a quondam Paulo Bonazio, de quo agitur, sit præventive permittenda in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Magdalenæ illius Sorori cum augumento propriorum bonorum, reservato illorum usufructu, vita durante dictæ Magdalenæ, & Agathæ Sororis in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

TARENTINA MATRIMONII. In ultima splendidissimi hujus Ordinis Congregatione, quæ habita est die 8. hujus mensis, proposita fuit hæc Causa, sed, petente dilationem Riccardo Lo-Presto, rescripserunt Eminentissimi Patres -- Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica -- Obsequimur igitur mandatis, Causamque proponimus, ut possint lecto iterum Folio illius Congregationis respondere.

An constet de Matrimonio, ejusque validitate in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 3. de ref.

ISCLANA NULLITATIS EDICTI, ET SUSPENSIONIS. Postquam novus Isclanus Episcopus Localem Visitationem per omnem Diœcesim expleverat, alteram post tertium mensem personalem Visitationem Sacerdotibus, & Confessariis indixit, ut eorum mores, & scientiam cognosceret, & de Sacris Ritibus inquireret. In Cathedrali Ecclesia personalis hæc Visitatio incæpta, inde in Suburbiis, & in Pagis Campagnani, Casamicciolæ, ac Lacci confecta fuit feliciter: Ut ventum est ad Oppidum Forigii, Edictum propositum fuit die 19. Octobris, quo monebantur Sacer-

Sacerdotes omnes, & Confessarii, ut post tertiam diem ad Episcopum una sese conferrent. Ægre tulit Oppidi Clerus non de cæremoniis, moribusque dijudicari, sed de eorum studiis, atque doctrina periculum fieri velle ab Episcopo; Est enim in illo Oppido, in quo Clerus numerosus est, Sodalitium Clericorum, & Sacerdotum, quod illi adscriptum, adlectumque est, quod in vicina Civitate Neapolis institutum fuit a Pavonio magni nominis Viro: In hoc itaque Sodalitio Forigii, ut in altero Neapolitano, plurima pietatis simul, & doctrinæ opera exercentur, statura die cujusque hebdomadæ, qua sodales coeunt, & congregantur, atque ea præsertim Theologiæ pars excolitur, quæ ad mores pertinet, & qualibet Veneris die a singulis Sodalibus in Orbem Prædicationes in foro Oppidi habentur. Cum autem in Locali Visitatione ipse Episcopus præsens fuerit, dum Sodales congregati de illis rebus differerent, quæ ad eorum Institutum pertinebant, plurimum ille gavisus est, laudavitque plurimum etiam publice Sodalium doctrinam, & latini sermonis, quo res illas tractabant, elegantiam.

Displicuit igitur Sacerdotibus Edictum, & ut Episcopum a sententia dimoverent, rationes, quibus hanc illi potestatem esse negabant, eidem narrari voluerunt a Cleri Præfecto, qui suadebat, vel Amplissimi hujus Ordinis petendum esse responsum, vel saltem consuli posse Metropolitanum, & vicinos Neapolitanos Jureconsultos: At Episcopus, qui a Parochis per Epistolas rogatus fuerat de hac personali Visitatione, renuit constanter, ut re infecta Præfectus discesserit. Igitur Sacerdotes omnes in unum tonitu eris tinnuli coacti ad Episcopum agmine facto accesserunt, cum nihil ab eo proficerent, protestationem nullitatis, & appellationis emiserunt. Episcopus itaque, paucis tantum, qui turbas fugerunt, examinatis, ab Oppido discessit, monuitque Sacerdotes, ut post tertiam diem in Civitatem venirent quindecim ex eis, quos nominabat, ut ibi eorum personalis Visitatio haberetur, indicta reluctantibus pœna suspensionis a divinis: postquam in Civitatem venit, iterum alios quindecim Sacerdotes monuit, eadem indicta pœna: Sed frustra; sex & viginti Sacerdotes appellatione injecta ad S. Congregationem, quæ negociis Episcoporum, & Regularium præest, confugerunt: At Amplissimo huic Ordini omnis hujusce rei cognitio data fuit ab Optimo, Maximoque Principe Nostro, auditoque jam Episcopo, controversia nunc quatuor capitibus collecta Eminentissimis Patribus proponitur definienda.

Nolumus hic ea omnia, quæ tum ab Episcopo, tum a Sacerdotibus in libellis, quos dederunt, disputantur, exscribere, Folium enim, non volumen scribimus, satisque esse possunt, quæ ex facto narrantur, ut Amplissimi Patres cognoscant omnem hujus rei disquisitionem in una cognitione positam esse, an possit Episcopus successor Sacerdotes, quorum doctrina ab antecessore Episcopo probata jam fuerat, ad personalem visitationem advocare, ut de ipsorum doctrina inquirat, nam de moribus; & rituum Sacrorum scientia nulla est disputatio. Id si potest Episcopus in Sacerdotes, de Parochis enim alia est juris ratio, consequitur ut, & edictum subsistineatur, & suspensio a Divinis. At contra, si hæc Episcopo non est potestas, Edictum ruat necesse est, & suspensio; ac damnari Episcopus debet, ut farciat omne detrimentum Sacerdotibus illatum. Hanc facultatem Episcopo esse ipse disputat ex dispositione Tridentini Sess. 14. cap. 3. de ref., & auctoritate Pontificii Juris Interpretum. præsertim *Fermosin. in cap. fin. de Stat. & Qualitat. ordinan. quæst. 2. num. 13.* Contra vero Sacerdotes negant hanc Episcopo potestatem esse ex dispositione *caj. accepimus de ætat. & qualit.*, in quo statuitur semel probatum ad Ordines Sacros, & Sacerdotium non posse compelli, ut iterum scientiæ, atque idoneitatis suæ periculum faciat; nec ad rem pertinere Decretum Tridentini dicta Sess. 14. cap. 3.

cap 3., namque illud non habet locum in promotis ab Episcopis antecessoribus, sed in iis tantum, qui sine præcedenti examine ordinati essent, & sine literis commendatitiis proprii Episcopi, ut est in ipso *cap.3.*. & tradunt *Fagn. ad d. cap. accepimus sub n.15. Barb. ad d. cap.3. Conc. Trid. sub n.2. ibique Bellarm. in observ. sub lit. A. & Gallem. n.1. Gonz. ad reg.8. Canc. glos.4. n.85. Marz. Decr. Conc. Trid. lib.2. tit.3 de Paroch. cap.4. lit.L. & M. Barb. Coll. Dec. Apost.339. n 13. Ricc. in Prax. par.4 ref.68. num.5 in fin.*, qui omnes urgent dispositionem *cap. accepimus*, & Sacri hujus Tribunalis definitiones.

Agnoscunt quoque Episcopo successori hanc facultatem dari, si aliqua nova causa superveniat; at hic nullam omnino esse disputant Sacerdotes ex facto ipsius Episcopi, qui præsens fuit in Cœtu Sodalium, dum agerentur quæstiones de moribus, quique eorum scientiam publice laudavit. Omnia igitur Eminentissimi Patres ex libellis Episcopi, & Sacerdotum cognoscent, ut quatuor, quæ subiicimus, Dubia definiant.

I. An Edictum ab Episcopo promulgatum die 19. Octobris 1744. in S. Visitatione super examine Sacerdotum omnium Terræ Forigii quoad scientiam substineatur in casu &c. *& quatenus negative*.

II. An substineatur suspensio a celebratione Missarum inflicta contra nonnullos Sacerdotes dicti Cleri Terræ Forigii in casu &c., *& quatenus negative*.

III. An Episcopus teneatur ad refectionem damnorum per dictos Sacerdotes passorum ex causa dictæ suspensionis in casu &c.

IV. An, & quibus pœnis mulctari debeant Sacerdotes, qui prosequutioni Sacræ Visitationis prætensum impedimentum præbuerunt in casu &c.

Prævia absolutione a censuris ad cautelam scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess.25 c.4. & 11. de ref.

CINGULANA PRÆLATIONIS. Tabulis Testamenti Caroli Mariotti, quas scripsit die 1. Septembris anni 1707. hæredes in usufructu omnium bonorum institutæ fuerunt Antonia Leoni Uxor, & Angela filia, hæres vero proprietatis scripta fuit eadem Angela, cui si sine filiis decederet substituit Testator Ecclesiam Collegiatam, nunc Cathedralem Civitatis Cinguli, ac Præpositum, & Canonicos ejusdem Ecclesiæ pro tempore, onere adjecto duo Sacra agendi singulis diebus in perpetuum pro Animæ suæ, & Pro-Avorum suorum expiatione. Decessit sine filiis Angela nupta Benedicto Gallio, quæ Virum instituit hæredem, unde ortæ inter Socrum, & Gallium quæstiones, decessitque inde Antonia, itaut locus factus fuerit substitutioni Ecclesiæ, & Capituli. Cum autem Canonici redditus bonorum hæreditariorum impares esse crederent oneri Sacrorum adjecto, nam Synodali Constitutione statuta fuerat Sacrorum perpetuorum eleemosyna in obulis 17., preces obtulerunt Amplissimo huic Ordini, ut Sacra minuerentur, & ab Eminentissimis Patribus mandata fuit Episcopo Juri dictio. ut Sacra deminueret juxta quantitatem reddituum ad rationem eleemosynæ perpetuæ, inspecto more Regionis.

Edictum igitur propositum fuit, quo monebantur quicumque jus in hæreditate illa sibi asserebant, ut intra præstitutam diem Jura sua ederent, inde Periti electi fuerunt, qui de quantitate reddituum annuorum ejusdem hæreditatis referrent. Cum vero hi, ut fieri solet, non convenissent, Benedictus Gallius sese hæreditaria bona empturum obtulit pretio sc.2. mil. adjecta tamen conditione, ne ad oblati pretii solutionem adigeretur *ejus commodo, & arbitrio* agendam, sed tantum ad solvenda annua sc.60. ex

æ qui-

æquitate vulgatæ *l. curabit*, donec pretium bonorum hæreditariorum solveretur. His a Capitulo auditis, e re sua esse censuit iterum Caroli hæreditatem adire, & protestationem emittere de juribus detractionum sartis tectis servandis, atque ita obligationem suscepit Sacra, quæ Testator voluerat agendi pro intranti summa scutorum 60 juxta oblationem factam a Gallio; sed cum ea, quæ de detractionibus dicebantur, Judici non placerent, Canonici iterum Amplissimos Patres novo libello adjerunt, quo salva Prælatione, quam sibi uti hæredibus testatoris deberi putabant adversus Benedictum Gallium, postulabant, ut ratione habita impensarum, & detractionum fieret a Vicario Generali, cui negocium omne mandaverat Episcopus, diminutio Sacrorum. Eminentissimi Patres, audito, ut moris est, Episcopo, ad libellum Capituli die 13. Junii transacti anni 1744. rescripserunt -- *Ordinario, qui procedat ad deliberationem assis hæreditarii prout de jure*.

Hinc Edicto proposito, & adventa licitationis die, Philippus Ciccolanius alieno nomine, sed declaraudo, ita oblationes auxit, ut venerit ad summam sc. 2501. sese pecuniam numeraturum dicens spatio duodecim annorum, atque hoc tempore fructus sc. 3. in singulos annos, singulaque nummum centena; sed Benedictus Gallius eum vicit, nam obtulit sc 2502., iisdem tamen conditionibus, quas expresserat in præcedenti oblatione, quam supra memoravimus. Continuo extincta candela est, & continuo lis inter licitatores exarsit: Ciccolanius nominavit Priorem Cavallinium, qui in Judicio defendebat servandum esse edictum, quo bona meliori, non ultimo oblatori promittebantur, longe vero meliorem esse oblationem suam, altera Gallii spreta, vili auctione scuti unius: Contra Gallius sibi bona addicenda esse contendebat, qui ultimus fuerat, & melior licitator, dum oblationes omnes auxerat, & novam Judicii calore oblationem fecit solvendi pretium oblatum *in termino decem annorum, & interim annuos fructus juxta oblationem*, quam fecerat.

Capitulum, ne aliquid ex his detrimenti caperet, protestationem emisit, ne bona deliberarentur, nisi statuto termino ad declarandum, an jure hæreditario Caroli Testatoris vellet præferri: Ampliandam tunc Judex esse censuit, inde accepta scheda a Benedicto Gallio, qua sese obligatum volebat non ad solvenda tantum scut. 2502. intra tempus expressum decem annorum, se etiam unica solutione, decrevit secundum Benedictum Gallium, *cujus favore* voluit *Bona stabilia hæreditaria fore, & esse deliberanda*. Capitulum, quod jus habere prælationis contendebat, ab hoc decreto appellavit ad Amplissimos Patres, & cum obtinuerit cessionem Jurium a Priore Cavallinio, disputat contra Gallium de nullitate decreti deliberationis, & sive inspiciantur jura cessa a Cavallinio, sive ratio habeatur jurium, quæ ad Canonicos pertinent, uti hæredes substitutos, prælationem omnino sibi dandam esse contendit. Factum vero hujus Causæ diffusum nimis, & latum nos cogit, ut a rationibus, quas Capitulum tantum in suo libello proposuit, abstineamus, a Gallio enim nihil hactenus habuimus; poterunt eas Amplissimi Patres legere in eodem libello, ut, omnibus æqua Justi ix libra perpensis, definiant.

An subsistineatur deliberatio Assis hæreditarii, de quo agitur favore Benedicti Galli, seu potius pro eodem pretio competat Prælatio Capitulo in casu &c.

Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam facta tamen obligatione per Capitulum celebrandi Missas juxta numerum præscribendum ab Episcopo pro rata redditui correspondentium capitali oblato a Gallio ad rationem trium scutorum pro centenario, & eleemosynæ perpetuæ absque spe reductionis ex causa deteriorationis Bonorum, & amplius.

Sess. 24. c. 18. de ref.

POLICASTREN. JURIUM PAROCHIALIUM. Deficientibus Sacerdotibus in Oppido Camerotæ, in quo numerabantur quinque Parochiales Ecclesiæ, eveniebat, ut ii Clerici, iique Sacerdotes, qui singulis Parochialibus Ecclesiis abscripti erant, ut ea, qua maxime posset, digniori ratione cultus præstaretur, una simul omnes convenire cogerentur, & nunc in una, nunc in altera Ecclesiarum illarum Divina Officia, & Sacras Functiones agere: Distributio Ecclesiarum in Orbem erat, sed redditus earum, Vestes, Ornamenta, omnisque Sacra Suppellex suæ erant Ecclesiæ, atque ita cum distinctæ essent singularum Ecclesiatum mensę, æquum esse non poterat omnium compendium assiduis Clericorum, Sacerdotumque querelis, quod cum æquale esset onus Chori, & Divinorum Officiorum, & adjuvandi Parochum in cura animarum, inæquale tamen esset stipendium, & lucrum, quod ab inæqualibus Ecclesiarum redditibus obveniebat. Huic malo medicinam parandam esse censebat Episcopus Sanctonius in visitatione habita anno 1619. suppressione Parochialium Ecclesiarum, sed abstinuit metuens ab Ecclesiasticorum, & populi repugnantia; decrevit tamen servandam deinceps esse eamdem methodum sacra omnia, Divinaque Officia agendi singulis annis in aliqua ex tribus amplioribus, & aptioribus Ecclesiis, quæ eo anno habenda esset uti Ecclesia Mater, & unica, acsi nullæ aliæ in Oppido essent Parochiales Ecclesiæ, ideoque Sacram omnem aliarum Ecclesiarum supellectilem ad ornamentum, & usum annalis illius Ecclesiæ matris transferri voluit, & illi Clerum integrum adscriptum censeri, atque ex omnibus omnium Ecclesiarum Parochialium redditibus unam fieri Mensam communem, ut unus erat Clerus, unum Capitulum: Vetuit autem ne eo anno in aliis Ecclesiis Ecclesiastica Sacramenta ministrarentur, sed tantum earumdem Ecclesiarum custodiam iis tribuit Sacerdotibus, qui pridem illis erant adscripti.

Ab hoc Decreto orta quæstio est, quæ nunc agitur in hoc Sacro Tribunali: Dum enim duo Sacerdotes duarum Ecclesiarum Custodes Franciscus Antonius Pristierus, & Ignatius Sanfivierus sese Parochos illarum Ecclesiarum dicunt, & Parochialia munera exercere volunt, & sibi asserunt jus stolam ferendi, contenduntque aliis senioribus Sacerdotibus præesse, illosque præcedere, Archipresbyter, qui se facit unum totius Oppidi Parochum, & Clerus omnis Policastrensem Episcopum adjerunt, ut duos illos Sacerdotes authoritate sua compesceret; sed cum Episcopus promior videretur in sententiam, quæ duobus Sacerdotibus favebat, rem omnem ad Amplissimos Patres detulerunt postulantes servari decretum ab Episcopo Sanctonio latum, quod longa centenarii temporis, & quod excurrit observatione confirmatum dicebant, præsertim, cum illud idem decretum auditis Partibus non confirmatum tantum, sed ampliatum, declaratumque fuerit in visitatione habita Anno 1730. a Vicario Generali Policastrensis Episcopi.

Auditus igitur fuit, ut fieri decet, Episcopus, qui longissima epistola secundum duos illos Sacerdotes respondit, nec dubitavit Vicarium Generalem turpissimi sceleris reum agere, quod decretum illud tulerit per sordes, & pecunia corruptus. Controversia itaque omnis tribus collecta Capitibus a quorum primo, in quo de Decreto Episcopi Sanctonii lato Anno 1619. disputatur, universa pendet rei definitio, Eminentissimis Patribus nunc proponitur, qui probe expensis iis, quæ sunt in Libello Archipresbyteri, & quæ in epistola sua habet Episcopus, qui totus est in juribus duorum Sacerdotum tuendis, namque hi nondum Libellum dederunt, respondere poterunt,

I. An servari debeat Decretum Episcopi Sanctonii factum in Sacra Visitatione Anni 1619. pro Unione Cleri Terræ Camerotæ, Gubernio & ser-

servitio trium Ecclesiarum Parochialium, earumque animarum cura ad solum Archipresbyterum Curatum ejusdem Terræ præservata in casu &c. *& quatenus Affirmative.*

II. An Presbyteri, quibus pro observantia dicti Decreti committi solet custodia duarum Ecclesiarum, iis annis, quibus in eisdem non celebrantur Divina Officia, nec Sacramenta administrantur, prohiberi debeat se denominari, ac subscribi Parochos, ac in eis munia Parochialia exercere absque licentia, & consensu Archipresbyteri in casu &c. *Et quatenus Affirmative.*

III. An sit prohibendum iisdem Presbyteris delatio stolæ in Processionibus, ac præcedentia super cæteros Presbyteros antiquiores in casu &c.

Ad primum Affirmative. Ad secundum Affirmative. Ad tertium Affirmative.

RAVENNATEN. ALTARIS. In Templo D. Nicolai, quod Ravennæ est, & ad Eremitas Augustiniani Ordinis pertinet, nobilissimum sacellum fuisse columnis, & marmoribus pretiosissimis extructum, picturaque Beatissimæ Virginis, cui Gratiarum nomen indictum est (sive unius, sive alterius excellentis Artificis opus) magnifice ornatum, & ferreis cancellis munitum, & circumclusum, quod detinebatur a Sodalitio ejusdem Nominis Beatæ Mariæ Gratiarum, fide constat veterum Annalium, & testificationibus hominum ætate gravium confirmatur. Impensæ omnes, quæ necessariæ erant, ut sartum, tectumque esset sacelli, & Altaris opus, & in illius tutelam, usumque erogabantur, arca, pecuniaque Sodalitii fiebant; Ædituus Sacello præerat, qui a Sodalibus præponebatur; & Vestes, & Sacra Supellex ad Altaris usus destinata in Armario, quod in ejusdem Templi Sacrario erat, cujusque claves Ædituus habebat, a Sodalitio reponebantur, & si quando ad avertendas calamitates publicæ indicebantur supplicationes ad Imaginem Virginis non Patres Eremitæ, sed Sodales rogabantur ab Ordine Ravennatum: Archiepiscopi vero Altare illud, & res Sodalium numquam a Patribus præpediti libere visitarunt. *Sess. 25. c. 8. & 9. de ref.*

Hoc rerum ordine ventum est ad annum 1709.; quo tempore opus fuit, ut Templum integrum D. Nicolai a solo restitueretur: monumentis Sodalitii probatur hanc inter Patres Augustinianos, & Sodales initam fuisse conventionem, ut Patres tollere possent columnas, marmora, aliaque Altaris ornamenta, quæ ad Sodales pertinebant, tenerentur vero contra novum Altare suis impensis præstare Sodalibus. Veritatem hujus pacti monstrat factum, nam Patres columnis, marmoribus, ferro, aliisque lignis, ornamentisque Altaris usi sunt, ipsamque pictura insignem Tabulam asportarunt, novum vero Altare sed ligneum posuerunt. atque eo evasit illa conventio, ut Sodales non pretiosas res tantum amitterent vilioribus acceptis, sed quod deterius est, ipsum Altaris jus, & possessionem. Dum enim Templum extruebatur, opportune per ora hominum volitabat Sodales jure Altaris cecidisse, quod noluerint impensas, quas Patres Augustiniani fecerant, in ædificio Altaris restituere.

Evenit res, ut optabatur, nam Sodales ea ratione, quæ in legibus nostris refertur, ut quod communiter possidetur, communiter negligatur, libros suos, in quibus conventio illa scripta fuerat, non revolventes eamdem opinionem imbiberunt, nec tamen deferbuit eorum ardor, & pietas in Virginis cultum, plurimas enim impensas in ornamenta Altaris erogarunt, & Archiepiscopus Farsettus Altare illud visitare non dubitavit.

tavit. Tandem Anno 1742. Controverſiæ hujus, quæ inter Patres, Sodaleſque agitur, ſemina jacta fuerunt; cum enim opus, ut muri craſſities minueretur, quo poſſet Statua Beatiſſimæ Virginis collocari, Sodales facultatem hanc ſibi dari poſtularunt a Patribus, quos putabant Sacelli, Altaris, Murique Dominos, & novus hac occaſione contractus initus fuit inter Sodales, & Patres, ut hi reſtituerent in poſſeſſionem Altaris Sodales, qui contra Patribus remitterent fructus cenſuum in ſumma ſcut. 95. Placuit Patribus hæc tranſactio, quibus in unum congregatis propoſita fuit, placuit totius Ordinis Generali Magiſtro, qui illam literis ſuis probavit: in ipſa vero ſtipulatione tranſactionis error ſive partium, ſive tabellionis obrepſit, nam expreſſum fuit Patres cedere Sodalibus *Jus*, *Poſſeſſionem*, *Dominium*, *et Proprietatem Altaris*, e quibus verbis controverſia inde orta eſt.

Cum enim modernus Archiepiſcopus Altarium, quæ in Eccleſiis Religioſorum erant, ſed ad Sodalitia pertinebant, Viſitationem indixiſſet, & putaſſet hoc etiam Altare Sodalibus Beatæ Mariæ Gratiarum ceſſum a Patribus viſitare poſſe, obſtiterunt Patres, qui occaſionem nacti a verbis illis Inſtrumenti negabant ceſſionem valere poſſe, quod ſine Beneplacito Apoſtolico diſtrahi Altare illud non potuiſſet, quod res Sacra, ut illud erat Altare, nequeat ſine labe Simoniæ pretio nummario in alium transferri, nec in commercio hominum eſſe poſſet, cum in nullius hæc bonis ſint. Abſtinuit Archiepiſcopus a Viſitatione, adjecta tamen clauſula *ſine Prejudicio fuæ Juriſdictionis, et rationum ambarum partium*. Rem inde omnem Sodales detulerunt ad Ampliſſimos Patres, a quibus petebant, ut ſi quid vitii ineſſet inſtrumento, & ſtipulationi, aut tolleretur, aut cogerentur Auguſtiniani pecuniam reddere. Datæ ad Archiepiſcopum fuerant literæ, quibus ſignificabatur, ut rem omnem referret, animique ſui Sententiam aperiret; Seddum cunctantur Sodales eas Epiſtolas reddere Archiepiſcopo, Patres Auguſtiniani Libellum obtulerunt Sacro huic Tribunali, quo poſtulabant nullam, atque irritam declarari ceſſionem illam Altaris, nullumque jus eſſe Archiepiſcopis illud viſitandi: datis igitur aliis literis ad Archiepiſcopum reſpondit ille lucuientiſſima epiſtola. Nunc vero duo, quæ ſequuntur, Dubia definienda ſunt ab Eminentiſſimis Patribus, quibus Dubiis jam ſubſcriptis monimenta rerum geſtarum, quas ſupra narravimus, reperta fuerunt maxima ex parte a Sodalibus; Patres de nullitate ceſſionis diſpurant: Sodales contra nullum illi vitium eſſe contendunt, etiamſi vere a dominio, & poſſeſſione antecedenti cecidiſſent, multo vero amplius, quia ceſſio illa non aliud eſſe poſſit, quam reſtitutio, & redintegratio poſſeſſionis, in qua erant Sodales. Judicium rei univerſæ ad Ampliſſimos Patres pertinet, qui lectis libellis, qui proponuntur, definient.

I. An ceſſio Dominii, & proprietatis Altaris ſubſtineatur in caſu &c.

II. An, & quomodo dictum Altare viſitari poſſit ab Ordinario in caſu &c.

Ad primum Affirmative quoad uſum, & poſſeſſionem per modum reintegrationis, & amplius. Ad ſecundum Affirmative juxta ſolitum, & amplius.

Sef 25. c.9. de ref.

FERRARIEN. CONFIRMATIONIS CONCORDIÆ: Ut incolis Pagi Hoſpitalis Bondeni conſuleret Jo. Fontana, qui Ferrarienſi præerat Eccleſiæ, anno 1704. novum Templum, quod Vicani illi in eodem Pago extruxerant, in Eccleſiam Parochialem erexit, & a Parochia alterius Pagi

Septem

Septem Pollicinorum separavit, divisitque, dato onere novæ Parochialis Rectori visitandi aliquo anni tempore Ecclesiam matrem, cereamque unius libræ facem offerendi. Querelas detulit hac de re continuo Parochus Ecclesiæ septem Pollicinorum ad Sac Congregationem, quæ negotiis Episcoporum, & Regularium præpolita est; at nihil aliud obtinuit, quam declarationem Patronatus, sive Jus nominandi novæ Parochiæ Rectorem, quoties vacatio ejusdem obtigisset.

Hoc tamen jure nominandi in omnibus, quæ inde evenerunt, vacationibus Rectores Ecclesiæ Matris usi non sunt, qua causa ignoramus: scimus tantum in vacatione Parochialis Ecclesiæ Bondeni, quæ obtigit anno 1716. Amplissimum S. R. E. Cardinalem del Verme Archiepiscopum Ferrariensem indixisse concursum; at Archipresbyterum Ecclesiæ Matris Septem Pollicinorum, declarationem in actis emisit, ut Jura Ecclesiæ suæ sartaque tecta servarentur, qua spreta, collata fuit Parochialis, quæ vacabat. Idem factum est in alia vacatione, quæ obtigit anno 1743. a Josepho Antonio Gregorio, qui Archipresbyter est Ecclesiæ Septem Pollicinorum, & cum pariter spreta fuisset protestatio, Gregorius, ut Jus suum tueretur, rem detulit ad Tribunal A. C. petiitque, ut servaretur, & exequeretur rescriptum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium; sed spreta inhibitione A. C., habitoque concursu, electus fuit Jacobus Faccius, qui etiam possessionem Parochialis Ecclesiæ nactus fuit.

Attentata purgari jussit A. C., omniaque acta gesta circumscripsit, sententiamque tulit, qua voluit servari, atque exequi rescriptum Sac. Congregationis Episcoporum & Regularium, eaque sententia authoritatem habuit rei judicatæ; metuens igitur Faccius ad Gregorium humaniter accessit, suspensaque exequutione, transegerunt amice. Præcipua transactionis capita sunt, ut Gregorius renunciaret judicato, quod obtinuerat ab A. C., ut consensum præstaret institutioni Parochialis, quam in concursu Faccius obtinuerat, ut jus nominandi Rectorem ad Archipresbyterum Septem Pollicinorum deinceps spectare deberet, utque demum Faccius curaret, ut confirmaretur transactio cum ab Archiepiscopo, tum ab hoc Sacro Tribunali. Libellus igitur oblatus fuit Amplissimis Patribus, quo confirmatio transactionis petebatur: Archiepiscopus enim consensum denegaverat. Nunc itaque audito jam eodem Archiepiscopo, qui diligentissime rem omnem narrat epistola sua, ejusdem transactionis confirmationem Faccius, & Gregorius exposcunt.

Probandas esse ajunt transactiones, cum justa causa est transigendi, & utilitas postulat; de utilitate ambigi non posse, quam vel solus affert receptus a lite: Causam vero justam erui ex rescripto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, ex sententia A. C., & ex ipsa juris dispositione, qua cautum est, ut jus nominandi Rectorem Ecclesiæ separatæ, & disjunctæ spectet ad Rectorem Ecclesiæ Matris, cujus redditum portione nova Parochialis erecta fuit, ut post apertum Alexandri rescriptum in *Cap. ad audientiam 3. de Eccles. ædific.* tradunt *Fagnan. ibidem num. 35. Amostaz de Caus. Pits cap. 4. lib. 5. a num. 47. ad 49. Pignatell. consult. 230. num. 22. tom. 4. Monacell. Formul. 3. n. 12. verb. reservantes: Corrad. Prax. Benef. lib. 3. cap. 2. n. 5. Fargna de Jurepatron. par. 1. recent.* hac autem juris dispositione, rescripto Sacr. Congregationis, & sententia A. C. uti certo posse Archipresbyterum, & consequenter nullum hac transactione ei tribui jus, quod pridem non haberet, nec libertati Ecclesiæ, quæ in novam Parochiam erecta fuit, detrimentum ullum inferri: Pertinet igitur ad Eminentissimos Patres cognoscere.

An sit locus confirmationi Concordiæ in casu &c.

Affirmative servata forma concursus.

Die

Die Sabbathi 26. Junii 1745.

Sess. 25. c. 19. de reg.

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Pluries hæc Causa data fuit in foliis, sed vel non fuit definita, vel non fuit proposita. Proponetur nunc itaque, ut credimus, & definietur, utque id commodius fiat ab Amplissimis Patribus, poterunt *Folium Congregationis habitæ die 30. Januarii hujus anni* iterum inspicere: Dubium, quod definiri debet, est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Iterum proponatur.

Sess. 24. c. 12. ac ref.

EUGUBINA: Postquam Causa isthæc definita fuerat in *Congregatione* habita *die* 8. *Augusti anni* 1744. Responso Eminentissimorum Patrum: *Affirmative quoad primam partem salva authoritate Episcopi, & negative quoad secundam*: petiit Capitulum contra hanc definitionem audiri, sed bis proposita Causa primum in *Congregatione* habita *die* 5. *Decembris superioris anni*, inde in ultima *Congregatione* habita *die* 29. transacti *mensis Maii*, & Capitulo dilationem petente Responderunt Amplissimi Patres: *Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica*: Proponimus igitur Causam, ut perspectis iterum foliis harum Congregationum, quas memoravimus, respondere nunc possint.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 21. c. 3. Sess. 22. c. 3. & Sess. 24. c. 12. de ref.

AQUILANA INDULTI: Causæ hujus speciem, rationesque omnes dedimus *in Folio Congreg. diei* 13. transacti mensis *Febr.* sed proposita non fuit: Iterum itaque eam dedimus in *folio Congregationis diei* 20. sequentis mensis *Martii*, & rescripserunt ea die Patres Amplissimi: *Dilata & ad mentem, & mens est, quod scribatur Episcopo juxta instructionem*: Paruit Episcopus mandatis Sacri Senatus, & accitis duobus medicis, jussit, ut Archidiaconum Franciscum Carolum convenirent, perspectisque omnibus, quæ perspicienda essent, & cognoscenda, referrent, quibus ille vitiis afficeretur, & an legitimè ab illis impediretur, ne Choro divinisque officiis interesse posset: Retulerunt medici vitia, quibus ille afficiebatur, judiciumque jurati aperuerunt a Choro abesse posse, & debere, ne quid detrimenti caperet ejus valetudo: Iterum nunc itaque Causa proponitur, ut Eminentissimi Patres perspecto *Folio Congregationis diei* 13. *Febr.*, & Juribus, quæ nunc proponuntur duo, quæ in Causa sunt, Dubia definire possint.

I. An & quomodo Archidiacono Francisco de Carolis concedendum sit Indultum, de quo agitur in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An, & quibus emolumentis perfrui debeat in casu &c.

Ad I. Affirmative onerata conscientia Oratoris durantibus infirmitatibus arbitrio Episcopi. Ad II. Deberi omnia emolumenta exceptis iis, quæ sive ex dispositionibus Testatorum, sive ex statuto, & consuetudine Ecclesiæ debentur tantum actu inservientibus, & amplius.

MILETEN.

MILETEN. Redit ad Judicium Patrum Ampliſſimorum hæc Cauſa, quæ data fuit *in Folio Congregationis*, quæ habita eſt *die* 8. tranſacti menſis *Maii*, ampliandum cenſuerunt ea die Eminentiſsimi Patres, nunc vero proponitur, ut duo, quæ ſubjicimus, Dubia eorumdem reſcripto ſolvantur. *Seſſ. 23. c. 18. de reform.*

I. An per Monachos Monaſterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Baſilii debeatur aliqua taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Eccleſia Scaliti, *& quatenus negative*.

II. An idem Seminarium teneatur reſtituere Duc. 27. a præfatis Monachis anno præterito exactos.

Dilata.

FIRMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Ultimis Tabulis Teſtamenti, quibus ſcriptis anno 1724. deceſsit Eleonora Marronia, ſex diſtinctas inſtituit Primogenituras favore ſcilicet Xaverii Graſsi, Joannis Franciſci Guerrerii, Franciſci Xaverii, & Joannis Baptiſtæ Morroni, Thomæ Guerrerii, & Aſdrubalis Vinci, vocatis eorum Primogenitis maſculis in infinitum, adjectaque inter eos reciproca ſubſtitutione, filiabus vero Jure legati fructus omnes Cenſuum, qui in hereditate erant, reliquit cauſa dotis ſpiritualis tantum: Has inter primiorem habere locum voluit filias Xaverii, & Jo. Baptiſtæ Morronii, & quoad alias quatuor præferri voluit ætate majorem: Ad hujus legati compendium vocavit etiam filias Friderici Nobilis, Marini Hieronymi Catalani, & Ludovici Evangeliſtæ, horumque Primogenitorum, ſingulas tamen ſingulis generationibus, quibus omnibus deficientibus eas ſubſtituit, quæ Nobilibus Civitatis familiis pauperes eſſent, dato Jure electionis poſſeſſoribus Primogenitorum, quos judicio, & teſtificationi Parochorum deferre juſſit. *Seſſ. 25. c. 15. de reg.*

Hujus tamen diſpoſitionis ſive mutationem, ſive ampliationem obtinuit primus vocatorum ordo ab Optimo Maximoque Pontifice Benedicto XIII. anno 1728. qui indulſit, ut ſi non adeſſent Puellæ, quæ nomen dare vellent Ordini Monaſtico, ex fructibus cenſuum ſumma aureorum 500. detraheretur, quæ in dote ſæculari conſtitui poſſet, atque ob id Angela Giliuccia Vidua Franciſci Xaverii Morronii die 22. Januarii anni 1743. preces obtulit Ampliſſimis Patribus, quibus hoc ſibi dari ſubſidium poſtulabat pro dote Eleonoræ Filiæ, auditoque Archiepiſcopo, advocatiſque omnibus intereſſe habentibus, die 17. Aprilis ejuſdem anni reſcriptum fuit *ſervetur Chyrogpraphum San. Mem. Benedict. XIII.* Cum autem publicæ fieri debeant denunciationes, Puellæ nobiles, & pauperes facili animo ſe Monaſterio dedituras declarant, quod inde non implent, & præpeditur tamen Chryrographi exequutio.

Diſplicet id Familiis primi Ordinis, ideoque a Sacratiſſimo Principe noſtro poſtularunt, ut hiſce Puellis tempus unius menſis poſt earum declarationem ſtatueretur, quo ſacras veſtes ſuſciperent, eo autem tranſacto caducatæ cenſerentur: Experientia quippe compertum eſt Puellas, quæ vel parentum ſtimulis, ſuaſionibus, aut metu, vel juvenili ardore, atque imprudentia declarant Monaſterium ingredi velle, ſerius tamen, & ſæpius etiam numquam id implere. Data fuit poſtulationis hujuſce cognitio ſplendidiſſimo huic Ordini, qui iterum die 28. Martii anno 1744. *ſervari Chirographum* juſſit. Urſerunt iterum actores, ut ſi breve videretur menſis unius ſpatium, terminus ſaltem aliquis ſtatueretur Puellis, intra quem debeant Monaſterium ingredi, atque iterum audito Archiepiſcopo, res nunc Ampliſſimis Patribus definienda proponitur.

Menſis

Menſis terminum conſtituturos eſſe Eminentiſſimos Patres ſibi ſuadent Actores, quod Benedictino indulto, & rationi, atque æquitati ſatis conveniat, habent enim Puellæ ultra hunc terminum probationis annum, atque ita Teſtatricis diſpoſitio diu non ſuſpenditur, & exequi poterit Chirographum Benedictinum, quo vocatæ cenſentur, & fere ſubſtitutæ quarto loco Puellæ, quæ eidem Teſtatrici ſanguine conjunctæ ſunt, quæque nubere cupiunt. At ſi menſis unius ſpatium breve videatur, poſtulant ab Eminentiſſimorum Patrum prudentia tempus aliquod ſtatui nobilibus, pauperibuſque Virginibus, quo tempore lapſo cadere debeant a legati compendio, ut ita ſubſtitutis locus eſſe poſſit, quæ aureos quingentos capient, ut nubant.

Conſignationem quoque dotalis hujus ſubſidii altero capite poſcit Eleonora Morronia, quæ prædilectionem Teſtatricis, & conſenſum aliarum familiarum primo vocatarum habet, quæque jam nuptias contraxit, atque hanc dotem promiſit, quam Jure conſequi debet, namque Angela Ruffo, & Juſtina Oliveria nobiles pauperes, quæ earum declaratione ingrediendi Monaſterium hactenus impedimento fuerunt, deinceps hoc agere nequeunt; Juſtina ſiquidem nupſit, & Angela, quæ diu vitam duxit in Monaſterio S. Claræ, nunc oblita declaratione ſua *in* ædibus vivit paternis; Ad religionem igitur Ampliſſimorum Patrum eorumque prudentiam pertinet decernere, an precibus his ſit annuendum, nos enim duo ſubjicimus controverſiæ hujus capita:

I. An Puellæ monacandæ poſt lapſum menſem, & annum probationis cenſeantur caducatæ, itaut ſtatim ſit locus Chirographo ſan. mem. Benedicti XIII. favore Puellarum nubentium, vel potius præfigendus ſit alius terminus in caſu &c.

II. An ſit locus conſignationi ſubſidii dotalis temporalis favore Eleonoræ Morroniæ in caſu &c.

Ad I. Negative quoad primam partem, quo vero ad ſecundam præfigendum eſſe tempus unius anni a die nominationis completa tamen ætate conciliari, & non nominentur, niſi quæ expleverint annum duodecimum ætatis. Ad II. Dilata, & ſcribatur Archiepiſcopo pro nova informatione juxta inſtructionem auditis intereſſe habentibus.

Seſſ. 25. c. 4. de ref.

VERONEN. Cum Univerſitas Oppidi Sancti Felicis Riperiæ Benacenſis, quod eſt in Diœceſi Veronenſi, Templum ſua pecunia a ſolo extruxiſſet, & ad ſacra divinaque agenda, Sacramentaque miniſtranda Sacerdotem conſtituiſſet, plures fuerunt, qui hoc exemplo perciti, ut quanto magis poſſet, opus hoc pium promoveretur, hæredem bonorum ſuorum eamdem Univerſitatem inſtituerunt, ſed longiſsimi anteacti temporis fuga non ſicut, ut omnium ſervaretur memoria extra hos duos, quorum primus eſt Jacobus Groſſolus, qui die 3. Maii anni 1440. hæredem ſcripſit Univerſitatem, dato tamen onere præſtandi fructus, redditusque hæreditarios uni, ſeu pluribus Sacerdotibus, qui ſacra, divinaque officia in eodem Templo agerent *in remedium animæ ſuæ*, & ſuorum defunctorum: quæ ſolemnis erat, & cognitiſsima formula, qua ea tempeſtate, & antecedentibus etiam ſæculis utebantur in hiſce piis largitionibus; aut relictis: Altera, cujus extet memoria, fuit Joanna Cerclina, quæ eidem Univerſitati anno 1450. dimidiam duorum prædiorum partem reliquit, ut eorum redditibus ab uno Sacerdote ſacrificaretur in eodem Templo *in remedium animæ ſuæ*, & ſuorum defunctorum, & ſi quid reliquum eſſet in ornamentum Templi impenderetur.

His

His bonis a piis Teſtatoribus relictis, aliisque ab eadem Univerſitate collatis, obtinuit Univerſitas ab Optimo Maximoque Pontifice Clemente VII, ut in eodem Templo SS. Felicis, & Adaucti quatuor Cappellaniæ ad quatuor illius Altaria erigerentur, facta æquali partitione inter eas bonorum relictorum, datoque Cappellanis onere, ſingulis diebus ſacrum faciendi, agendique divina officia, atque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrandi. Pontificis mandata exequutus eſt Joannes Matthæus Gibertus Epiſcopus ille Veronenſis Doctis omnibus ævi ſui cognitiſsimus, & laudatiſsimus, qui Cappellanias erexit, & æquali bonorum parte dotavit, & præter antiquum cenſum quatuor librarum ceræ albæ Eccleſiæ Matri S. Mariæ Minerbæ quotannis præſtandum ea, quæ Summus Pontifex onera injunxerat, Cappellanis indixit, reſervavitque Univerſitati Jura Patronatus, ut Clemens conſtituerat.

Sed Vicarius Generalis Epiſcopi Giberti, qui bona ſingulis Cappellaniis aſſignanda ſeparaverat, alia iiſdem onera adjunxit, quæ ne longiores ſimus in *Folio* ſcribendo, legere poterunt Eminentiſſimi Patres in luculenta Epiſcopi Veronenſis Epiſtola ad ſacrum hunc Senatum data, de qua inferiori loco dicemus: alia quoque onera addidit Cardinalis Auguſtinus Valerius Epiſcopus Veronenſis decreto lato die 23. Octobris anni 1574. his ita conſtitutis, an ſinguli Cappellani ſacra quotidie fecerint, eaque pro oneribus fortaſſe eorum Cappellaniis annexis *applicaverint* omnino ignoratur: Dubitatum tamen hac de re fuiſſe anno 1637. refert in eadem epiſtola is, qui nunc Veronenſi Eccleſiæ præeſt Epiſcopus.

Utut ſeſe res habuerint certum eſt peſtem an. 1630. ita univerſam Veronenſem Diœceſim ſubvertiſſe, ut harum Cappellaniarum redditus maxime deminuti fuerint, nulluſque eſſet idoneus Sacerdos, qui Cappellanus eſſe vellet, cultuſque Sacri Templi penitus negligeretur; huic igitur malo medicinam parare cupiens Marcus Juſtinianus Veronenſis Epiſcopus anno 1643. decreto ſuo duas Cappellas, earumque bona, & redditus univit, declaravitque, ut Rector earum cenſeretur, & eſſet Parochus ejuſdem Parochialis Eccleſiæ SS. Felicis, & Adaucti, & Præpoſitus nuncuparetur, atque alii duo Cappellani Coadjutores haberentur; onera vero omnia, quæ Cappellaniis data fuerant, in Præpoſitum transtulit.

Poſt hoc decretum nulla in his Beneficiis evenit mutatio; dubitatum equidem fuit, num tenerentur Præpoſitus, & Cappellani *Sacrum applicare* pro redditibus, quos ex Beneficiis ſuis perciperent, & variæ fuerunt cum Theologorum, tum Canoniſtarum eo tempore ſententiæ & Conſultationes. Prævaluit tamen antiqua conſuetudo Sacra quidem faciendi, ſed ea *applicandi* juxta mentem eorum, qui eleemoſynam offerrent. Cum autem vetus hæc quæſtio iterum exorta fuerit, Univerſitas preces obtulit Principi Sacratiſſimo, quibus poſtulabat ut quæſtionem hanc definiret, & vel decretum Epiſcopi Juſtiniani confirmaret, vel legem daret novam: Ed Ampliſſimos igitur Patres delata fuit hujus poſtulationis cognitio, quæ nunc audito jam Veronenſi Epiſcopo, reſponſum expectat.

Rationes Præpoſiti & Cappellanorum, quibus negant mutandum eſſe decretum Epiſcopi Juſtiniani, & ſeſe immunes faciunt ab onere *applicationis* poterunt Eminentiſſimi Patres agnoſcere ex eorum libello, & præcipue ex diligentiſſima Epiſtola Veronenſis Epiſcopi, qui rem omnem nitide narrat, & redditus horum Cappellanorum, & præſertim Præpoſiti tenuiſſimos eſſe refert: Dubia vero, de quibus agitur, ſunt.

I. An ſit obſervandum Decretum Epiſcopi Juſtiniani anni 1643. & Præpoſitus, & Cappellani coadjutores ſint immunes ab applicatione Sacrorum, itaut poſſint recipere eleemoſynam ab offerentibus in caſu &c. *& quatenus negative*.

II. An & quomodo ſit providendum &c.

Ad I. affirmative adjecto onere duorum anniversariorum unius nempe pro Joanna Cerclina, alterius pro Benefactoribus facto verbo cum Sanctissimo. Ad II. satis provisum,

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

MONASTERIEN., SEU PADERBONEN. MATRIMONII: Species hujus Causæ repetenda est e *folio Congregationis*, quæ habita fuit *die* 25. *Februarii an.* 1741. quod in lucem hominum editum fuit *vol. x. Thesaur. Resolut. Sac. Congr. pag.* 21. ea itaque die Dubio proposito *an constet de nullitate Matrimonii in casu &c.* censuerunt Amplissimi Patres respondendum esse -- *Ex hactenus deductis Affirmative* -- Posthæc cum Anna Franciscæ Dorotheæ Baronissæ de Althaus urgeret, ut declararetur *absolute* nullitas Matrimonii, rescripsit Sacrum Tribunal die 20. Januarii 1742. ut *daretur Defensor Matrimonio*, quo dato petitæ fuerunt Remissoriales ad probationes faciendas. Auditus igitur fuit Vicarius Generalis Paderbonensis, & coram judice, cui mandata fuerat Jurisdictio a Nuncio Apostolico ad Tractum Rheni testes *formiter* interrogati fuerunt: Causa nunc iterum proponitur, cujus duæ partes sunt, altera quæritur, an Matrimonium contractum mense Augusto anni 1733. coram Parocho *de Vinsebech* nullum, vel validum fuerit, altera vero disquiritur, an si nullum fuerit, retihabitum inde dicendum sit: Rationes utriusque quæstionis cognoscere poterunt Eminentissimi Patres e libellis, qui hinc inde proponuntur, ut respondere possint.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata,

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

CSANADIEN. Episcopus Csanadiensis speciem hanc, quam ipsius verbis damus, definiri postulat ab Amplissimo hoc Ordine: „ Clara Szekely nata Calviniana nupsit in Transylvania cuidam Viro Calvino, „ quo mortuo nupsit iterato Viro Catholico, cum quo etiam ad Fidem „ Orthodoxam conversa vixit annis aliquot; Ipso pariter emortuo venit „ Temesvarinum in Hungariam, ubi Calvinam se simulans, coram Epi„ scopo Schismatico abjurata secta Calviniana, Schisma Græcum professa, „ Matrimonium cum Schismatico inivit, & ex mandato Episcopi coram „ Parocho Græci Ritus Sacerdote copulata est: Post intervallum tempo„ ris delata est Clara ad Episcopum Catholicum, ac deprehensa Catholicæ „ Professionis, prout in Consistorio ipsamet palam fassa est: Super quo „ Consistorium judicans ex una parte quidem malitiose reticuisse Fidem, „ & ita dolose Schismatico copulatam a Parocho non proptio: Ex altera „ vero parte Viri, utpote innocentis, & bona fide procedentis (cui tamen ob Fidei Orthodoxæ amittendæ periculum cohabitare nequit) Parochum fuisse proprium: Mutuis & Collatis pro & contra rationibus, „ consultius censuit Consistorium pro decidenda hac causa recursum fa„ cere ad S. Sedem Apostolicam, an videlicet hoc Matrimonium vali„ dum sit, aut invalidum & ex hinc separationem interinalem ad tem„ pus nimirum accipiendæ declarationis fecit inter eosdem: Pendente hac „ interea Causa Clara cum alio Viro Romano-Catholico in facie Ecclesiæ „ Matrimonium contraxit: supplicatur proinde humillime pro declara„ tione, quod nam ex his duobus subsistat? *Hæc Episcopus*.

Monente Eminentissimo Sacri hujus Tribunalis Præfecto, rogatus fuit doctissimus Societatis Jesu Theologus, ut Sententiam suam aperiret, respondit que validum censere primum, non secundum Matrimonium, necquicquam obstante simulatione ejurationis hæresis Calvinianæ, etenim sive

vera

vera fuerit, sive falsa res in idem recidit, cum nequeat a Viro proponi error, qui nullum faciat contractum, esset nanique hoc casu non error personæ, sed error qualitatis, qui, ut cognitissimum est, non eam vim habet, ut Matrimonii contractum irritum reddat: nec mutare defectum proprii Parochi mulieris, explorati siquidem juris est satis esse Parochum viri ex Pontificia declaratione apud *Fagnan. in cap. quod nobis n. 33. De Clandes. despon.* licet autem idem *Fagnanus in cap. quod a Trædecessore a num. 26. ad 143. De Schismat.* disputaverit nullam Episcopis Schismaticis jurisdictionem esse Parochos deputandi, qui servato Tridentini Decreto interesse possint Matrimoniis, & ob rei gravitatem desideraverit definitionem Sanctissimi in Sacra Congregatione Inquisitionis, impletum tamen inde fuit illius desiderium, omnem siquidem dubitationem ademit eadem Sacra Congregatio, cui visum est in contrariam abire Sententiam, ut apud Card. *Albitium de Inconstan. in Fid. cap. 20. num. 5. & seqq.* Fagnanum rejecit, quod & pridem fecerat *cap. 18. num. 23.*

Demum non obesse periculum prævaricationis Claræ, si ad primas redeat nuptias cum Viro Schismatico, hoc enim periculum, cum res est de iis, qui aqua & Spiritu Sancto renati sunt, non facit ut matrimonium irritum sit sed vim tantum habere potest ad rexalandum Thori connubialis, & cohabitationis vinculum. Videant itaque Eminentissimi Patres.

An, & quomodo sit rescribendum in casu &c.

Ad mentem.

CASTRI MARIS RESIGNATIONIS PAROCHIÆ: Adversæ valetudinis incommodis, & conscientiæ stimulis agitatus Raymundus Turrius, qui Parochiali Ecclesiæ Spiritus Sancti *della Fontana* diu præfuit, eamdem dimisit, & renunciavit. Cum autem Parochialis illa Ecclesia ad Juspatronatus Sodalitii Artificum, qui vulgo *Bottari* nuncupantur, pertineat, Episcopus renunciationem hanc Oeconomis Sodalitii denunciari jussit, ut idoneum Parochum infra legitimum tempus eligerent, & nominarent. Urgebat jam tempus novum Parochum præsentandi, cum instituta quæstio est de validitate renunciationis, sive quod Raymundum Turrium propositi pœnituerit, sive quod Consanguinei illius, qui inter Sodales sunt, ægre tulerint renunciationem: Igitur post appellationem ad Metropolitam: res ad Amplissimos Patres delata fuit a Sodalibus. *Sess. 24. c. 18. de ref.*

Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis justam legitimamque renunciationem fuisse contendit, nec) quod metuit a Consanguineis) iterum nominari posse Raymundum: Justam quidem, & legitimam, quia causæ adversæ valetudinis, & conscientiæ jure canonico probantur, & confirmaverit eas Sanctissimus Pontifex Pius V. in Constitutione sua 58: præsertim cum eas Episcopus admiserit, cujus est in his renunciationibus judicium, ut tradunt *Abbas in cap. quam frequenter: Ut Lit. non contestat. Soc. Sen. cons. 244. col. 4. lib. 2. Menoch. de Arbitr. Judic. cap. 60. num. 5. vers. hoc totum Monacell. in Append. ad Formul. Legal. adnotat. super Bullam S. Pii V. num. 2.*

Non posse vero Raymundum iterum a Sodalitio nominari, quia si legitimis, justisque causis renunciare potuit, eædem illæ causæ efficere debeant, ne iterum ad eam Parochiam, quam ex illis causis dimisit, nominari possit, ut tradit *Fagnan. in summa cap. post translationem de renunciat. & Doctores in cap. cum vos ibique Gloss. verbo minus idonei de Officio, & potest. Ordinar.* Ab Oeconomis Sodalitii nihil hactenus habuimus: Controversiæ capita duo sunt, quæ subjicimus.

I. An Reſignatio facta per D. Raymundum de Turris Parochum Eccleſiæ Spiritus Sancti de Jure patronatus Antificum vulgo *Bottari* ſubſtineatur in caſu &c. *& quatenus affirmative*.

II. An poſſint iidem Artifices denuo nominare eumdem Parochum reſignantem in caſu &c.

Dilata.

Die Sabbathi 17. Julii 1745.

LUCEORIEN. MATRIMONII: Propoſita fuit hæc Cauſa in Congregatione habita *die* 21. *Novembris* ſuperioris anni 1744. qua die reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres: *Coadiuventur probationes juxta inſtructionem*: Impleta fuerunt mandata Sacri Tribunalis, & cum Cauſa nunc proponatur, facile erit Ampliſſimis Patribus, inſpecto iterum *Folio illius Congregationis*, & perpenſis novis Juribus Partium, duo, quæ in controverſiam veniunt, Dubia definire.

Seſſ. 24. *c.* 1. *de ref. Matr.*

I. An conſtet de nullitate matrimonii in caſu &c. *& quatenus negative*.

II. An Comitiſſa ſit cogenda ad præſtanda obſequia matrimonialia in caſu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Satis proviſum in primo.

Seſs. 24. *c.* 12. *de ref.*

EUGUBINA PRÆFECTURÆ CHORI: Humanitate Eminentiſſimorum Patrum indulta fuit in ultima Ampliſsimi Ordinis Congregatione habita *die* 26. tranſacti menſis *Junii* dilatio propoſitionis hujus cauſæ, quæ pluries data fuerat in foliis, primum *Congr. diei* 18. *Julii* 1744. *inde diei* 8. *Auguſti ejuſdem anni*, qua fuit definita, tertio *die* 5. *Decembris*, quarto *die* 29. *Maii* hujus anni, quinto demum in ultima Congregatione: Repetita itaque Foliorum lectione, & viſis Juribus, quæ nunc proponuntur, poterunt Eminentiſsimi Patres reſpondere.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino ante Ferias.

Seſſ. 25. *c.* 19. *de reg.*

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Reſponderunt Eminentiſsimi Patres – *Iterum proponatur* – in hac cauſa, quæ data fuerat in folio ultimæ Congregationis habitæ *die* 25. ſuperioris menſis Junii, quæque hactenus definiri non potuit, licet pluries fuerit propoſita: Iterum nunc proponitur, ut definiatur.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmative.

CASTRI-

CASTRIMARIS RESIGNATIONIS PAROCHIÆ. Dilata fuit hujusce causæ propositio ab Amplissimis Patribus in ultima Congregatione habita *die* 25. transacti mensis Junii: damus nunc eam iterum, ut inspecto Folio illius Congregationis, duo, quæ subjicimus, Dubia Eminentissimorum Patrum authoritate solvantur.

I. An Resignatio facta per D. Raymundum de Turris Parochum Ecclesiæ Spiritus Sancti de Jure patronatus Artificum vulgo *Bottari* substineatur in casu &c. *& quatenus affirmative*.

II. An possint iidem Artifices denuo nominare eumdem Parochum resignantem in casu &c.

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.

TARENTINA MATRIMONII: Redit iterum ad Judicium Amplissimorum Patrum hæc causa, cujus species data fuit in folio Congregationis habite *die* 8. transacti mensis Maii, a quo repeti potest: Responsum fuit a Sacro Senatu in Congregatione, quæ habita est *die* 29. ejusdem mensis dubio, quo quærebatur, *An constet de Matrimonio, ejusque validitate in casu &c. Affirmative*, nunc vero respondendum est. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

In decisis, & amplius.

MONASTERIEN. SEU PADERBONEN. MATRIMONII: Hæc causa in postrema Congregatione proposita non fuit, dilationem postulante Anna Francisca Dorothea Baronissa de Althaus. Rogantur itaque Eminentissimi Patres oculis iterum subjicere Folium illius Congregationis, nec non libellos hinc inde datos, ut respondere possint. *An sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.* *Sess. 24. c. 18. de refor.*

Non proposita cum sequentibus.

ROMANA, SEU BONONIEN. LEGATI: Origo omnis hujusce controversiæ, quæ agitur inter Sodalitium SS. Joannis, & Petronii Nationis Bononiensis, quod in Urbe est, & Angelum Mariam Gardenghium, ex testamento est Petronii Francisci Gardenghii, in quo hoc scripsit legatum, quod ipsis Testaroris verbis exprimimus, ut facilius Amplissimi Patres jus, in quo versantur, intelligant: „ Voglio, e comman„ do *ait Testator*, che ogn'anno in perpetuo seguita la mia morte nella „ festa di S. Petronio della Nazione Bolognese &c. di Roma debba darsi „ un sussidio dotale di scudi venticinque moneta con la sua veste di roverso „ ad una figlia de Fratelli piú frequentanti da nominarsi un anno in Ro„ ma dalla Congregazione segreta di detta Archiconfraternita, & un altr' „ anno dovrà farsi da Angelo Maria Gardenghi &c. e detta nomina debba „ spettare alli suddetti, sino a tanto sarà in età l'infrascritto mio erede „ universale: E per sondo di detto sussidio dotale li dò, ed assegno il „ mio Torretto, e scala ad uso di mola posto nel fiume nel Rione di „ Trastevere &c. d'annua pigione di sc. 30. &c. con condizione, che sia „ peso delli Fratelli di detta Ven. Archiconfraternita d'esigere li sudetti „ sc. 30. per erogarli come sopra &c. considerans autem idem Testator casum, quo nominata fuisset Puella, quæ Bononiæ esset, voluit, ut Sodalitium teneretur „ rimettere nel Monte di Pietà di detta Città li sudet- „ ti *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

„ ti sc. 30. colla diminuzione però della spesa per la transmissione per „ consegnarli &c. hæc Testator, quæ nos excepimus ex libello, & epistola, quam infra memorabimus, integra siquidem legati particula in summario proposita non fuit,

Morte obita a Testatore, Angelus Maria Guardenghius hæres scriptus vacuam prædii illius possessionem publico instrumento tradidit Sodalitio, sed redundante pluries Tiberi anno 1742. Turrim illam pæne ivit dejectum, ut ad avertendam ruinam necesse fuerit communi hæredis, & Sodalitii pecunia illam munire, & restituere: Post hæc intendebat Sodalitium restituendam esse pecuniæ partem, quam solverat, ab hærede, cujus periculo cedere deberet detrimentum Turri illatum a Flumine: cum res amice componi non potuerit, convenerunt in Amplissimos Patres, qui controversiam definirent, datoque postulationis hujusce libello a Sodalitio, auditus fuit R. P. D Caprara Sac. Rotæ Auditor & Primicerius ejusdem Sodalitii, qui luculenta Epistola, qua rationes utriusque Partis expendit, secundum Sodalitium respondit. Proponitur nunc causa Eminentissimis Patribus Judicibus conventis, qui rationes, quæ Sodalitio favent, cognoscere poterunt ex eadem epistola: harum autem maxima, & præcipua est fundum, e quo legatum annuum præstandum est, stare *demonstrative*, non *taxative*, idque educi, quia legatum non incipit a fundi assignatione, quo casu placuit legatum esse fundi *taxative* relicti, sed incipit ab onere & separata, distinctaque oratione sequitur assignatio fundi, e cujus redditu annuum perpetuum legatum præstari debet, quo casu fundum stare placuit *demonstrative* juxta cognitissimam distinctionem, quæ cum in omnibus Urbis Tribunalibus recepta fuerit, nullis hic doctorum hominum authoritatibus est comprobanda.

Quantum tamen ex eadem epistola R. P. D. Primicerii cognoscere possumus, longe aliter rationes suas componit Gardenghius, qui putat non eam esse disputandam quæstionem, an fundus taxative, vel demonstrative adsignatus, adscriptusque fuerit a Testatore ad legatum præstandum, sed alteram, an Sodalitium censeri debeat uti merus administer, & exequutor, vel potius pro legatario fundi illius habendum sit; primo casu disputari posse quæstionem propositam taxationis, vel demonstrationis fundi: diversum secundo; nam si Sodalitium pro egatario accipiatur, periculum, & detrimentum ad legatarium pertinere debet, uti ad eum pertinet, si quid commodi, & compendii accipi potest, aut poterit unquam e fundo, aucta forte pensione, vel quo alio modo: An autem pro legatario, vel pro simplici exequutore Sodalitium hoc casu sit accipiendum, Judicium erit Sacri Senatus, perspecto Gardenghii Libello, qui nondum nobis datus fuit. Monemus tantum sedem hujus quæstionis, quam movet Gardenghius, esse in pulcherrimo Papiniani responso, quod est *in l. pecuniæ fortem 8. ff. de Aliment. & cibar. legat.* ubi distinguit inter onus successivum, & momentaneum; est & in aliis Juris locis, quæ hic non sunt congreganda, tum quia sapientissimis Patribus perspectissima sunt, tum quia *Folium* non debet in volumen excrescere: Dubium tamen, quod proponitur, est.

An Afflictus Turris molæ de qua agitur, stet taxative, vel demonstrative in casu &c.

Sess. 25. c. 4. de ref.

IMOLEN. REDUCTIONIS MISSARUM, ET LIBERATIONIS ONERIS: Cognitissima Innocentiana Constitutione, qua parva Monasteria suppressa fuerunt, suppressum quoque fuit anno 1653. parvum Carmelitarum Monasterium, quod situm erat in Pago, qui dicitur *Montefune* Vicariatus Castri Rivii Subalpinæ Diœcesis Imolensis, ejusque Bonis

Bonis instituta fuit perpetua Cappellania, datumque onus Cappellano implendi ea Sacrorum legata, ad quæ Patres Carmelitæ tenebantur, & solvendi quotannis libras centum monetæ, sive sc. 18. Hospitali *della Scaletta* Civitatis Imolæ, quod inde onus annuæ præstationis minuit ad scut. 11. per annos decem illius Diœcesis Episcopus. Anno 1668. huic Cappellaniæ Animarum Cura data fuit, & ad veræ Parochiæ naturam redacta, & Parochus qui eam primum obtinuit, atque illius successor petierunt similem deminutionem annuæ præstationis Hospitali debitæ, eamque pariter obtinuerunt per annos decem solutione sc. 11. Curatores tamen Hospitalis integram sibi deberi annuam præstationem librarum centum in Judicio substinuerunt, sed ob exceptiones Parochi actionem deseruerunt, nec solita sc. 11. recusarunt ad annum usque 1716. quo judicium instaurarunt, sed iterum illud deseruerunt.

Atque hæc est præteritarum rerum historia: ad nostra, quod attinet, Joannes Baptista Cavallarius Parochus illius Ecclesiæ libello suo Sanctissimum Principem nostrum adiit, quo postulabat, ut grave onus quatuorcentum, & triginta sex Sacrorum minueret, & ab annua præstatione sc. 11. Hospitali *della Scaletta* eum liberaret, atque immunem faceret, quod Parochiæ suæ redditus impares essent his oneribus ferendis, quæ omnes fructus absumebant, ut nihil sibi reliquum esset. Data Amplissimis Patribus postulationis hujus cognitio fuit ab Optimo Principe; auditoque, ut fieri solet, Episcopo, rescripsit Sacrum Tribunal die 28. Martii 1744. *Episcopo, qui præfigat terminum Rectoribus Hospitalis ad deducenda Jura in Sac. Congregatione*, negligentibus vero illis adhuc, transacto jam tempore ab Episcopo constituto, rationes suas proponere, causa definienda est Parocho tantum postulante, ut numerus Sacrorum minuatur, & ab annua præstatione liberetur.

Tenuitas reddituum Parochiæ fundamentum est, quo nititur utraque Parochi postulatio, tum quoad deminutionem Sacrorum, tum quoad liberationem ab annua præstatione: monstrat enim impletis oneribus omnibus, quibus Parochia gravatur, non solum non superesse congruam, sed omnes redditus absumi: Episcopus animarum perpendens detrimentum, si ob redditum tenuitatem Ecclesia illa Parocho careret, in ea est sententia, ut ingens ille Sacrorum numerus redigatur ad unum *pro Populo* singulis festis diebus, & alterum singulis Hebdomadis, aliisque oneribus relictis annua præstatio Hospitali debita extinguatur, & adimatur: Onus igitur erit Amplissimorum Patrum, expensis, quæ ab Episcopo, & a Parocho proponuntur, respondendi.

I. An, & in qua quantitate sit concedenda reductio Missarum in casu &c.

II. An sit concedenda liberatio favore Parochi super annua præstatione scut. 11. in casu &c.

CASSANEN. CENSURARUM: Cum mense Augusto anni 1744. damnum nocte illatum fuisset prædiis Monasterii Patrum Conventualium S Francisci Assisiensis Castrivillarum, curarunt Patres, ut ab Episcopo Cassanensi Censurarum pœna infligeretur iis, qui damnum intulerant, sed Episcopus noluit Patribus indulgere. Hi igitur, cum eas statis diebus D. Antonio Patavino preces funderent, quas vocant *Tridicina*, æra tinnula post secundam noctis horam pulsabant, & clausis Templi foribus, incertum, quale genus orationis haberent coacti in Ecclesia luminibus accensis, nam omne hoc factum non plane liquet contrariis tum Patrum, tum Episcopi probationibus: Sed Syndicus Civitatis Castrivillarum ille ipse, qui de damno prædiis Patrum illato criminali Judicio una cum aliis inquisitus est, petiit a Curia Episcopali Cassanensi, ut caveretur, ne *Sess. 25. c. 3. de ref.*

ne ſcandalum, & tumultus oriretur in Populo, qui mæſto campanarum ſonitu contriſtabatur, & ob id Benedictus Carbonus Auditor Generalis Epiſcopi Caſſanenſis Patres monuit, ut ſub pœna interdicti eorum Eccleſiæ ſtatim, & per totam diem deſiſterent *a perturbando, contriſtandoque Populum Civeſque Caſtrivillarum importuno, funebrique ſonitu campanarum in hora ſecunda noctis cum magno illorum timore, perturbatione, admiratione, & ſcandalo pro futili vindicta pretenſarum injuriarum pluries elapſis noctibus hora ſupradicta ad ſtomacum uſque emiſſo*, quæ verba ſunt monitorii, quod inde incertum eſt, quo modo Patribus prætentatum fuerit, cum diverſæ hinc inde probationes proponantur.

Appellarunt Patres ab hoc monitorio, & cum appellatio nec coram Benedicto Carbono, ner coram Epiſcopo interponi potuerit, tabellio eam foribus Curiæ Epiſcopalis affixit; ſed idem Carbonus Eccleſiam interdixit: Patres cedulones lacerarunt, & ſacra, divinaque officia in Templo interdicto egerunt, ideoque Carbonus Patres Conventuales monuit ad dicendam cauſam, quare non deberent declarari excommunicati, & irregulares ob non ſervatum interdictum: Appellarunt Patres ab hac monitione, quam appellationem Carbonus admiſit in devolutivo tantum, iterumque monuit Patres, ut *in ſtatuto termino citationis ipſis elapſo die intimatæ omnino comparerent ad dicendam cauſam quare &c.* Appellarunt Patres ab hoc decreto, & Carbonus mandavit appellationem *in actis ſervari*, iterumque Patres monuit iiſdem verbis *peremptorie*; iterumque Patres appellarunt, & Carbonus decrevit procedendum fore, & eſſe contra Patres ad definitivam ſententiam declaratoriam excommunicationis, & irregularitatis, prout eam tulit, & denunciationes, ſeu Cedulones publice propoſiti fuerunt.

Delata fuit a Patribus appellationis cauſa ad Tribunal A. C. ſed ab Optimo Maximoque Pontifice noſtro data fuit omnis hujuſce rei cognitio ampliſſimis Patribus; audito igitur Epiſcopo Caſſanenſi cauſa proponitur & Patres Conventuales intendunt interdictum non ſubſtineri defectu Juriſdictionis, ordinis Judiciarii, & juſtæ cauſæ: & cum interdictum non poſſit ſubſtineri, ne excommunicationem quidem, & irregularitatem ſubſtineri poſſe. Rationes Patrum, nam ab Epiſcopo, ſive a Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis nondum libellum habuimus, poterunt Eminentiſſimi Patres agnoſcere lectione libelli, quem ipſi dederunt: nos enim conſulto prætermiſimus omnia referre, & hæc tantum delibare voluimus, verſamur enim in ea materia, quæ cum vel Epiſcorum, vel Patres Conventuales tangat, honeſtas, & religio poſtulat, ut comprimatur, & ſilentio obtegatur, non ut publicis ſcriptis in lucem hominum educatur. Dubia igitur, quæ proponuntur, ſunt.

I. *An ſubſtineatur Interdictum in caſu &c.* & quatenus affirmative:

II. *An ſubſtineatur Excommunicatio, & Irregularitas in caſu &c.*

Die

Die Sabbathi 7. Augusti 1745.

QUatuor, quæ sequuntur, causæ, in ultima splendidissimi Ordinis Congregatione, quæ habita fuit die 17. transacti mensis Julii, proponi non potuerunt; damus hic eas itaque, ut amplissimi Patres prospecto iterum folio illius Congregationis, quid Juris sit respondeant.

MONASTERIEN. SEU PADERBONEN. MATRIMONII, in qua quæritur. *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*
An sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis & amplius.

ROMANA, SEU BONONIEN. LEGATI, cujus dubium est. *Sess. 24. c. 4. de ref.*
An afflictus Turris Molæ, de qua agitur, stet taxative. vel demonstrative in casu &c.

Iterum proponatur.

IMOLEN. REDUCTIONIS MISSARUM, ET LIBERATIONIS ONERIS, cujus duo sunt Capita. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*
I. *An & in qua quantitate sit concedenda reductio Missarum in casu &c.*
II. *An sit concedenda liberatio favore Parochi super annua præstatione scut. 11. in casu &c.*

Ad primum pro reductione juxta Votum Episcopi facto verbo cum Sanctissimo. Ad secundum affirmative.

CASSANEN. CENSURARUM, in qua duo disputantur. *Sess. 25. c. 3. de ref.*
I. *An subsistineatur Interdictum in casu &c.* & quatenus affirmative.
II. *An subsistineatur Excommunicatio, & Irregularitas in casu &c.*

Ad primum, & secundum negative, & ad mentem, & mens est, quod Patres Conventuales petant veniam ab Episcopo, & removeatur Guardianus, & pro Exequutione ad Eminentissimum Præfectum cum Procuratore Generali.

MILETEN. Causæ hujus species expressa fuit in folio Congregationis habitæ die 8. Maii hujus anni, qua die Eminentissimi Patres definitionem distulerunt. Proponitur nunc iterum, ut definiatur. *Sess. 23. c. 18. de Ref.*
I. *An per Monachos Monasterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii debeatur*

beatur aliqua taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Ecclesiæ Scaliti, & quatenus negative.

II. *An idem Seminarium tenetur restituere Ducat.27. a præfatis Monachis anno præterito exactos?*

Dilata ad primam post aquas suspensa solutione Taxæ.

Sess.24. c.18. de ref. POLICASTREN. JURIUM PAROCHIALIUM. Tria Dubia hujus Causæ, quæ proposita fuit, & definita in folio Congregationis habitæ die 29. transacti mensis Maii humanitate amplissimorum Patrum ex eodem Folio, quod iterum inspiciendum est, repeti possunt. Responsum ea die fuit -- *Affirmative in omnibus* -- nunc tamen respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Dilata, & coadjuventur probationes, & extrahantur Partitæ citata parte.

Sess.21. c.4. de refor. COMEN. DISMEMBRATIONIS. Postquam hæc causa bis definita fuerat ab hoc Sacro Senatu, primum in Congregatione habita die 18. Julii superioris anni 1744. ut in *Thesaur. Resolut. Sac. Congr. Vol.XIII. pag.*142. inde in Congregatione habita die 19. Septembris ejusdem anni, ut ex eodem *Vol.XIII. Thesaur. resolut. pag.*147. Ripariæ Populus Sacrum hoc Tribunal libello iterum adiit, petiitque dari sibi Cappellanum Curatum Andream Bragam, quod Pastore suo viduata esset Ripariæ Ecclesia. Censuerunt amplissimi Patres Epistolam dandam esse ad Episcopum Comensem „ ut ad deputationem Cappellani Curati pro Sacra„ mentorum administratione in eodem loco Ripariæ pro suo arbitrio, & „ conscientia deveniret„: Addebatur in hac Epistola, quæ scripta fuit die 13. Februarii hujus anni „ ut quatenus, Episcopo, constaret de idoneitate Sacerdotis Andreæ Braga, eumdem utpote populo oratori ac„ ceptum, cæteris paribus in hujusmodi deputatione, prout Sacra Con„ gregatio exoptabat, præferret.

Præpositus, & Populus Bironici certiores facti de hac Epistola libellum Episcopo obtulerunt, quo dicebant non esse locum arbitrio, quia Ripariæ Populus hac ratione petitam, & bis rejectam separationem obtineret; Episcopus itaque „ mandavit convocari Congregationem Tribunalis Cu„ riæ Episcopalis ad effectum deliberandi prout Jus, & Justitia suade„ bit„. Convocata congregat,one, auditoque patrum consilio, decrevit Episcopus locum esse deputationi Cappellani Curati, dum tamen Populus Ripariæ liti renunciaret, ut ipse Episcopus in Sacra Visitatione decreverat. Displicuit hoc decretum Ripariæ Populo, rediitque iterum ad amplissimum hoc Tribunal, a quo mandatum fuit Nuncio Apostolico apud Helvetias, ut de omni hac re diligenter Sacram Congregationem instructam redderet, animique sui sententiam aperiret. Nuncius ut datum munus impleret, ignotum hominem misit, qui cuncta cognosceret, atque investigaret; is quæ vidit, atque audivit, retulit, & relationem hanc Nuncius adjecit epistolæ suæ, qua judicium suum aperit, ut separationi locus esse posset.

Petiit post hæc Ripariæ Populus iterum audiri, quod impetravit quidem, at„ non retardata exequutione Decreti Provisionalis super deputatione „ Cappellani.„ Proponitur nunc itaque causa, poteruntque Eminentissimi Patres perspecta Nuncii Epistola, ignotique hominis relatione, expen-

penſiſque iis, quæ contra eamdem proponit in ſuo libello Præpoſitus, & Populus Bironici, nam a Populo Ripariæ, nihil hactenus habuimus, repetitaque lectione foliorum, primum Congregationis habitæ die 18. Maii anni 1743. *Vol.XII. Theſ. Reſol. pag.88.* inde die 27. Junii anni 1744. *Vol.GIII. Theſ. pag.132.* tertio Congregationis actæ die 18. Julii ejuſdem anni *pag.142.* ejuſdem voluminis *pag.162.* & demum die 19. Septembris *eodem Vol. pag.174.* ea, qua ſolent, Juris ſcientia decernere.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu etc.

Ad Eminentiſſimum Præfectum juxta mentem: In ſequenti Congregatione habita die 28. dictum fuit -- In deciſis, & deputandum eſſe Cappellanum nominandum a Præpoſito & approbandum ab Epiſcopo, non amovendum niſi de licentia ejuſdem Epiſcopi ſumptibus Præpoſiti, & cum facultate adminitrandi Sacramenta exceptis Baptiſmate extra caſum neceſſitatis, & Matrimonio ſalvis in omnibus Juribus Parochialibus.

Seſſ.24. c.1. de ref. Matr.

FRISINGEN. MATRIMONII. Moram trahens Auguſtæ Vindelicorum Joſeph Buro negociator, & Civis Bruxellenſis, qui in ſocietate Mercatorum, quæ nuncupabatur de Chancartier, receptus fuerat, & ob id nomen acceperat Buronis de Chancartier, amore percitus Mariæ Thereſiæ Kraus Viduæ Baronis de Leyden, die 21. Martii anni 1742. illam ſervatis omnibus Eccleſiæ ſolemniis duxit uxorem. Poſt nuptias contractas placuit conjugibus Monachium concedere, ubi Joſeph relicta uxore quæ utero ex eodem Joſepho gerebat, Bruxellas repetiit, Maria Thereſia viro abſente die 20. Maii anni 1743. filium enixa eſt, cui nomen inditum cum luſtralibus aquis lavaretur, Petri Pauli, additumque eſt libris nominalibus, ſeu Baptiſmalibus *Joſephi Burone de Bruxella, & Mariæ Annæ Theſeſiæ de Krauſin Tirolenſis ejus uxoris filius legitimus.* Emenſo anni Spatio Monachium rediit Buro, & uxoris animum abalienatum invenit, quæ noluit eum recipere, imo continuo Judicium nullitatis Matrimonii inſtituit in Curia Friſingæ, quod a viro decepta fuerit, qui nobilitatem mentitus ſeſe jactaverat liberum Baronem de Chancartier, quo nomine matrimonium contraxerat, ut e libris nuptiarum conſtat, & e nobili Gallica Bironia Gente editum, quod etiam aſſeruit Parocho, & teſtibus, quibus contra Thereſia ea lege, & condititione matrimonium inire declaravit, ſi his eſſet Joſeph, quem ſe præſeferebat, ſin minus connubio non conſenſuram. Lite igitur conteſtata facultas data fuit Mariæ Thereſiæ probationes ſuas faciendi, utque id facilius præſtare illa poſſet, articulos concepit, ediditque: qui cum admiſſi fuiſſent, appellavit Buro, inutiles eos, & ſuperfluos exiſtimans. Omnem igitur actæ rei ſeriem, ita uti Maria Thereſia dicebat, Sacratiſſimo Principe noſtro Joſeph libello ſuo narravit, petiitque tamen declarari validum matrimonium, quod cum illa contraxerat.

Data fuit ab optimo maximoque Pontifice hujuſce rei cognitio Ampliſſimis Patribus, quibus nunc, audito jam, ut moris eſt, Officiali Friſingenſi, controverſia proponitur a Buro, qui matrimonium quidem adjecta conditione a muliere ſi ipſe e nobili Gallica Bironia Gente deſcenderet, contractum, initumque fuiſſe juratus fatetur, ſed non ob id nullum eſſe contendit, nam hanc rem dicis cauſa actam fuiſſe ſubſtinet, neve ex imparibus nuptiis ſplendor nobilitatis Mariæ Thereſiæ obſcuraretur, cui tamen cognitiſſimam fuiſſe intendit Viri conditionem, qui, cum Auguſtæ moram faceret, mercaturæ palam ſtudebat, cujus etiam cauſa Monachio diſceſſit; probatque Thereſiæ ſcientiam Epiſtola ſua, qua nullam mercaturæ monſtrat repugnantiam, Sociamque ſeſe offert negociis, quæ

a viro fierent. Addit præſumptione Juris inveriſimilem fieri Mariæ Thereſiæ ignorantiam, cum facile certior fieri potuiſſet, an vir illuſtri Bironiorum Gente editus eſt, præſertim cum eo abſente filium juſto Patris nomine in libris deſcribi permiſerit; atque ob id colligit non vitiari matrimonium conditione illa, quæ facta erat & ſimulata inter virum, & uxorem ad conciliandum nuptiis ſplendorem. His perpenſis, quæ a viro tantum proponuntur, nam a Maria Thereſia nondum libellus datus fuit, Emi Patres reſpondere debent.

An ſubſtineatur matrimonium in caſu &c.

Non propoſita cum ſequent.

Seſſ. 25. c. 13. de ref.

ALEXANDRINA FUNERUM: Conſuetudinem, quæ eſt in Civitatibus Mediolani, & Alexandriæ, ut Eccleſiaſtici, qui cereas faces manibus ferunt, dum corpora defunctorum efferuntur, eas poſt ductum funus a Parocho, a quo vocati, accitique fuerant ad elationem, tradant, accepto decem ſolidorum compendio, particulari conventione firmarunt anno 1740. Parochus ſive Prior inſignis Collegiatæ Eccleſiæ *SS.* Petri, & Dalmatii, quæ Alexandriæ eſt, & Cappellani ejuſdem Collegiatæ: Convenerunt enim, ut ad funera Cappellani vocarentur, aut Clerici ejuſdem Eccleſiæ ſervitio adſcripti: quovero ad cereas faces data fuit Priori facultas cum eis conveniendi, uti collibuiſſet. Brevi tamen tempore ſervata iſthæc conventio eſt; poſtulantibus ſiquidem Cappellanis Vicarius Generalis Alexandrinus menſe Auguſto ſuperioris anni 1744. decreto ſuo iis conceſſit & jus paſſive vocationis ad funera profequenda prelative ad alios Sacerdotes, vel Clericos ejuſdem Eccleſiæ ſervitio adſcriptos, & poteſtatem iiſdem Cappellanis fecit cereas faces ſibi retinendi. Appellavit Prior ad ampliſſimos Patres, auditoque Epiſcopo Alexandrino, qui ſecundum Cappellanos reſpondit, controverſiam nunc Parochus, ſive Prior poſtulat definiri.

Facultati, qua ipſe jure poſſit in advocandis iis, qui ſibi magis placeant, ubi defunctorum voluntas non adverſatur, maximum, ait Prior, robur adjicere Capitularem conventionem, qua alternis vicibus Cappellanos, vel Clericos accerſiri, cum iis utcumque libuerit, de cereis facibus tranſigi poſſe pactum fuit: hanc conventionem ſervatam fuiſſe, ut nihil proponatur, cur deinceps non ſit ſervanda, præſertim cum alia ejuſdem capita ſerventur, & Prior ea uſus ſit, atque utatur modeſte, qui majori pretio, quam ferat conſuetudo, cereas faces egeſtantium manibus redimit; nec mutare læſivam hanc videri de facibus conventionem, & provincialium Conciliorum Sanctionibus contrariam, cum enim Cappellani nullum jus habeant, ut funus ipſi tantum proſequantur, in arbitrio ſiquidem parochi eſt vel eos, vel alios Clericos, & Sacerdotes advocare, nulla iis injuria fit, ſi de cereis facibus, & præſtatione certæ quantitatis in earum locum cum pactum fuerit, præſertim cum ex communi conſuetudine Civitatis ita hactenus ab iiſdem cappellanis ſervatum fuerit, ut nequeant nunc contraria voluntate vetuſtam conſuetudinem intervertere; compertum namque omnibus eſt in hac, in qua verſamur, materia, conſuetudinem utramque paginam, facere ut ex *cap. certificari de Sepultur.* monet præ aliis *Monacell. in ſupplem. ad formul. legal. vol. 3. in append. Dec. ſelect.*

Hæc ſumma eſt rationum, quæ Prior libello ſuo complexus eſt. Nomine Cappellanorum nihil hactenus datum fuit, imo ipſis jura ſua etiam poſt ſtatutum terminum deducere negligentibus, tria quæ ſequuntur Dubia ſubſcripta fuerunt, quæque nunc ampliſſimis Patribus definienda proponuntur.

I. *An*

I. *An liceat Priori vocare ad funera Sacerdotes sibi benevisos, seu potius sit servanda conventio inita sub die 25. Septembris anni 1740. in casu &c.* & quatenus affirmative ad secundam partem.

II. *An Cera gestatoria libere pertineat ad Cappellanos seu potius liceat Priori modum sibi benevisum statuere concordando emolumenta cum Cappellanis in casu &c.*

III. *An decretum Vicarii Generalis Alexandriæ sit servandum in casu &c.*

Die Sabbathi 28. Augusti 1745.

CUM duæ, quæ sequuntur Causæ, in ultima Amplissimi Ordinis Congregatione habita die 7. hujus mensis proponi non potuerint, eas hic damus, ut ab Eminentissimis Patribus, repetita lectione Folii illius Congregationis, ut juris est, definiantur.

FRISINGEN. MATRIMONII, in qua respondendum est. *An subsistineatur Matrimonium in casu &c.* *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

Ex hactenus deductis Affirmative.

ALEXANDRINA FUNERUM: cujus tria sunt capita. *Sess. 25. c. 13. de ref.*

I. *An licet Priori vocare ad funera Sacerdotes sibi benevisos, seu potius sit servanda conventio inita sub die 25. Septembris anni 1740. in casu &c.* & quatenus affirmative ad secundam partem.

II. *An cera gestatoria libere pertineat ad Cappellanos, seu potius liceat Priori modum sibi benevisum statuere, concordando emolumenta cum Cappellanis in casu &c.*

III. *An decretum Vicarii Generalis Alexandriæ sit servandum in casu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. Ad II. Partes deveniant ad conventionem juxta concordiam, & interim servetur solitum. Ad III. Provisum in præcedentibus.

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Data fuit hæc Causa primum in Folio Congregationis habitæ die 24. Septembris anni 1740., quod editum est *Vol. IX. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag. 53.* inde in Folio diei 3. Decembris ejusdem anni, ut in eodem *Vol. IX. pag. 81.* Tertio data fuit post sententiam Judicis electi ab Archiepiscopo Administratore in folio Congregationis diei 19. Decembris superioris anni: sed cum illa die Congregatio haberi non potuerit, habita fuit die 16. Januarii hujus anni: Dubio quo quærebatur -- *An sit locus restitutioni in integrum, itaut sit standum, vel recedendum a Decisis die 3. Decembris 1740. in casu &c.* Responderunt Eminentissimi Patres -- *Dilata, & ad mentem, & mens est, quod impetretur Rescriptum a Pontifice, & quatenus impetretur reformetur* *Sess. 25. c. 18. & 19. de ref.*

metur Dubium , & detur Defensor ex officio -- Aditus igitur Sacratiſſimus Princeps reſcripſit -- *Ad S. Congregationem Concilii cum omnibus facultatibus reformato Dubio* -- Proponitur nunc itaque Cauſa , ut Ampliſſimi Patres , perſpectis iterum Foliis Congregationum , quæ ſupra memoravimus , novum , quod ſubjicimus , Dubium diſſolvere poſſint.

An ſententia Proviſoris Hiſpalenſis ſit confirmanda, vel infirmanda in caſu &c.

Sententiam proviſoris eſſe confirmandam.

Seſſ. 24. c. 7. ac ref.

SPALATEN. IRREGULARITATIS. Propoſita fuit hæc Cauſa in Congregatione habita die 24. Novembris anni 1742., ut cognoſci poteſt ex Folio , quod in lucem hominum editum eſt *Vol. XI. Theſaur. Reſol. S. Congr. pag.* 173. Duo erant illius Capita I. *An conſtet de Irregularitate in caſu &c.* & quatenus affirmative. II. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione in caſu &c.* Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- *Ad I. Affirmative . Ad II. Negative* . Redit nunc ad Judicium Eminentiſſimorum Patrum Clericus Hieronymus Sirotrovich ſive Halvievich , poſtulatque *receſſu a Deciſis* , quod crimen impictum poculi amatorii puellæ , quam deperibat , præbiti nulla ratione probetur , & deceptus fuerit probe Archiepiſcopus Spalatenſis , qui cum nec cauſam ipſe uti Judex egerit , nec ſuo tempore acta ſit , ſed prædeceſſoris Archiepiſcopi Laghi , literas tamen ad Sacrum Tribunal dederit , urgentibus , qui apud eum ſunt , puellæ affinibus , quibus , & crimen numquam probatum verum eſſe retulit , & plurima , quæ ex facto non probantur , adjecit .

Crimen hoc igitur ex effectu tantum puniendum (effectum enim hunc rident phyſici , & qui hominum naturam ſcrutantur periti medici , dum probe agnoverunt amorem , odium , aliaſque mentis noſtræ affectiones , & ut vocant paſſiones a philtro , & poculo , & arcanis carminibus non pendere) crimen , inquam , hoc qualecumque ſit , nulla ratione probari , quidquid enim apud Laicos Judices egerint , quidquid obtinuerint abſente Reo conſanguinei puellæ , ſatis eſſe decretum Archiepiſcopi Laghi , quo Hieronymum innocentem declaravit , ſatis eſſe Decretum Supremi Magiſtratus Venetiarum , quo abſolvitur , & reſtituitur contra exilium , ad quod damnatus fuerat a Judice Laico : unde vero habuerit Archiepiſcopus factum hoc ex gratia , quam pii Principes Sodalitio indulgent , ut ipſe narrat in epiſtola ſua , prorſus ignorari , cum in Decreto Supremi Magiſtratus , nec vola ſit , nec veſtigium hujuſce gratiæ : pari ratione ea omnia , quæ de montanis in tumultum , atque iram contra Hieronymum actis narrat Archiepiſcopus , quæque habet de geſtis in urbe Venetiarum ; nec veriſimilia fieri , nec legitime probari , imo contrarium monſtrat Hieronymus teſtificationibus parochorum , qui in montibus illis ſunt , & nobilium virorum , & pietate , doctrinaque præſtantium , qui Venetiis ſunt , ut poterunt Eminentiſſimi Patres liquido agnoſcere tum ex iis , quæ in prima Cauſæ propoſitione data ſunt , tum ex iis , quæ nunc proponuntur .

Accedit judicium vicinioris Epiſcopi Macarenſis , qui cenſuit indignum illud facinus a Hieronymo admiſſum non fuiſſe , quique putat eum Sacris Ordinibus , & Sacerdotio ob morum probitatem poſſe honeſtari : Demum ſi quid adhuc dubitationis ſuperſit , veniam poſtulat , ſive diſpenſationem , cum agatur de Clerico , qui per annos viginti huc , atque illuc jactatus , probus ſemper , & optimis moribus imbutus ubique viſus eſt , & nunc etiam , Romæ Chriſtianis virtutibus , atque exercitiis perpetuo addictus laudatur ab omnibus ; præſertim cum nulla turpi macula notetur , nulla infamia , contumaciales enim Judicium Laicorum ſententiæ exequutionem nullam habue-

buerunt. His igitur, quæ nunc proponuntur, quæque dudum propoſita fuerunt in Folio illo Congregationis habitæ die 24. Novembris anni 1742. rite perpenſis, Eminentiſſimorum Patrum Judicium erit reſpondere.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione ad cautelam.

LUCEORIEN. MATRIMONII. Definita fuit hæc Cauſa ab Ampliſſimis Patribus in Congregatione habita die 17. tranſacti menſis Julii, Duobus enim Dubiis, quorum primo quærebatur -- An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c. -- atque altero, quo quærebatur -- An Comitiſſa ſit cogenda ad præſtanda obſequia Matrimonialia in caſu &c. Placuit reſpondere -- Ad primum affirmative. Ad ſecundum ſatis proviſum in primo. Pugnam nunc iterum inſtaurant Princeps Radzivilius, & Comitiſſa Thereſia Sapieha, at Eminentiſſimi Patres, repetita lectione Folii Congregationis habitæ die 21. Novembris anni 1744. in quo omnis hujuſce rei hiſtoria expreſſa fuit, decernere poſſunt. *Seſſ. 24. c. 1. de ref. Matr.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

CASTRIMARIS RESIGNATIONIS PAROCHIÆ. Hæc quoque Cauſa definita fuit ab Eminentiſſimis Patribus in eadem Congregatione, quæ habita eſt die 17. tranſacti menſis Julii: Duo erant Capita, quæ proponebantur. I. An reſignatio facta per Raymundum de Turris Parochum Eccleſiæ Spiritus Sancti de jure patronatus artificum vulgo Bottari ſubſtineatur in caſu &c. *& quatenus negative*. II. An poſſint iiſdem artifices denuo nominare eumdem Parochum reſignantem in caſu &c. Reſponſum eſt -- Ad primum negative. Ad ſecundum proviſum in primo. Novum Jurium ſuorum periculum facit nunc Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, & ob id Ampliſſimi Patres, lecto itetum Folio Congregationis habitæ die 26. Junii, quo primum Cauſa iſthæc propoſita fuit. reſpondere poterunt. *Seſſ. 24. c. 18. de ref.*

Non propoſita cum ſequentibus.

POLICASTREN. PAROCHIALIS. In Concurſu indicto ab Epiſcopo Policaſtrenſi ad Eccleſiam Parochialem Civitatis Lacus liberi, quæ Rectore carebat, prælatus fuit Xaverius Turturella, rejecto uti parum idoneo Gallotto Gallotio, qui hoc iniquum reputans ab Examinatorum Judicio ad Sacrum hoc Tribunal provocavit, oblatoque libello poſtulavit, ut novum fieret in Urbe doctrinæ periculum. Auditus itaque fuit Epiſcopus, qui etiam actorum omnium proceſſum tradidit, cujus inſpectione putans Gallottus concurſum vitio nullitatis. quæ devolutioni locum faciebat, affectum eſſe, Sacratiſſimum Principem Noſtrum adiit, ut ei Parochiam conferret. Turturella vero, ut ſibi caveret, ab eodem Optimo Principe ſanationem poſtulavit nullitatum, ſi quæ eſſent, concurſus. Horum omnium cognitio Ampliſſimis Patribus data fuit, a quibus controverſiæ hujus, quæ quatuor capitibus complexa eſt, definitionem duo Sacerdotes expectant. *Seſſ. 24. c. 18. de ref.*

Nullitatem concurſus duabus rationibus probari putat Gallotius: Prima, quia numerus trium Examinatorum a Tridentino præfinitus defuerit, nam ultra duos loco Synodalium electos ab Epiſcopo, facultate illi data ab hoc Sacro Senatu, affuit Vicarius Generalis, qui munus officiumque Examinatoris geren-

gerere non poterat, quod ab Epiſcopo electus non fuiſſet, & licet in ultima Synodo habita anno 1675. deſtinatus fuerit in Examinatorem Synodalem *Vicarius Generalis pro tempore*, nullum tamen jus ab hac deſtinatione accipere potuiſſe præſentem Vicarium Generalem, quod explorati juris ſit electiones haſce fieri debere individua certarum perſonarum nominatione, non vero generali Dignitatis alicujus nomine, cum evenire poſſit, ut qui Dignitate præſtat, nec ſcientia tamen, nec morum probitate præcellat, quæ duo neceſſaria ſunt in Examinatoribus Synodalibus, ut uno conſenſu tradunt Pontificii juris interpretes, & pluries etiam definivit hic Ampliſſimus Ordo, ut eſt apud *Garz. de Benef. par.9. cap.2. num.334. Barboſ. ad Conc. ſeſs.24 de Ref. cap.18. num.86. & de Paroch. par.1. cap.2. num.56. in fin. Maſſobr. in prax. haben. concurſ. concurſ. requiſ.11. dub.3. num.2. in fin. & num.5.* cum aliis per *Rot. cor. Molin. dec.267. n.2. vol.1.*, & in ſpecie de Vicario Generali apud *Nicol. in lucubr. jur. canon. vol.1. lit.C. tit.18. de conceſs. præben.*

Altera vero ratio eſt, quod Examinatores intra doctrinæ limites ſeſe continuerunt, nullum vero de moribus, aliiſque, quæ ad Rectorem idoneum Eccleſiæ conſtituendum neceſſaria ſunt, judicium dederunt, qui defectus nullitatem facit concurſus, ut aliis omiſſis tradit *Maſſobr. in prax. haben. concurſ. requiſ.7. dub.1. num.2.* Atque ex his nullitatibus contendit Gallottus factum fuiſſe locum juri devolutionis ad S. Sedem ex cognitiſſima Sancti Pii V. Conſtitutione, cujus initium eſt .. *In conferendis*, & Praxi Datariæ Apoſtolicæ de qua *Conrad. in prax. benef. lib.3. cap.4. ſub num.25.*, nullamque indulgeri poſſe ſanationem, cum concurſus non ſervata lege, & forma a Tridentino ttadita, nullus ſit in ſubſtantia, & ob id ejus vitium nulla queat medicina ſanari.

Adverſus hæc Xaverius: ternarium Examinatorum numerum completum fuiſſe præſentia Vicarii Generalis in ultima Synodo, ut prædiximus, electi: nihil proponi cur de validitate ſit dubitandum: Munus enim officiumque Vicarii Generalis ſecum fert præſumptionem ſcientiæ, bonorumque morum, quæ in Examinatoribus ſunt neceſſaria, eadem namque ſemper urget præſumptio, cum ſpecialiter certa perſona eligitur, ac cum nominatur perſona, quæ in dignitate, officioque ſit, ad quod nonniſi idoneus eligi ſolet, & debet, atque ob id cum nominatus fuerit, ut in ſpecie noſtra Vicarius Generalis pro tempore, validam cenſendam eſſe nominationem tradunt *Gavant. in prax. Synod. Diœceſ. par.1. cap.31. de exam. §.3. verſ. Fortaſſe & par.4. cap.9. num.16. in fin. Ledeſm. in Summ. par.2. tract.7. concluſ.7. Tancred. de Relig. tract.2. lib.4. diſput.7. quæſt.12. Diana oper. moral. tom.3. tract.3. reſol.96. per tot. & in ſumma V. Examinare*, & definivit *Rota cor. Molin. dec.267. num.3. tom.1.* Accedere Curiæ illius praxim a Prædeceſſoribus Epiſcopis ſervatam; in omnibus enim concurſibus ad Eccleſias Parochiales, quæ vacabant, indictis, Vicarius Generalis pro tempore. jure electionis factæ in ultima Synodo Examinatoris partes ſubſtinuit. quæ conſuetudo, & praxis juſfacit, etiamſi communis error ſit, ut reſcripſit hoc Sacrum Tribunal in cauſa *Cordien.8. Maii 1684.* quam refert *Monacell. in form. tom.4. in addit. ad 1. tom. tit.5. form.3. num.15. pag.6.*, & diſerte probavit *Rota dicta dec.267. num 4. cor. Molin.*, ideoque bonam fidem, quæ procul dubio oritur ex hac praxi, & conſuetudine, locum facere ſanationi, quam poſtulat Xaverius, qui nullitati huic, ſi adeſſet, nullam operam dedit, & quod magis eſt, cum ab Epiſcopo, & a Vicario Generali dolus omnis abfuerit, qui veterem ſequentes conſuetudinem nihil peccarunt, ideoque facile concedenda ſanatio ſit, ut pluries eas conceſſiſſe hoc Sacrum Tribunal tradit *Rota deciſ. 133. num.25. coram Kaunitz.*

Quæ vero ad juſtitiam Judicii Examinatorum pertinent, collatione reſponſorum,

rum, quæ Xaverius, & Gallottus dederunt, facile decernere poterunt Amplissimi Patres; De Concione ab iisdem habita judicari non potest, cum juxta illius Curiæ morem ore expressa, non scriptis tradita fuerit: novo demum examini, quod poscit Gallottus, locum esse non posse Xaverius disputat, quia inutile foret; Doctrina quippe una etsi præstaret Gallottus, cum tamen ætate vincatur aliisque meritis, quibus ornatur Xaverius, qui etiam gratior est populo, & clero Civitatis, Jure Gallottus præferri non posset: Accedit Xaverium sexagenario majorem, & adversa valetudine, vitiisque corporis affectum longum iter ad Urbem, & sumptus itineris ferre non posse, & ob id caute tantum jubendum esse, ut novum fiat examen monuit *Card. de Luca ad Conc. Trid. disc.32. n.24.*

I. An constet de nullitate concursus Ecclesiæ Parochialis Lacus liberi in casu &c. *& quatenus affirmative.*

II. An supplicatio Sacerdotis de Gallotis sit relaxanda, seu potius sit locus sanationi? *& quatenus negative ad primum.*

III. An constet de mala relatione Examinatorum in casu &c. *& quatenus affirmative.*

IV. An sit locus provocationi Sacerdotis Turturella ad novum examen.

LISBONEN. Militari Ordini Christi, in quem adlecti sunt Equites, & Clerici Cappellani, adscribuntur etiam seculares famuli, quorum munus præcipuum est, ut negocia agant extra septa Monasterii. Hi nullam antiquitus professionem emittebant, propria licet, distinctaque veste induerentur, atque, ubi iis libuisset, poterant Monasterio egredi: optimum inde visum est cuidam priori nimiam hanc coercere libertatem, eosque ad quamdam professionis speciem admittere, veterique indumento additum etiam fuit scapulare cum signo Crucis, quod tamen palam deferre vetitum erat. Frustra vero hæc omnia: Ordinem namque illi, cum vellent, relinquebant, fasque etiam iis erat uxorem ducere. Rem hanc penitus eliminandam censuerunt Conventus Rectores, qui ad emittendam solemnem professionem eos adegerunt, impetrata facultate a Marcello S. R. E. Card. Duratio, qui ea tempestate Sedis Apostolicæ Nuncius erat. *Sess.25. c.19. de regul.*

Hanc tamen facultatem præstitit Nuncius pro iis tantum Laicis, qui actu Ordini adscripti erant, jubens, ut deinceps S. Sedes Apostolica adiretur, non enim ipse poterat novum Ordinem erigere. At his spretis, solemnis semper acta fuit professio ab omnibus, qui Ordini nomen dederunt: Hos inter Frater Cajetanus, qui prius nuncupabantur Antonius de Torres, comperta post plures annos professionis emissæ nullitate, consilio usus theologi, quem de animi sui sententia rogaverat, clam Monasterio discessit, atque iter ad Urbem Romam aggressus est, ut declarationem obtineret nullitatis emissæ professionis, vel absolutionem, seu veniam, ac dispensationem, ut posset sæculari Sacerdotio honestari. Sed cum in Hispaniis esset, in carceres conjectus fuit, absumptaque pecunia, quam paraverat, inceptum iter complere non potuit, ideoque libello per procuratorem oblato adiit Optimum Sanctissimumque Pontificem, cui placuit hac de re mandare Jurisdictionem Eminentissimis Patribus, auditisque jam tum Nuncio Apostolico, tum Eminentissimo Patriarcha, quæstio nunc definienda proponitur.

Ait Cajetanus professionem, quæ emittitur in Ordine, quem S. Sedes non probavit, invalidam, atque ipso jure nullam censeri, adeoque nullus adstringi ex ea, posse, etsi putasset Ordinem illum probatum, ut diserte monet *Clcss. in cap. unico verb, approbatis de Vot. in 6.*, ideoque potuisse eum, cum vellet, Ordinem deferere, nec Apostasiæ rerum reputari posse ob desertum Monasterium, & Ordinem non probatum, ut late disputat *Donat. in Prax. Regul. de Tertiar. intra sept. Monast. tract.15. quæst.5. & 6. vol.2.*, quod si cautius

agi velit, & incertum reputetur valida, an nulla fuerit emissa professio, ambigi non posse dignum saltem esse absolutione, ut S. Ordinibus initiari valeat, eoque amplius, quod dispensationi assensum præstat Monasterii Rector, qui neminem invitum adigere vult, ut in eo permaneat, & ob id postulationi Cajetani non sese præstat contradictorem, ut colligimus ex responsis ab eo datis: pertinet igitur ad religionem animi Amplissimorum Patrum definire.

An constet de nullitate Professionis Fratris Cajetani de Torres Conversi Ordinis Christi, seu potius sit ad cautelam absolvendus, eique concedendum indultum permanendi in sæculo ad effectum se itidem promovendi ad Sacerdotium in casu &c.

Sess. 24. c. 15. Sess. 25. c. 9. ac ref.

SABINEN. UNIONIS. Testamento Columbæ Maggiæ Civis Malleani, quod conditum fuit Anno 1675., jussum fuerat, ut ex omnibus illius Bonis immobilibus perpetua Cappellania erigeretur ad Altare SS. Præsepis in Ecclesia Cathedrali ejusdem Civitatis Malleani, adjecto onere Sacri quotidiani pro expiatione ejus animæ, & viri, & aliorum consanguineorum. Voluit autem Columba, ut post obitum Sacerdotis, quem ipsa nominavit, Sacra agerentur *ad un Cappellano*, verba sunt testamenti, *attualmente Sacerdote per se stesso, il quale sia da Magliano, e delli più Poveri della Città, di buoni costumi, ed esempio da nominarsi da Monsig. Suffraganeo pro tempore, ovvero Vicario Generale dell'Eminentissimo Vescovo di Sabina.*

Morte obita à Canonico Josepho Tancredo ultimo hujus Cappellaniæ possessore, R. P. D. Bajardus Sabinæ Suffraganeus die 4. Octobris superioris anni nominavit Sacerdotem Ludovicum Lavinium, qui cum petiisset institutionem, contradictorem habuit Capitulum Cathedralis, à quo petebatur unio Cappellaniæ Maggiæ Massæ Capitulari, atque ob id preces obtulerat Sacratissimo Principi, qui audito Eminentissimo Sabinæ Episcopo, rei universæ cognitionem detulit splendissimo huic Ordini, cui nunc Causa definienda proponitur.

Rationes R. P. D. Suffraganei, & Sacerdotis Lavinii sunt, Cappellaniæ unionem tacitam præseferre mutationem voluntatis testatricis, ac derogationem Jurispatronatus tum activi, quod est apud Suffraganeos pro tempore, tum passivi, quod Civium est Malleani. qui honestis moribus sint pauperes, & Sacerdotes: hæc omnia destruere, & tollere jus, fasque non esse, quod Columbæ voluntas sine justa, & necessaria causa mutari non possit, quod Juri patronatus neutiquam derogari soleat, dissentiente patrono, & uniones alias factæ non subsistineantur, sive res sit de Jure patronatus Laicali, ut tradunt *Lambert. de Jurep. lib. 3. qu. 6. n. 2. Barb. ad Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15. n. 22. Pax. Jord. Lucul. diver. lib. 10. tit. 32. de Unione benef. n. 53. Card. de Luca de Jurep. disc. 66. n. 9. Sive agatur de Jurepatronatus Ecclesiastico, ut disputant Barb. d. sess. 24. cap. 15. n. 21. & Moneta de commut. ult. volunt. cap. 12. n. 226.*

Hinc frustra proponi à Capitulo tenues esse Canonicatuum redditus, tum quia contrarium monimentis actorum probatur, tum quia, etsi tenues, atque impares essent, alia tamen à S. Canonibus, & Trid. Concilio tradi remedia, quibus tenuitati huic consuli possit unione scilicet Beneficiorum, quæ ad liberam Episcopi collationem pertinent, non vero perpetuæ Cappellaniæ, quæ subjecta sit activo, & passivo Juri patronatus: Despiciendos etiam esse defectus, & nullitates nominationis factæ ab Ep scopo Suffraganeo, quod etiamsi subsisterent, contrarium enim monstrat Lavinius, non pertinerent ad rem, cum quæstio agatur de unione Cappellaniæ, non de validitate nominationis a Suffraganeo factæ.

Hæc summa est libelli dati ab eodem Suffraganeo, & Sacerdote Lavinio, a Capitulo nihil hactenus habuimus: Dubium, quod proponitur definiendum est.

An sit locus unioni Cappellaniæ in casu &c. Die

Die Sabbathi 18. Septembr. 1745.

QUoniam in ultima amplisimi hujus Ordinis Congregatione. quæ habita fuit die 28. transacti mensis Sextilis quatuor, quas subiicimus causæ proponi non potuerant, eas hic damus, ut ab Eminentissimis Patribus, lecto iterum Folio illius Congregationis nunc deaniantur.

CASTRIMARIS RESIGNATIONIS PAROCHIÆ, in qua respondendum est. *Sess.24. c.19. de ref.*
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

POLICASTREN. PAROCHIALIS, cujus quatuor sunt Dubia. *Sess.24. c.18. de ref.*
I. *An constet de nullitate Concursus Ecclesiæ Parochialis Lacus liberi in casu &c.* & quatenus affirmative.
II. *An supplicatio Sacerdotis de Gallottis sit relaxanda, seu potius sit locus sanationi?* & quatenus negative ad primum.
III. *An constet de mala relatione Examinatorum in casu &c.* & quatenus affirmative.
IV. *An sit locus provocationi Sacerdotis Turturella ad novum examen.*

Ad I., & II. esse locum sanationi ad Cauthelam, & ad mentem. In reliquis satis provisum.

LISBONEN., in qua quæritur. *Sess.25. c.19. de ref.*
An constet de nullitate Professionis Fratris Cajetani de Torres Conversi Ordinis Christi, seu potius sit ad cauthelam absolvendus, eique concedendum indultum permanendi in sæculo ad effectum se itidem promovendi ad Sacerdotium in casu &c.

Dilata, & fiant diligentiæ juxia mentem.

SABINEN. UNIONIS, in qua disputantur. *Sess.24. c.15. Sess.25. c.9. de ref.*
An sit locus Cappellaniæ in casu &c.

Negative, & amplius.

CIVITATIS CASTELLANÆ UNIONIS, SEU APPLICATIONIS, ET COMMUTATIONIS. Testamento Theophili Gargani Civis Gallesii anno 1647. Romæ condito hæres instituta fuit Respublica, *Sess.23. c.15. de ref.*

sive Communitas Gallesii, dato onere alendi quatuor adolescentes, qui ibidem orti essent, ut in urbe Roma studiis assiduo operam darent: horum singulis annua scuta 80. dari jussit testator, & si redditus hæreditatis supereſſent, numerum adolescentium, qui ad urbem studiorum causa mittendi essent, augeri voluit, & quintum, ac sextum quoque superaddi: his autem impleto primorum studiorum curriculo, eadem scuta 80. per triennium præstari jussit, ut possent, si vellent, vel jurisprudentiæ vel medicinæ præceptis imbui. Implevit hæres continuo voluntatem defuncti: quatuor optimæ spei adolescentes, qui studiis operam darent, Romam petierunt, auctisque opera, atque industria Ordinis Gallesii redditibus hæreditariis, quintus in urbem venit adolescens, qui scientias discere t, ut nunc quinque Gallesii cives ad comparandam doctrinam Romæ alantur ex fructibus, & redditibus hæreditatis Theophili.

Optimam hanc optimi, atque amantissimi civis dispositionem, qua nulla sanctior, nulla salubrior, nulla utilior Reipublicæ poterat, excogitari, turbavit Episcopus, in cujus animo versabatur erectio Collegio, seu Seminarii in Civitate Castellana, quæ, cum ex Taxa, quam vocant, Beneficiorum perfici non potuerit, tenuem quippe dabat quantitatem sc. 158. 74. oneri Seminarii ferendo procul dubio imparem, mutatione voluntatis defuncti Theophili, atque unione illius hæreditatis, impleri desiderium suum facile posse censebat: id igitur in Visitatione Sacrorum Liminum data anno 1729. postulavit a Sacra Congregatione Particularii, quæ Seminariis præposita fuerat. Coacta itaque Congregatio die 22. mensis Novembris ejusdem anni ita rescripsit -- *quoad applicationem hæreditatis Theophili Gargani censuit, si Sanctissimo placuerit, esse locum illius applicationi juxta modum: modus autem est, quod aperto Seminario, illi applicetur medietas reddituum cum onere manutenendi quatuor Alumnos, qui esse debeant Terræ Gallesii, & nominari a Communitate, & pro instituendis Juvenibus pro secunda Classe Grammaticæ in omnibus, & per omnia juxta voluntatem Testatoris; altera medietas erogari pariter debeat pro instituendis aliis tribus Juvenibus itidem Gallesi in aliis scientiis juxta voluntatem ejusdem Testatoris, qui tamen debeant permanere in aliquo Collegio, seu Seminario tantum in Urbe, ita tamen ut semper Communitas Gallesii nominare debeat ad loca prædicta Urbis tres Juvenes instructos pius sufficienter in Seminario erigendo* -- Rescriptum hoc probavit optimus Sanctissimusque Princeps Benedictus XIII.

Acta hæc fuerant inaudita Communitate, ideoque reproposita causa, contradicto Judicio die 21. Januarii anni 1731. rescriptum fuit -- *In decisis juxta modum: modus autem est, quod aperto Seminario eidem applicentur ex redditibus hæreditariis Theophili Gargani scut. 160. annua cum onere manutenendi quatuor Alumnos Terræ Gallesii, seu ex ea oriundos, habiles pro secunda Classe Grammaticæ, & nominandos a Communitate qui præstare non teneantur obligationem, seu juramentum de suscipiendis Ordinibus Sacris. Alia vero scuta 240. annua ejusdem hæreditatis erogentur pro instituendis in Urbe aliis tribus Juvenibus pariter Gallesii, seu oriundis, nominandis ab eadem Communitate, & si aliquid superavit, reinvestiatur ad formam Testamenti cum declaratione, quod in reliqus, quæ non adversantur præsenti resolutioni, servetur in omnibus, & per omnia voluntas Testatoris* -- hoc rescriptum probavit optimus Maximus Pontifex Clemens XII. Hæc autem rescripta, quæ integre dedimus, ut Eminentissimorum Patrum oculis omnia, quæ in causa sunt, subjiciantur, nullam hactenus exequutionem habuerunt.

Communitas itaque Gallesii anno 1742. Sacratissimo principi nostro suorum jurium libellum obtulit, postulavitque ut nihil mutaretur in dispositione Theophili: Decreto R. P. D. Auditoris lato die 3. Octobris ejusdem

dem anni nova Cauſæ hujus cognitio ſplendidiſſimo huic Ordini data fuit, nihil tamen actum eſt ad diem uſque 24. tranſacti menſis, qua urgente Promotore Fiſcali, viſum eſt R. P. D. Auditori decernere, ut cauſa in hac Congregatione omnino proponeretur; ſi id non fieret, liceret Epiſcopo operam dare, ut reſcripta edita a Congregatione particulari exequerentur. Proponitur non igitur Cauſa, & Communitas, cujus libellus tantum nobis hactenus datus fuit, poſtulat, ut Eminentiſſimi Patres ab eorumdem reſcriptorum ſcientia diſcedant.

Rationes, quibus illa utitur, hæ ferme ſunt; nullam proponi neceſſitatem erigendi novum Seminarium; ſatis illud eſſe, quod in Hortana Civitate erectum eſt, ubi omnes conveniunt utriuſque Diœceſis Caſtellanæ ſcilicet, & Hortanæ Civitatis Adoleſcentes, idque etiam commodius eſſe, Taxa ſiquidem, quæ uni, communique Seminario ſatis eſſe poteſt, diſtinctis, & ſeparatis impar eſt, nec multiplicanda eſſe onera, ut duo ſint Seminaria, ubi unum ſatis eſt, ut ſit, cum non verſemur in ampliſſimis, frequentiſſimiſque Urbium Diœceſibus, quo caſu ſingulis Diœceſibus ſingula erigi Seminaria optimum eſſet, ſed in anguſtis tum Diœceſibus, tum Civitatibus, hominum etiam populique infrequentia laborantibus; Deficere ob id juſtam, legitimam, & neceſſariam mutandæ voluntatis cauſam, quæ ut omnes norunt, ſi mutanda eſt, in melius mutari debet, quod hic locum habere non poteſt, cum ambigi nequeat ſcientias longe melius in urbe Roma, quam in aliarum Urbium Seminariis comparari poſſe, nulli ſiquidem ſunt docti Præceptores, qui niſi grande mercede, ſtipendioque conducti alliciantur, urbem velint deſerere, & in minores haſce Civitates concedere, & quod gravius eſt intra Seminarium, veluti intra carceres vitam traducere. Accedit ſolutionem ſcut. 160., quam voluit Sacra Congregatio Particularis, faciendam ſemper eſſe Seminario, licet aliquo temporis ſpatio nullus in eo ſit Galleſius Civis; hoc autem pugnare, cum voluntate teſtatoris, qui juſſit hoc caſu multiplicandos eſſe redditus hæreditatis ſuæ, ut vel ſextus Adoleſcens in urbe ſtudiis operam dare poſſe. Hæc, atque alia ſunt in libello Communitatis, quibus perpenſis, poterunt Eminentiſſimi Patres decernere.

An ſit ſtandum, vel receeendum a Deciſis in caſu &c.

Iterum proponatur.

EUGUBINA PRÆFECTURÆ CHORI; Juſſu Ampliſſimi hujus Ordinis hæc cauſa proponitur, quæ poſtquam pluries data fuerat in foliis, propoſita fuit in Congregatione habita die 17. Julii hujus anni, & reſcripſerunt Eminentiſsimi Patres -- *Dilata & proponatur omnino ante Ferias* -- obſequimur itaque mandatis, ut repetita lectione foliorum omnium, quæ numerantur in illo Congregationis diei 17. tranſacti Menſis Julii reſpondere poſsint. *Seſſ. 24. t. 12. de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata, & examinentur formiter teſtes producti a Præpoſito.

ROMANA, SEU BONONIEN. LEGATI. Species omnis hujus Cauſæ, & quæ proponebantur, rationes expreſſæ fuerunt in Folio Congregationis habitæ die 17. ſuperiori menſis Julii; ſed cauſa in illa Congregatione proponi non potuit; iterum igitur data fuit in Folio Congregationis diei 7. tranſacti menſis Auguſti; cum vero Eminentiſsimi Patres in diverſas iverint ſententias, reſcriptum fuit -- *Iterum proponatur* -- *Seſſ. 29. t. 4. de ref.*

Damus

Damus eam nunc, ut perſpecto Folio Congregationis diei 17. menſis Julii ab Eminentiſsimis Patribus definiatur.

An afflictus Turris Molæ, de qua agitur, ſtet taxative, vel demonſtrative in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

Seſs. 24. c. 15. de ref.

BRUGNATEN. PLEBANATUS, ET PRÆEMINENTIARUM. In Viſitatione, quam habuit Sigeſtri anno 1739. Brugnatenſis Epiſcopus, hæc orta eſt controverſia, quæ agitur inter Dominicum Fagonam Archipræsbyterum Rectorem Eccleſiæ Sancti Sthephani, & Gandulphum Gandulphium Rectorem Eccleſiæ S. Mariæ Nazareth, aliosque aliarum Eccleſiarum Rectores: hi enim negabant Eccleſiam Sancti Stephani Plebanam eſſe, & Matrem aliarum, ideoque contendebant Fagonam Archipresbyteri nomine uti non poſſe, nullasque dicebant ei debitas eſſe præeminentias. Re ad Epiſcopopum delata, cum in Viſitatione componi, & definiri nequiret, appellarunt Rectores: Hinc Maſſarii, ut eos vocant, Eccleſiæ Sancti Sthephani preces Sacratiſsimo Pontifici noſtro obtulerunt, quibus poſtulabant finem dari hiſce controverſiis, & jura Eccleſiæ ſarta tecta ſervari. Data fuit ab Optimo Principe omnis hujuſce rei cognitio amplifsimis Patribus, auditoque jam Epiſcopo, Fagona Rector, iidemque Maſſarii controverſiæ omnis, quæ ſex capitibus collecta eſt, definitionem expectant. Rationes ſingulorum capitum non referimus, ne folium in volumen excreſcat; libelli lectione eas agnoſcent Eminentiſſimi Patres; neque a Gandulphio, neque ab aliis Rectoribus aliquid nobis hucuſque datum eſt; Capita, quæ definienda proponuntur, hæc ſunt.

I. An conſtet de Plebanatu Eccleſiæ S. Stephani Loci Sigeſtri, *& quatenus affirmative*.

II. An conſtet de Matricitate Eccleſiæ Plebanæ S. Stephani Sigeſtri ſaltem pro nunc quoad præeminentias honorificas, *& quatenus Affirmative*.

III. An Benedictio Fontis Baptiſmalis die Sabathi Sancti ſpectet privative ad Archipresbyterum Eccleſiæ S. Stephani Sigeſtri cum interventu omnium Parochorum, & Rectorum Eccleſiarum Sigeſtri, ſeu potius idem Archipresbyter adire debeat Eccleſiam S. Mariæ de Nazareth Sigeſtri.

IV. An Eccleſiæ S. Stephani liceat prohibere Rectori Eccleſiæ S. Mariæ de Nazareth, cæteriſque Eccleſiis Loci Segeſtri priorem pulſationem Campanarum in Sabatho Sancto.

V. An diſtributio Oleorum Sanctorum ſpectet privative ad Archipresbyterum Eccleſiæ Plebanæ S. Stephani.

VI. An, & cui ex Parochis, & Rectoribus tam Eccleſiæ S. Mariæ de Nazareth, quam aliarum Eccleſiarum Loci Sigeſtri liceat in functionibus Eccleſiaſticis deferre Rocchettum cum parva Mantelletto, ſeu Cappino.

Seſs. 24. c. 14. de ref.

EMBRICEN. JURIUM CANONICALIUM. Cum anno 1738. in collegiata Eccleſia S. Martini Civitatis Embricæ vacaret canonicatus, qui nuncupatur Sacellanatus, placuit canonicis, & capitulo plura ſtatuere quoad eum, qui illum canonicatum obtineret; hæc præcipua fuerunt ut deinceps voce activa, & paſsiva, & Jure Turni carere deberet, ut ei amplius fas non eſſet ad capitulum accedere; niſi accitus a Decano, & canonicis, ut contra onus ferret Sacri feſtis diebus agendi pro populo curæ illius pridem commiſſo ut denique curæ incumbens, & ob id, cum

choro

choro interesse non posset, distributionum quotidianarum compendio careret. Duras has leges accepit, qui primus canonicatum illum obtinuit, acceperunt & alii successores, quibus omnibus, priusquam Sacellanatus possessionem nancisserentur, statuta illa, legesque aperiebantur a capitulo. Fidem omnes dederunt eas leges servandi, dedit etiam Henricus Ignatius Oosler, qui postremus canonicatum illum obtinuit anno 1729. sed inde promissa servare negavit, & adactus a capitulo ad Sacrum hoc Tribunal confugit; audito igitur Nuncio Apostolico, qui Coloniæ est quique disertissima secundum eum respondit Epistola, causa nunc amplissimis Patribus definienda proponitur.

Ait Sacellanus, cerisimi juris esse non posse capitulum statuta, legesque concedere, quæ contra Juris dispositionem sint, etiamsi Episcopi accedat authoritas; canonicum qui in collegium admittitur, omnibus juribus, quæ alii habent Canonici, uti frui debere jure constitutum esse, ideoque nullam habendam esse rationem decretorum, & legum, quæ factæ fuerunt a capitulo anno 1638., quod Sacellanus, qui vere, & propriæ canonicus est, ut defectu instrumenti Fundationis monstrat Actor pluribus argumentis, monumentisque ex archivo capituli exceptis, & plurimum spectanda testificatione Officialis ejusdem Ecclesiæ, non poterat juribus iis, quæ apud alios canonicos erant, privari, & ob id voces, locum, jus Turni, omnesque alios honores aliorum Canonicorum habere debeat. Quod, si secus esset, ipsa Canonia extingueretur, quæ nihil aliud est, quam in fratrem allectio, ut consequens sit allectum excludi non posse a Juribus, quæ habent alii Fratres, quæque in ipsa Canonia complectuntur, & ea veluti a quodam fonte profluunt, ut præ cæteris differit *Scarfant. ad Ceccoper. Lucul. Canon. lib.* 1. *animad. ad tit.* 14. *num.* 5.

Onera quoque legibus illis, statutisque capitularibus Sacellanatui data, injuria superimposita fuisse Henricus contendit, quod sacrum pro populo agere capitulum teneatur, ut transacto tempore observatum fuerat, cum simplex Sacramentorum administratio penes Sacellanum sit, & capitulum omnia agat, quæ ad curam actualem pertinent, & obventiones universas, & Decimarum etiam compendium percipiat, ut juris æquitas non patiatur capitulum lucrifacere, & onus in alium transferre, atque ita canonicatus reddius minuere, quod probe post alios monet *Reinfest. in Jus Canon. lit.* 3. *tit.* 12. §. 1. *num.* 4. *&* 5. omnibus vero Juris regulis adversum esse, quod de quotidianis distributionibus non percipiendis statutum fuit; Canonicis siquidem, qui curæ animarum dant operam, choro divinisque officiis interesse reputantur, & ob id distributiones accipere debent, etiamsi cura distenti vere a choro absint, & divinis officiis non intersint, ut cognitissimum est: Accedere vetustissimum Collegiatæ hujus Ecclesiæ statutum; quo cavetur, ut canonici temporalibus capituli negociis agendis a choro absentes quotidianarum obventionum lucrum accipiant, ideoque nihil proponi, cur canonicus Sacellanus spirituali animarum curæ incumbens absentium pœnas sine ulla culpa ferre iniquissime debeat.

Nullam demum legibus his, statutisque capitularibus vim posse tribuere centenarii temporis fugam, unde oriri valeat præsumptio melioris, atque aptioris cujuscumque tituli, & præsertim confirmationis factæ a Sede Apostolica; Excludi siquidem præsumptionem hanc, quod statuta illa non fuerint assidue observata, & quod magis est constitutione Innocentii XII. Pontificis Optimi Maximi edita anno 1695. quæ in Hollandia promulgata fuit, cujusque initium est Ecclesiæ Catholicæ, generaliter improbatæ fuerint hæ leges capitulares, ut intercepta fuerit vis temporis centenarii. Hæc habet Henricus: Capitulum libellum suum nondum nobis dedit; Caulæ dubia quatuor, quæ sequuntur.

I. An

I. An Statuta, seu Ordinationes de anno 1638. seu &c. facta per Decanum & Canonicos Embricen. circa Canonicum Sacellanum subsistineantur in casu &c.

II. An Canonicus Sacellanus gaudere debeat Jure Turni, ac Voce activa, & passiva, aliisque prærogativis, prout cæteri Canonici in casu &c.

III. An onus celebrandi Missam Parochialem singulis diebus Dominicis, & Festivis spectet ad Canonicum Sacellanum, seu potius ad Capitulum in casu &c.

IV. An Canonico Sacellano occupato in exercitio Curæ animarum, & a Choro absenti debeantur Distributiones quotidianæ in casu &c.

Die Sabbathi 20. Novemb. 1745.

SUpersunt ex *Folio ultimæ Congregationis*, quæ habita fuit *die* 18. transacti *mensis Septembris*, Tres, quas subjicimus, Causæ, quæ propositæ non fuerunt, ideoque rogantur Amplissimi Patres, ut ad eas definiendas *Folium illud* iterum perspiciant.

Sess. 25. c. 4. de ref.

ROMANA SEU BONONIEN. LEGATI, in qua disputatur.
An afflictus Turris Molæ, de qua agitur stet, taxative, demonstrative in casu &c.

Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam.

Sess. 24. c. 18. de ref.

BRUGNATEN. PLEBANATUS, ET PRÆEMINENTIARUM, cujus VI. sunt capita.

I. An constet de Plebanatu Ecclesiæ S. Stephani Loci Sigestri, *& quatenus affirmative*.

II. An constet de Matricitate Ecclesiæ Plebanæ S. Stephani Sigestri saltem pro nunc quoad præeminentias honorificas, *& quatenus Affirmative*.

III. An Benedictio Fontis Baptismalis die Sabathi Sancti spectet privative ad Archipresbyterum Ecclesiæ S. Stephani Sigestri cum interventu omnium Parochorum, & Rectorum Ecclesiarum Sigestri, seu potius idem Archipresbyter adire debeat Ecclesiam S. Mariæ de Nazareth Sigestri.

IV. An Ecclesiæ S. Stephani liceat prohibere Rectori Ecclesiæ S. Mariæ de Nazareth, cæterisque Ecclesiis Loci Segestri priorem pulsationem Campanarum in Sabatho Sancto.

V. An distributio Oleorum Sanctorum spectet privative ad Archipresbyterum Ecclesiæ Plebanæ S. Stephani.

VI. An, & cui ex Parochis, & Rectoribus tam Ecclesiæ S. Mariæ de Nazareth, quam aliarum Ecclesiarum Loci Sigestri liceat in functionibus Ecclesiasticis deferre Rocchettum cum parva Mantelletto, seu Cappino.

Ad I. Affirmative. Ad II. III. IV. & V. dilata, & extrahantur documenta citatis partibus. Ad VI. non licere.

EM-

EMBRICEN. JURIUM CANONICALIUM, cujus IV. sunt Dubia. *Sess. 24. c. 14. de reg.*

I. An Statuta, seu Ordinationes de anno 1638. seu &c. facta per Decanum, & Canonicos Embricen. circa Canonicum Sacellanum subsistineantur in casu &c.

II. An Canonicus Sacellanus gaudere debeat Jure Turni, ac Voce activa, & passiva, aliisque prærogativis, prout cæteri Canonici in casu &c.

III. An onus celebrandi Missam Parochialem singulis diebus Dominicis, & Festivis spectet ad Canonicum Sacellanum, seu potius ad Capitulum in casu &c.

IV. An Canonico Sacellano occupato in exercitio Curæ animarum, & a Choro absenti debeantur Distributiones quotidianæ in casu &c.

Dilata, & ad mentem non retardata interim per Sacellanum applicatione Missæ pro populo diebus Festis.

TOLETANA IURIUM PAROCHIALIUM, SIVE HOSPITALIS ET PRIVILEGIORUM: Species omnis hujus Causæ repetenda est ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 7. *Aprilis anni* 1742. quod in lucem hominum editum fuit *Vol.* 11. *Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag.* 45. Dilata tamen fuit Causæ propositio *ad sequentem Congregationem diei* 21. *ejusdem mensis*; Proposita ea die Causa fuit, sed non definita: Rescripserunt enim Amplissimi Patres: *Dilata, & scribatur Archiepiscopo Administratori pro nova Informatione juxta Instructionem*, ut in eodem *Vol. XI. Thesaur. pag.* 57. Summa Instructionis collecta fuit diligenter in alio *Folio Congregationis* habitæ *die* 16. *Februarii anni* 1743. quod editum quoque fuit *Vol. XII. ejusdem Thesaur. pag.* 48., qua die reproposita Causa, idem ab Eminentissimis Patribus datum fuit responsum, cum literas, morte interim obita ab Archiepiscopo Administratore, ad Sacrum hunc Senatum dedisset Vicarius Generalis: nunc itaque adventa novi Archiepiscopi Administratoris epistola, postulant Sacerdotes Congregationis S. Petri, & Hospitale pauperum Sacerdotum Infirmorum Matriti (nam a Parocho S. Sebastiani, & Capitulo Parochorum Parochiarum Matriti nihil hactenus habuimus) ut tandem controversia hæc definiatur. Rogamus igitur Amplissimos Patres, ut duo, quæ supra diximus, *Folia* edita *Vol. XI. & XII. Thesaur. Resol. Sac. Congreg.* oculis iterum subjiciant, iisque adjungant, quæ habet novus Archiepiscopus Administrator in Epistola sua, ita enim rem omnem VII., quæ sequuntur, Capitibus collectam facilius poterunt expedire. *Sess. 25. c. 3. de reg.*

I. An erectio Hospitalis S. Petri Villæ Matriti sub instituto Ven. Congregationis R. R. Sacerdotum sit confirmanda, vel potius sit locus illius suppressioni, & quomodo? *Et quatenus affirmative quoad primam partem.*

II. An concedendum sit Hospitali, & Congregationi Presbyterorum S. Petri Villæ Matriti Indultum administrandi Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ, etiam per Viaticum, retinendi Oleum Sanctum, illudque administrandi Sacerdotibus infirmis in eodem Hospitali independenter a quovis Parocho etiam S. Sebastiani.

III. An sub eodem Indulto comprehendendi sint ministri seu servientes, & familiæ dicti Hospitalis degentes tamen intra septa ejusdem Hospitalis, & Ecclesiæ cum eadem independentia Parochi, sive Parochorum.

IV. An concedendum sit Indultum administrandi Sacramentum Eucharistiæ pro satisfactione Præcepti Paschalis tam Sacerdotibus, quam Ministris, aliisque supradictis personis intra septa Ecclesiæ, & Hospitalis degentibus sive infirmis, sive non in casu &c.

V. An indulgendum sit eidem Congregationi, & Hospitali Jus sepelliendi tam Confratres Ministros, alioque in Hospitali decedentes, quam

alios decedentes in quacumque Parochia, & Sepulturam eligentes in dicta Ecclesia & Hospitali cum eadem independentia Parochi, seu Parochorum eorumdem absque eorum interventu & Cruce, tam in associando, quam in sepelliendo Cadavera una cum emolumentis competentibus aliis Ecclesiis, & Hospitalibus exemptis a Jurisdictione Parochi.

VI. An concedenda sit exemptio ab omni, & quacumque solutione cujusvis portionis, seu quartæ funeralis funerum dd. ministrorum, servientium, familiæ, ac Sacerdotum in Hospitali decedentium in casu &c.

VII. An concedendum sit Hospitali, & Congregationi prædictis Indultum exponendi in illius Ecclesia publicæ venerationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, celebrandi Divina Officia in Hebdomada majori, benedicendi Candelas, Cineres, & Ramos Olivarum, ac celebrandi quamcumque Festivitatem, Missas Cantatas, Prædicationes, Anniversaria, & officia mortuorum, & peragendi quasvis Ecclesiasticas functiones fieri consuetas ab aliis Hospitalibus exemptis, fruendique omnibus Privilegiis, & Prærogativis ad instar aliorum Hospitalium authoritate Apostolica exemptorum in casu &c.

Ad I. affirmative quoad primam partem. Negative quoad secundam salva auctoritate Ordinarii ad formam Concilii, & dummodo redditus prioris instituti erogentur in ejusdem adimplementum, ad quem effectum fiat separatio bonorum, cui incumbat Ordinarius. Ad II. & III. affirmative quoad Sacerdotes infirmos de licentia Parochi S. Sebastiani. Ad IV. Negative, & quoad Sacerdotes infirmos de licentia Parochi. Ad V. affirmative quoad infirmos Sacerdotes in Hospitali decedentes, in reliquis Negative. Ad VI. Provisum in antecedenti. Ad VII. Quoad expositionem Sanctissimi Sacramenti, & prædicationem arbitrio Ordinarii, in reliquis idem Ordinarius provideat pro sui prupentia salvis Juribus Parochialibus.

Sess. 14. c. 12. de ref.

PRÆNESTINA FUNDATIONIS BENEFICII. Definitionem Causæ hujus, quæ proposita fuit *in Congregatione* habiia *die* 28. *Septembris anni* 1743. differre placuit Amplissimis Patribus, qui rescripserunt audiendam esse sententiam Eminentissimi Episcopi; ut cognosci potest *ex Volum. XII. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag.* 176. unde omnis Causæ hujus species repeti debet. Implevit Sacri hujus Senatus voluntatem Eminentissimus Episcopus, qui desertissima Epistola secundum Advocatum Cæsarem Moccium respondit, quoad duo prima dubiorum, quæ proponuntur, capita & repellendam putat a Jure Falcidiæ, atque a compendio Legati, qnod dicitur esse in causa Caduci, Parochialem Ecclesiam D Petri hæredem scriptam in Testamento Josephi Leoni: Quo vero ad tertium Dubiorum caput non esse admittendas differit binas dumtaxat conditiones, quas censet contrarias & voluntati Testatoris, & ipsius beneficii naturæ. Harum prima reservationem habet favore Advocati Moccii Exequutoris ea omnia agendi, quæ in utilitatem cederent beneficii etiam post impletam ejusdem erectionem: Altera vero complectitur Jus præsentandi ad Beneficium Clericum, licet minorem quatuordecim annis; Contra tamen Advocatus conditionibus hisce nec Testamentariam dispositionem, nec beneficii naturam everti contendit, quod testator amplissimas Exequutori facultates tribuerit, ut, quas vellet, leges apponeret, quod beneficii onera per alium, qui Sacerdos sit, impleri possint, quod Jus demum illud non in perpetuum, sed favore tantum Clericorum Familiæ Moccix ipsi postulet. Pertinet igitur ad Eminentissimos Patres perspectis cum iis, quæ in prima Causæ Propositione, *Folioque* in lucem hominum edito *d. Vol. XII. Thesaur. Resol.* tum iis, quæ nunc a Moccio Exequutore proponuntur.

tur, (libellum enim Jurium Parochialis Ecclesiæ nondum habuimus,) tria, quæ hic damus, controversiæ capita definire.

I. An Ecclesiæ Archipresbyterali S. Petri in Castro Prænestino competat detractio Falcidiæ ex bonis hæreditariis quondam Josephi Leoni in casu &c.

II. An Legatum scutor. 200. per dictum Testatorem relictum Rosæ del Letto, & per ipsius obitum caducatum debeatur prædictæ Ecclesiæ, vel potius accreverit pro dote Beneficii in eadem Ecclesia erigendi in casu &c.

III. An erectio Beneficii in prædicta Ecclesia sit facienda juxta conditiones ab Exequutore Testamentario designatas in casu &c.

Reliqua non proposita.

MILETEN. TAXÆ: Jussu Patrum amplissimorum hæc causa proponitur, qui in Congregatione habita die 7. transacti mensis Augusti responderunt. *Dilata ad primam post aquas suspensa solutione Taxæ.* Poterunt itaque Eminentissimi Patres Folium Congregationis habitæ die 8. Maii hujus anni, in quo causæ species expressa fuit, iterum legere, ut respondeant. *Sess. 23. c. 18. de Ref.*

I. An per Monachos Monasterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii debeatur aliqua taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Ecclesia Scaliti? *& quatenus negative.*

II. An idem Seminarium teneatur restituere Ducat. 27. a præfatis Monachis anno præterito exactos?

PLACENTINA JURISDICTIONIS. Diruta fuit, ut Arx Placentina extrueretur, ac muniretur, Ecclesia, quæ D. Ægidio dicata fuerat, eique adjunctum hospitale, quod nuncupabatur (della misericordia) atque ob id commendæ Hierosolymitanæ, ad quam Ecclesia illa, & hospitale pertinebant, traditum fuit altare in Ecclesia Parochiali S. Iacobi majoris, ubi commendæ onera impleri possent. Aræ huic, quæ D. Ægydii nuncupari cœpit, insculptum fuit Hierosolymitani Ordinis Stemma, grandique saxo inscripta fuit Epigraphe, quæ nunc etiam supereſt -- M. D. LXXII. COMMENDÆ S. ÆGIDII RELIGIONIS HIEROSOLYMITANÆ. Sacra igitur, solemniaque omnia a Parocho, aliisque Sacerdotibus, qui eligebantur a commendæ possessoribus, acta fuerunt ab eo tempore ad hæc nostra in hac cappella, in qua possessionem ipsius commendæ Equites Hierosolymitani nanciscebantur. eamque singulis lustris juxta Ordinis leges visitare solebant Priorales Ministri. Servata hæc sunt ad annum usque 1740., quo anno prioralem visitationem impedire voluit Joseph Mojus Rector ejusdem Ecclesiæ S. Jacobi, qui Cappellani munus gerens noluit se subjicere examini in iis, quæ ad curam tutelamque Aræ, & Cappellæ D. Ægidii pertinebant; Suffectus ideo fuit in ejus locum Cappellanus alter Bernardus Roversius, a quo licet eo anno Festum Sancti Joannis Baptistæ, ut fieri solebat, actum fuerit, & die Jovis majoris hebdomadæ anni 1741. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Commendatori Cevolo, ejusque famulis administratum fuerit, cætera tamen solemnia, & Festum Nativitatis D. Joannis Baptistæ eo anno agi non potuerunt, obsistente Ecclesiæ Præposito. Ere itaque sua esse censuit Eques Cevolus, qui nunc commendam possidet, ut sacrum hoc Tribunal libello adiret, quo postulabat, ut jura sua tuerentur. Literis, ut fieri solet ad Episcopum datis, alter ab eodem Cevolo oblatus fuit libellus, quo de attentatis querebatur a Parocho admissis, iterumque

Sess. 22. Dec. de obs. & evit. in celeb. Miss.

rumque ob id Epiſcopum audire opus fuit, qui duabus ſecundum Parochum reſpondit Epiſtolis. His omnibus actis ſupereſt nunc, ut ab Eminentiſsimis Patribus definitio detur hujus controverſiæ, quæ collecta licet ſit quatuor capitibus, omnis tamen a primi capitis definitione pendet. Quæſtio itaque eſt, an uſus tantum, an etiam dominium Aræ D. Ægidii quæſitum fuerit Commendæ Hieroſolymitanæ, cujus rei diſquiſitio, cum deſit inſtrumentum adquiſitionis, quo probari poſsit dominium, & titulus, quo ad commendam pervenit, repetenda eſt, ut differit Eques Cevolus ex conjecturis, indiciis, monimentis, aliiſque argumentis, & probationibus, quæ, cum agatur de re vetuſtiſsima proculdubio admitti debent, & ſimul uniendæ ſunt, ac conjungendæ ad plenam dominii probationem. Has inter non ultimum locum habent teſtificationes hominum ætate ſeniorum, viſitationis actæ a Miniſtris prioralibus, impenſæ ornamentorum, & reparationum ejuſdem cappellæ, confeſsiones Rectorum Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi, & quæ plurimum ſpectanda ſunt, ſtemma Ordinis, & vetuſtiſsima, quam ſupra retulimus, inſcriptio. Hæc omnia jus, & titulum dominii, & proprietatis, non ſolius uſus præſeferre diſputat Cevolus, qui ex hoc dominio facultatem ſibi vindicat eligendi Cappellanum, qui independenter a Parocho Sacra, aliaque ſolemnia omnia agat, ut labet; nullam quoque Epiſcopum juriſdictionem in eadem cappella exercere poſſe contendit obſiſtentibus ampliſsimis ordinis privilegiis, quæ poſt Tridentinum quoque Concilium binis D. Pii V. Conſtitutionibus 67. & 136. confirmata fuerunt. His itaque, & aliis quæ libello ſuo Cevolus complexus eſt, probe perpenſis, quid enim contra ferat Rector Eccleſiæ parochialis adhuc ignoramus, cum libellum ſuum nondum dedit facile erit Ampliſsimis Patribus reſpondere.

I. An conſtet de dominio & pertinentia cappellæ S. Ægidii ſitæ in parochiali Eccleſia S. Jacobi majoris favore Religionis Hieroſolymitanæ in caſu &c. *& quatenus affirmative.*

II. An independenter a Parocho competat Commendatori Juriſdictio, & facultas celebrare faciendi in eadem cappella miſſas ac peragendi in ea omnes alias Eccleſiaſticas Functiones commendæ incumbentes in caſu &c. *& quatenus affirmative.*

III. An Parochus ſaltem præferri debeat in celebratione dictarum miſſarum, & functionum in caſu &c.

IV. An Reverendiſsimo Epiſcopo Placentino competat Juriſdictio, & Jus viſitandi cappellam, ſeu altare S. Ægidii in caſu &c.

Seſſ. 25. c. 19. de regul.

COSENTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Annum agens decimum quintum Joſeph Maria Perimezzius Ordini, quem vocant Minimorum, nomen dedit in Monaſterio Paulæ anno 1725., allectus ad id blanditiis Patrui in eodem Ordine profeſſi, impletoque probationis tempore die 31. Novembris anno 1730. profeſſionem emiſit, de cujus tamen nullitate paulo poſt dicere cæpit, quod Emophtiſis vitio affectus frequenti ſanguinis effuſione, tabe, macieque conficeretur, quæ res in caſu erat, ut neceſſe eſſet veſci eum cibis paſchalibus. At Patruo obſiſtente non potuit adoleſcens judicium nullitatis intra quinquennium inſtruere præſertim cum nimia indulgentia ſinerent Ordinis præfecti, ut vel domi ſuæ vitam ageret, vel extra Monaſterii ſepta in ejus ædibus, quæ ad infirmorum curationem deſtinatæ ſunt, neque enim poterat aſſiduo morbo detentus quartum votum hujus Ordinis implere, & cibis uti quadrageſimalibus. Hac itaque ratione vitam traduxit uſque ad obitum Patrui, quo decedente de nullitate ſuæ profeſſionis egit coram Archiepiſcopo Coſentino, & præfectis Ordini ſuo. Hi confecto Judiciali proceſſu die 14. Auguſti

guſti anni 1742. invalidam declararunt profeſſionem a Ioſepho emiſſam, qui tamen, ut jure religioſas veſtes dimittere poſſet, Sacrum hunc Senatum adire tenetur; Archiepiſcopo vero viſum eſt decernere beneficium reſtitutionis in integrum obtinendum prius eſſe a Ioſepho, qui preces ob id obtulit Sacratiſſimo Principi noſtro, quibus beneficium hoc poſtulabat. Data poſtulationis hujus cognitio fuit ampliſſimis Patribus, quibus nunc, auditis jam Archiepiſcopo, & Procuratori Generali Ordinis univerſi, res definienda proponitur.

Duæ ſunt rationes, quibus reſtitutionem ſperat Ioſeph, altera, quod in Ordinem receptus fuerit, cum ætatem ageret annorum ſexdecim; altera quod morbum, & vitia, quæ remedii vires ſuperabant, ut teſtificationem faciunt teſtes plures formiter repetiti, medicinæ profeſſores, & plures ſui Ordinis viri, a nativitate ſecum tulerit, cum & parentes, & tres ejus fratres eodem vitio affecti miſere perierint, eodemque ipſe morbo tum ante, tum poſt ingreſſum Monaſterii diu, aſſidueque preſſus fuerit, ideoque cum contra apertas Ordinis leges, quæ valetudinem optimam, & ætatem 18. annorum requirunt in iis, qui cooptari debent, profeſsio emiſſa ſit, ſequatur nullam eam eſſe, & invalidam, & ideo indulgendam eſſe reſtitutionem. Accedit judicium Archiepiſcopi, & præfectorum Ordinis, qui omnes adverſam valetudinem & inſanabilem Ioſephi infirmitatem agnoſcunt. Pertinet igitur ad religionem animi Patrum ampliſſimorum decernere, jura ſua hactenus non proponente Nicolao Perimezzio Joſephi fratre, qui ſeſe præſtitit contradictorem.

An ſit concedenda reſtitutio in integrum in caſu &c.

BITECTEN. BENEFICII. Morte obita die 22. Aprilis anni 1743. a Franciſco Paulo Mancerio, ſimplex vacavit. Beneficium vulgo nuncupatum *di Domenico di Ginefra*, cujus patronatus eſt apud familiam Manceriam, & patres ordinis D. Dominici, qui Bitecti Collegium habent. Hinc, & patres, & Michael Mancerius ad illud præſentarunt Fr. Hyacintum profeſſum in Ordine Minorum, conditione adjecta obtinendi Apoſtolicam Diſpenſationem, qua petita, data fuit ab optimo maximoque Principe noſtro ampliſſimis Patribus ejus cognitio, a quibus audito, ut fieri ſolet, Epiſcopo adjectæ fuerunt reſcripto ſolitæ formulæ, & cautiones, ut tempus patronis non curreret per menſes duos, quibus dilapſis alterum bimeſtre datum eſt. Tertio hoc tempus prorogatum fuit ad alios duos menſes, ſed defectu opportunæ præſentationis in Curia placuit Epiſcopo, bimeſtri alio tempore tranſacto, beneficium jure devoluto conferre die 17. Decembris ejuſdem anni Rocco Arenæ, qui poſſeſſionem inde nactus eſt: Hinc de viribus hujuſce collationis diſputatio prima proponitur ampliſſimis Patribus, cui ſuccedit altera petitæ diſpenſationis. Arena, a quo dumtaxat libellum habuimus, validam fuiſſe diſſerit inſtitutionem ob apertam devolutionem lapſu temporis dati ad præſentandum, & ceſſata prorogatione omni indulta ab hoc Sacro Tribunali; nec ſpectandam eſſe aliam prorogationem indultam die 14. Decembris anni 1743., cum in Curia edita fuerit die 10. Januarii anni 1744., & conſequenter jure potuerit Epiſcopus beneficium illud uti devolutum conferre; Demum non poſſe Michaelem diſpenſationem petere favore Hyacinthi fratris, qui Regulari Ordini adſcriptus ſecularia beneficia obtinere non debet, præſertim quod omnis abſit ratio tenuitatis Patrimonii Michaelis, qui honeſtam, & ſatis commodam vitam traducit, atque juris ſcientia, qua plurimum valet, plurimum etiam lucri facit. His cognitis reſpondendum erit ab ampliſſimis Patribus. *ſeſſ. 14. c. 11. de ref.*

I. An

I. *An Collatio Beneficii Jure devoluto facta ad favorem Clerici Rocchi Arena subſtineatur in caſu &c.* & quatenus negative.

II. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione favore Fr. Hyacinthi Mancerii.*

Die Sabbathi 4. Decembris 1745.

Uinque, quas hic ſubjicimus, Cauſæ in ultima Ampliſſimi Ordinis Congregatione habita die 20. tranſacti menſis Novembris proponi non potuerunt, ideoque rogamus Eminentiſſimos Patres, ut ea, qua præſtant humanitate, ſolium illius Congregationis iterum legant ad eas, ut juris eſſe putant, definiendas.

Seſſ. 14. c. 11. de ref.

PRÆNESTINA FUNDATIONIS BENEFICII, cujus tria ſunt capita.

I. An Eccleſia archipresbyterali S. Petri in Caſtro Prænestino competat detractio Falcidiæ ex bonis hæreditariis quondam Joſephi Leoni in caſu &c.

II. An Legatum ſcutor. 200. per dictum teſtatorem relictum Roſæ del Letto, & per ipſum obitum caducatum debeatur prædictæ Eccleſiæ, vel potius accreverit pro dote Beneficii in eadem Eccleſia erigendi in caſu &c.

III. An erectio Beneficii in prædicta Eccleſia ſit facienda juxta conditiones ab Exequutore teſtamentario deſigatas in caſu &c.

Ad primum negative, & amplius. Ad ſecundum negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam, & amplius. Ad tertium iterum proponatur.

Seſſ. 22. c. 8. de ref.

MILETEN. TAXÆ, in qua duo diſputantur Dubia.

I. An per Monachos Monaſteri S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Baſilii debeatur aliqua taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Eccleſia Scaliti? *Et quatenus negative.*

II. An idem Seminarium teneatur reſtituere ducat. 27. a præfatis Monachis anno præterito exactos?

Ad primum negative. Ad ſecundum affirmative.

Seſſ. 22. Decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſ.

PLACENTINA JURISDICTIONIS, cujus quatuor capita in quæſtionem veniunt.

I. An conſtet de dominio & pertinentia cappellæ S. Ægidii ſitæ in parochiali Eccleſia S. Jacobi majoris favore Religionis Hieroſolymitanæ in caſu &c. *& quatenus affirmative.*

II. An independenter a Parocho competat Commendatori Juriſdictio, & facul-

facultas celebrare faciendi in eadem cappella missas ac peragendi in ea omnes alias Ecclesiasticas Functiones commendæ incumbentes in casu &c. *& quatenus affirmative.*

III. An Parochus saltem præferri debeat in celebratione dictarum missarum, & functionum in casu &c.

IV. An Reverendiss.mo Episcopo Placentino competat Jurisdictio, & Jus visitandi cappellam, seu altare S. Ægidii in casu &c.

Ad primum negative. Ad secundum quoad jurisdictionem negative, in reliquis affirmative, dummodo non impediantur functiones parochiales. Ad tertium negative. Ad quartum affirmative.

COSENTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, in qua respondendum est; *Sess.25. c.19. de Ref.*

An sit concedenda restitutio integrum in casu &c.

Affirmative,

BITECTEN. BENEFICII, in qua quæritur. *Sess. 14. c.11. de ref.*

I. An Collatio Beneficii Jure devoluto facta ad favorem Clerici Rocchi Arena subsistineatur in casu &c. *& quatenus negative.*

II. An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione favore Fr. Hiacynthi Mancerii.

Non proposita cum sequentibus.

CIVITATEN. JURIS MULCTANDI. Proposita fuit hæc causa, & definita in Congregatione habita die 3. Decembris anni 1735. sed cum interim tranfactum fuisset inter Episcopum, & capitulum, & post transactionem mortem obiisset Episcopus, novus, qui in illius locum suffectus fuerat Episcopus transactionem illam observare noluit, tum quia confirmata, & probata non fuerat a Summo Pontifice, tum quia rem definiverant amplissimi Patres, quorum definitionem Summus Pontifex authoritate sua confirmaverat. Ad novum itaque Eminentissimorum Patrum Judicium res delata fuit, & nova quæstio validitatis transactionis expressa fuit in folio Congregationis habitæ die 4. Martii anni 1744. quod in lucem hominum editum est *Vol.XIII. Thes. Res. Sac. Cong. p.82.* Non potuit ea die causa proponi, sed proposita fuit in altera Congregatione habita die 28. ejusdem mensis, & anni, placuitque Eminentissimis Patribus respondere „ Concordiam anni 1735. non esse servandam, & proponatur „ Dubium in alia Congregatione; An sit standum, vel recedendum a „ decisis, ut in eodem *Vol. Thes. p.90. & seq.*; Sic itaque resoluta transactione, factaque partibus potestate jura sua proponendi, in novam veniunt disputationem quatuor Dubia, quæ proposita, & definita fuerant in Congregatione habita die 3. Decembris anni 1735. Dubia vero illa hæc erant. *Sess. 24. c.2. Sess.25. c.6. de Ref.*

I. An capitulo competat jus mulctandi capitulares, cæterosque Ecclesiæ Ministros nedum pro levibus, sed etiam pro gravibus excessibus.

II. An pro excessibus in choro, aula capitulari, & Ecclesia dumtaxat, vel etiam extra ommissis.

III. An mulctis pecuniariis tantum, & in qua summa?

IV. An

IV. An & quomodo mulcta per capitulum impoſita competat appellatio ad Epiſcopum in caſu &c.

Reſponſa hæc fuerant Ampliſſimorum Patrum.

Ad primum affirmative quoad primam partem, negative quoad ſecundam. Ad ſecundum competere pro levibus exceſſibus etiam extra chorum & Eccleſiam commiſſis in functionibus tam n Eccleſiaſticis tantum, in quibus capitulum procedit ſub cruce. Ad tertium affirmative in mulctis pecuniariis tantum, nempe duorum, vel quatuor, & ad ſummam ſex ducatorum juxta caſus, ita tamen ut mulcta erogetur in uſus pios. Ad quartum affirmative ad utrumque effectum.

Cum igitur cauſa nunc proponatur, poterunt Eminentiſſimi Patres folium illud Congregationis diei 3. Decembris anni 1735. quod ed tum eſt *Vol. 7. Theſ. Reſ. Sac. Congr. pag.* 163. oculis iterum ſubjicere, ut decernere poſſint.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.

EUGUBINA PRÆFECTURÆ CHORI. Quæ toties in foliis data toties propoſita Cauſa hæc fuit, redit nunc ad judicium Patrum ampliſſimorum, qui in Congregatione habita die 18. tranſacti menſis Septembris reſponderunt „ Dilata & examinentur ſormiter teſtes producti a prepoſito „: Repetita igitur lectione ſoliorum omnium hujus cauſæ, quæ numerata fuerunt in illo Congregationis diei 17. tranſacti menſis Julii reſpondere poterunt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Seſſ. 21. c. 4. de ref.

PRÆNESTINA CONTRIBUTIONIS. In viſitatione acta ab Eminentiſsimo Epiſcopo Præneſtino anno 1742. in Oppido Paliani oblatus illi fuit libellus, quo petebatur, ut duo adjungerentur Parocho, ſive præpoſito Sacerdotes coadjutores, qui ei opem ferrent in exercenda cura animarum, cum ob auctum Populi numerum, ſatis non eſſet opera Parochi ad Eccleſiaſtica Sacramenta populo miniſtranda. Viſum eſt Eminentiſsimo Epiſcopo conſtare ſatis de neceſsitate coadjutorum, & quæſitum inde fuit de ratione, qua poſſet illis ſtipendium præſtari; præpoſitus enim negabat pares huic rei ſibi vires eſſe, cum vix ſalvam haberet congruam portionem alimentariam. Capitulum collegiatæ eccleſiæ S. Andreæ prævio collegio, in quo affuit & Jo. Baptiſta Doraſcentius præpoſitus, & ejus patruus obtulit ſub proteſtatione tamen quatuor Canonicorum bona quædam illi relicta a pio teſtatore, quæ redditum præſtabant quindecim ſcutor. ſingulis annis: Præpoſitus vero, qui curam habet adnexam populi univerſi, aſſignavit annua ſcuta 25., quibus ſummis conjunctis, unuſquiſque coadjutor annuo ſcut. 20. frui poterat compendio.

Rebus, ita compoſitis, populi nomine oblatæ fuerunt preces Sacro huic Tribunali, quibus petebatur erectio duarum coadjutoriarum. Eminentiſſimi Patres, audito ut par erat Eminentiſsimo Epiſcopo, die 18. Maii 1743. reſcripſerunt „ Pro approbatione arbitrio Eminentiſsimi Epiſcopi, & juxta conventionem „; ideoque die prima Junii ejuſdem anni decreta fuit a Vicario Generali Præneſtino illarum erectio, ut conventum fuerat ex bonis nempe capituli, & propoſiti. Exequi tamen decretum non potuit obſiſtente capitulo, a quo conſenſus pridem datus uti illegitimus, informis, & nullus revocatus fuit, atque ad exequutionem decreti præpediendam oblatæ fuerunt ab eodem capitulo preces ampliſsimis Patribus, a quibus iterum rogatus fuit de ſententia animi ſui Eminentiſsimus Epiſcopus,

copus, qui ſecundum præpoſitum reſpondit; ideoque nunc duo a capitulo definienda proponuntur Sacro Senatui capita, quæ controverſiam omnem complectuntur.

Primo capite diſputat capitulum nullam, atque invalidam eſſe bonorum adſignationem, quod Parochi onus ſit curam animarum per ſe ipſum exercendi, atque eo tantum caſu alios ſibi adjungere poſſe Sacerdotes ſive coadiutores, quo neceſsitas poſtulet, eoque caſu ſtipendium iis ſolvi debere e redditibus parochiæ, quod adjuncto in Parochi dumtaxat commodum vertatur; cum itaque præpoſitus habeat curam animarum poſtulare rationem juris, ut coadjutoribus, quos ſibi dari cupit, ſtipendium ipſe ſolvat redditibus ſuis, præſertim cum redditus parochiæ ſatis ampli ſint, eoque etiam ſtipendio ſubducto, ſuperſit congrua portio aureorum centum; Atque hanc eſſe cauſam, ob quam præpoſiti alii prædeceſſores propria pecunia Sacerdotum coadjutorum operam conduxerunt, ſi quando ratione morbi, & malæ valetudinis iis indigebant, cum enim bene valerent, mercenariis his uti numquam viſum eſt, quod nulla urgeret vehemens cauſa; ſunt enim Patres Cappuccini, ſunt Sacerdotes Cappellani Sodalitii B. M. Succurſus, ſunt & cappellani duo, quos vocant Ducales, qui in Collegiata Eccleſia D. Andreæ confeſsionibus excipiendis frequentes adſunt: Fruſtra itaque cogi capitulum ad bonorum adſignationem, ut ut coadjutores habeat præpoſitus, qui eis carere poteſt, & ſi nolit carere, ſua pecunia, non aliena ſolvere debet; Bona qui pe Capituli alienari, & in coadjutoriam transferri neſas eſſe, nulla ejuſdem utilitate, ut omnibus compertum eſt; ideoque voluntariam illam bonorum oblationem ab illegitimo collegio factam, & in quo Canonici conditionem adjecerunt, ſi in facultate eorum eſſet, quam profecto non habebant, bona capituli diſtrahendi, uti nullam & injuſtam non eſſe probandam.

At ſi adſignatio illa ampliſsimis Patribus juſta, legitimaque videatur, poſtulat capitulum altero capite, ut ei tribuatur facultas eligendi, & removendi unum ex coadjutoribus; æquum enim eſſe, ut cujus pecuniâ erigitur beneficium ſive coadjutoria, ejus ſit prærogativa, & jus nominandi, ac removendi. Videant igitur Eminentiſsimi Patres expenſis his, quæ collegimus e libello Jurium capituli, nam a præpoſito nihil hactenus habuimus, qua juris ratione definienda ſint duo capita.

I. An adſignatio bonorum Capitularium ſubſtineatur in vim conventionis in caſu &c. *& quatenus affirmative.*

II. An Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ terræ Paliani competat jus deputandi, & removendi unum ex coadjutotibus in caſu &c.

PUTEOLANA ERECTIONIS THESAVRARIATVS. Ad redintegrandam erectionem Theſaurariatus, & Archiaccolytatus legitime factam anno 1477. a Petro Azzia ea tempeſtate Epiſcopo Puteolano, qua dignitates, ignoratur, qua ratione aboletæ fuerint, Antonius Horatius Frautus, & Bernardinus Conſtantius dotem obtulerunt ducatorum 12. monetæ Regni Neapolis pro qualibet earum, reſervato ſibi ipſis Jure nominandi prima vice tantum, adiectoque onere futuris earumdem dignitatum poſſeſſoribus præſtandi tum nominatoribus, tum eorumdem hæredibus facem ceream dimidiæ libræ. Re ad Epiſcopum delata, viſum eſt capituli conſenſum exquirere, quo negato optimum eſſe putarunt duo fundatores Sacratiſsimum Principem noſtrum libello adire, a quo negocii cognitio data fuit ampliſsimis Patribus. Audito nunc itaque Epiſcopo poſtulat capitulum cauſa contra Frautum definiri, Conſtantio enim ſententiam ſuam mutare placuit, & Frautus contra dotem Theſaurariatus auxit ad

Sess. 24. c. 12. de Ref.

ducatos quindecim, ejusque exemplo Episcopus e juribus funerum, quæ ad eum pertinent, separavit obulos quinque, quos eidem Dignitati erigendæ adsignavit: Hinc una tantum disputatio est de erectione Thesaurariatus, quam capitulum his potissimum rationibus impugnat.

Prima est tenuem nimis esse dotis quantitatem, quæ summam efficit annuorum ducatorum unde viginti, qui impares omnino sunt oneribus a Thesaurario ferendis, cum in Civitate Puteolis Neapoli proxima melioribus vestibus incedere debeant Canonici, qui insignibus cappæ magnæ, & Rocchetti utuntur, facultate habita anno 1702. ab amplissimo S. R. E. Cardinali Barberinio, dum ad Serenissimum Regem Philippum V. Sanctæ Sedis Apostolicæ Legati a latere munus obiret. Accedit Frauti Patrimonium ære alieno pressum esse, ut difficile futurum sit summam ducatorum 15. educi ex eo libere posse; ne igitur dignitatis erectio in dedecus, quam in augmentum cedat divini cultus, optimum esse eam non probare etsi in eadem Ecclesia aliæ sint Dignitates, quæ congrua dote carent, cum nunc agatur non de erecta, sed de erigenda Dignitate, ideoque non exemplis, sed recta juris censura res judicari debeat. Altera ratio est Canonicos, aliosque Ecclesiæ ministros plurimos esse, qui Choro interfunt, sacrisque solemniis præsto sunt in Cathedrali Ecclesia, & vigesimum octavum numerum implent, ut aliorum opera non fit necessaria.

Præterea ex hac erectione alias oriri quæstiones, quæ Chori servitium, & præcedentiam respiciunt, de quibus nunc etiam agitur aliis duobus capitibus; Contendit enim Capitulum teneri Thesaurarium quotidie interesse, quod, cum custodis officium exerceat, perpetuam præstare debeat præsentiam, nulla contraria lege, aut consuetudine obstante, idque etiamsi nullos e quotidianis distributionibus fructus accipiat, ut præ aliis monent *Fagn. in cap. cum omnes n.25. & 26. de Constitut. & in cap. licet nobis n.39. & 40. de Præbend. & Argni. Discept. Eccl. Vol.2. lil.6. discept.21. n.13.*; Ultimum quoque post Canonicos locum Thesaurario adsignandum, esse Capitulum contendit, quod posterior sit ejusdem Dignitatis institutio, & improprie Dignitas vocetur, cum vere officii nomen sit, & consequenter exemplo Cantoratus, quæ Dignitas quoque impropria appellatur, cujusque sedes est post omnes Ecclesiæ Cathedralis Canonicos, ultimus locus novo Thesaurario dari debeat.

Hæc habet Capitulum: quid contra ferat Frautus ignoramus, nondum enim Jura sua libello complexus est: Dubia vero, quæ proponuntur. hæc sunt.

I. An sit locus erectioni Dignitatis Thesaurariatus, *& quatenus affirmative.*

II. An teneatur præstare servitium quotidianum, vel potius in diebus solemnioribus, & Dominicis, ac Festis de Præcepto.

III. An idem Thesaurarius indutus habitu chorali debeat sedere in Choro ante omnes Canonicos, vel potius post omnes de Capitulo in casu &c.

Die

Die Sabbathi 18. Decembris 1745.

IN ultima Ampliſſimi hujus Ordinis Congregatione, quæ habita fuit die 4. hujus Menſis, Quinque Cauſæ proponi non potuerunt: Sed quoniam placuit Poſtulatoribus Cauſæ CIVITATEN. JURIS MULCTANDI eam communi conſenſu ad aliam Congregationem differre, quatuor ideo tantum cauſas ſubjicimus, quæ ſuperfuerunt ex folio illius Congregationis, ut, eo iterum perſpecto, ab Eminentiſſims Patribus definiantur.

BITECTEN. BENEFICII, cujus duo ſunt capita. *Seſſ. 14. c. 11. de ref.*

I. An Collatio Beneficii Jure devoluto facta ad favorem Clerici Rocchi Arena ſubſtineatur in caſu &c. *& quatenus negativè.*

I. An ſit conſulendum Sanctiſsimo pro diſpenſatione favore Fr. Hiacynthi Maucerii.

Ad primum negative, & amplius. Ad ſecundum affirmative.

EVGVBINA PRÆFECTVRÆ CHORI, in qua quæritur. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

An ſit ſtandum vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & examinentur formiter teſtes tam inducti, quam inducendi a præpoſito ſalvis exceptionibus, & proponatur in prima poſt Cineres.

PRÆNESTINA CONTRIBVTIONIS, cujus duo dubia ſunt. *Seſſ. 21. c. 4. de Ref.*

I. An aſſignatio bonorum Capitularium ſubſtineatur in vim conventionis in caſu &c. *& quatenus affirmative.*

II. An Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ terræ Paliani competat jus deputandi, & removendi unum ex coadjutotibus in caſu &c.

Ad primum Affirmative, & amplius. Ad ſecundum Negative, & amplius.

PUTEOLANA ERECTIONIS THESAVRARIATVS, in qua tria hæc dubia diſputantur. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

I. An ſit locus erectioni Dignitatis Theſaurariatus, *& quatenus affirmative.*

II. An teneatur præſtare ſervitium quotidianum, vel potius in diebus ſolemnioribus, & Dominicis, ac Feſtis de Præcepto.

III. An idem Theſaurarius indutus habitu chorali debeat ſedere in Choro ante omnes Canonicos, vel potius poſt omnes de Capitulo in caſu &c.

Ad primum negative. Ad ſecundum, & tertium proviſum in primo.

Sess.24.ca.1. de ref. Mat. GRANATEN. MATRIMONII. Pluries hæc causa proposita fuit in Hoc Sacro Tribunali, & primum quidem in congregatione habita die 28. Septembris anni 1743. ut ex Folio, quod in lucem hominum editum fuit *Vol.XLI. Thesaur. Resolnt. Sacr. Congr. p.169.* & a quo omnis hujus causæ species repeti debet; Rescripserunt ea die amplissimi Patres -- Dilata, & proponatur citatis interesse habentibus -- Impleto itaque hoc decreto proposita iterum hæc causa fuit in Congregatione habita die 14. Martii anni 1644 ut in eodem *Thesaur. Resol. Vol 13 pag.77.* responsum vero fuit ab Eminentissimis Patribus -- Dilata -- Tertio proposita est in Congregatione diei 27. Junii ejusdem anni, ut in eodem *Vol.13 Thesur. pag 134.* & responsum accepit -- Dilata & scribat Defensor primi matrimonii -- Data demum fuit in Folio Congregationis habitæ die 8. Augusti ejusdem anni, ut in dicto *Vol.13. Thesaur. pag.152.* sed causa ea die proposita non fuit: Proponitur nunc iterum, & ideo poterunt amplissimi Patres, inspecto iterum solio Congregationis diei 28. Septembris anni 1743. quod extat, ut diximus *Vol.12. Thesaur. pag.164.* perpensisque suribus, quæ hinc inde proponuntur, respondere.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Non constare de nullitate primi Matrimonii.

Sess.23. c.18. de ref. CIVITATIS CASTELLANÆ UNIONIS, SEU APPLICATIONIS, ET COMMUTATIONIS. Redit ad novum Judicium Sacri hujus Tribunalis hæc causa, quæ proposita in Congregatione habita die 18. transacti mensis Septembris, paribus Eminentissimorum Patrum distracta suffragiis definita non fuit, & responsum accepit -- *Iterum proponatur*-- Rogantur itaque Patres amplissimi, ut solium illius Congregationis iterum oculis subjiciant, ut respondere possint.

An sit staudum vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata.

Sess.24.c.12. de ref. URBANIEN. INSCRIPTIONIS. Disputatio hujus causæ est de nomine: Signum Capituli cathedralis Ecclesiæ Urbaniæ, quo idem Capitulum utitur ab anno 1677 ad nostra hæc tempora, hanc habet in orbem scriptam epigraphen PRÆPOSITUS, DIGNITATES, ET CANONICI: eademque verba insculpta sunt in marmoreo monimento, quod grati animi causa anno 1727. Urbano VIII. Pontifici Optimo Maximo in eadem Ecclesia Cathedrali idem capitulum pridem extruxerat. hæc duo monimenta animum dederunt Hostilio Savinio, qui nunc Præpositi dignitatem obtinet; ut contenderet in omnibus capitularibus actibus hac inscriptione esse utendum, perpetuaque solemni formula in quolibet actu non capituli, & canonicorum, aut dignitatum & canonicorum, ut hactenus fieri suevit, nomen esse inscribendum, sed idem semper esse carmen canendum Præpositus, Dignitates, & Canonici. Renuit capitulum eadem semper inflare Tibias, ut ad Judicium amplissimorum Patrum dilata fuit isthæc controversia, quæ nunc, audito jam, ut moris est, Episcopo, rite rectèque proponitur definienda.

Ait Capitulum, a quo dumtaxa libellum jurium habuimus, inscriptionem illam. qua utendum esse contendit Præpositus, cum præferat Præpositi nomen distinctum a collativo nomine Capituli, monstrare; & designare præstantiam, eminentiam, & superioritatem, quarum nullam habet

Præ-

Præpositus, qui, cum sit prima dignitas Capituli, non præstat cæteris, neque alios supereminet, sed primus tantum est inter plures, atque ob id collectivo Capituli nomine, quod omnes ejus partes, quibus componitur, complectitur, utendum esse, cujus corporis pars est Præpositus, sit licet pars prima: nihilque obesse quidquid actum fuerit anteacto tempore, tum quia numero plures sunt contrarii capitulares actus, tum quia hi, qui a Præposito proponuntur, facultativi sunt, ut consequens sit nullum Jus acquiri ex iis potuisse Præposito, nisi probetur vetitum fuisse Capitulo, ne diversa inscriptione uteretur, & Capitulum nihil excepisse, patientiaque sua probasse, & confirmasse, quod vetabant Præpositi; nullam prohibitionis, nullam patientiæ hujus probationem proponi, ut qui nunc sunt Canonici, adstringi nequeant veterum facto, quorum patientia signum Capitulare cum adjuncta in orbem inscriptione factum fuit, nec posse eam inscriptionem, quæ indulgentia Capituli permissa fuit in signo, jus hoc tribuere Præposito, ut eadem semper in quolibet actu utendum sit, cum in hac, in qua versamur materia, nequeat argui ad alium actum, nec unus porrigi ad alios actus, sed spectanda tantum sit possessio ejus Juris, in qua quisque est. Denique id ipsum servari in vicinis aliis cathedralibus Ecclesiis, & præsertim in Metropolitana Urbini, a qua normam, regulamque accipiunt Ecclesiæ suffraganeæ, qualis hæc est Urbaniæ. Videant igitur, his aliisque perpensis, qua Juris ratione respondere debeant amplissimi Patres, ut definiant.

An & quomado fieri debeat intitulatio in Actibus Capitularibus tam in Inscriptionibus, quam in inscriptionibus, & signo in casu &c.

Iuscriptiones faciendas esse: Præpositus, Dignitates, & Canonici.

URBEVETANA MISSÆ PAROCHIALIS. Vt Sacrum pro populo, quod anteacto tempore negligebatur in Cathedrali Ecclesia Vrbevetana, deinceps ageretur, optimo duxit Episcopus ad id urgere Capitulum, & quamvis Canonici, qui Archipresbytero onus hoc implendum esse putabant, metu pœnarum obtemperassent, id tamen agerunt emissa semper protestatione; ideoque ad rem finiendam satius esse putarunt amplissimum hunc Ordinem adire, & nunc audito jam, ut fieri solet, Episcopo, qui disertissima respondit Epistola, controversiæ definitionem expectant. Contendunt itaque Archipresbyterum, qui Parochi Officium substinet, teneri Sacrum pro populo Festis diebus agere, idque etiam si cura tantum actualis penes eum sit (uti plurimis probationibus curam tantum actualem apud Archipresbiterum esse monstrat Capitulum) uti aperte definitum est a Sanctissimo Principe nostro in *Constitutione cum semper*. §. *Cum enim*, quæ in lucem hominum edita fuit *Vol. XIII. Thesauri Resol. Sacr. Congreg. pag.* 221. Vnde arguunt Archipresbyterum non posse Sacri hujus stipendium petere, atque accipere vel a Capitulo, vel a Massa distributionum, alias nullum hoc casu Archipresbyter ferret onus, quod implere ipse teneretur, cum ratione onerum, quæ fert, & ferre debet, distincta atque uberiori ceteris canonicis Præbenda potiatur, & omnes curæ obventiones, & Decimarum compendia lucrifaciat: Idcirco ubi Sacrum hoc agant ejus coadiutores, postulare rationem Juris, ut ab Archipresbytero, qui eos eligit, debitum ipsis solvatur stipendium sua, non aliena, sive capitulari pecunia: adjumentum enim, quod illi præstant, in utilitatem & commodum cedit dumtaxat Archipresbyteri, qui per se ipsum omnia agere teneretur.

Sess. 22. dec. de obs. Fevit. in celeb. Miss.

Cætera, quæ in libello capituli latissime proponunrur, excipere noluimus,

mus, ne folium nimis excrefcat: Jura Archipresbyteri ignoramus, nondum enim ea nobis tradidit: Ejus vero coadjutores feu Vicarii, qui nona Capitulo, fed ab Archipresbytero in Judicium vocati fuerunt, immunes declarari poftulant ab hoc onere ferendo, quod nutu amovibiles fint, tenuique annuo ftipendio fcutorum quindecim conducti alieno nomine parochialia agant Officia. Petunt itaque, ut authoritate Sacri hujus Senatus folvatur eis Sacrorum pro populo agendorum elcemofyna ex maffa diftributionum, uti fieri ajunt a Canonicis pro Sacro Conventuali, & definivit hic ampliffimus Ordo in caufa *Ferrarien.* die 18. Martii anni 1719. ad feptimum dubium: Omnibus igitur expenfis pertinet ad fplendidiffimos Patres tria, quæ fequuntur, controverfiæ capita definire.

I. *An Miffa Parochialis fit celebranda per Turnum a Capitulo Ecclefiæ Cathedralis Urbevetanæ, feu potius ab Archipresbytero, vel a Vicariis amovibilibus*, & quatenus affirmative quoad fecundam, vel tertiam partem.

II. *An Archipresbytero fit folvendam eleemofyna a Capitulo, aut Vicariis fit folvenda ab Archipresbytero, vel a Capitulo*, & quatenus affirmative vel quoad primam, vel quoad tertiam partem.

III. *An Eleemofyna defumenda fit ex Maffa diftributionum in cafu &c.*

Ad primum negative ad primam partem, quoad fecundam, & tertiam Miffas effe celebrandas per Archipresbyterum, five pro eo per Vicarios, & amplius. Ad fecundum negative ad primam partem, & quoad fecundam eleemofynam effe folvendam Vicariis ab Archipresbytero, & amplius. Ad tertium provifum in præcedenti, & amplius.

Sefs.22.c.3. Sefs.24.c.12. de ref.

SAVONEN. DISTRIBVTIONVM. Podagræ morbo detentus Franciscus Xaverius Picconius Savonenfis Eccleſiæ Canonicus, licet octo ab hinc annis choro intereffe ftatis horis non potuiffet, quotidianas tamen diftributiones perpetuo accepit, ac fi veram præftitiffet præfentiam, idque permiffu univerfi Canonicorum Collegii: At inde vifum eft Canonicis quibufdam indulgentiam hanc divino cultui, & Functionibus Eccleſiaſticis detrimenti nimium inferre, & ideo diftributionum extraordinarium, & ut vocant Fallentiarum compendium, quo dumtaxat, qui interfunt, fruuntur, Picconio negarunt. Graviter hoc tulit Picconius, qui ob id ad Ampliffimos Patres confugit, auditoque Epifcopo, qui duo capitularium refponfa epiftolæ fuæ adjunxit, caufa nunc definienda proponitur.

Ait Picconius; Infirmos, morboque, aut vitio corporis detentos abfentium pœnas, quæ contra eos, qui bene valent, impofitæ funt, ferre iniquum effe, ideoque Sacris Canonum Decretis conftitutum fuiffe reputandos eos effe uti præfentes, ut lucrifacere poffint diftributionum compendia, idque five res fit de iis diftributionibus, quæ tribuuntur illis, qui vere interfunt, five res fit de aliis, quæ ob canonicorum benevalentium abfentiam præfentibus accrefcunt, quod ficta illa a jure præfentia, quam præftat canonicus infirmus, idem operari debeat ac vera ex regula Juris; quæ vult eumdem effe effectum fictionis in cafu ficto, qui eft veritatis in cafu vero, & quod abfentis portio non perfonæ, quæ præfens eft, fed portioni accedat, quæ fuit *Fagnani* Juriſprudentia *in Capitulo Cum percuſſio num.29. de Cleric. agrot.* Addit, longo in hac cathedrali Eccleſia uſu comprobatam effe conſuetudinem, ut canonici vitio, morbove

ve præpediti participes sint omnium distributionum, atque obventionum, uti illas percipiunt vere præsentes, ideoque cum ipse morbo prematur, ut testificationem faciunt Medicus, & Episcopus, qui etiam de assiduo ejus servitio Ecclesiæ præstito ante morbum contractum diserte testatur, nihil proponi, cur distributionibus extraordinariis, aliisque obventionibus privari debeat.

Hæc Picconius: contra sex Canonici, cæteri namque Picconio favent, ut colligimus ex libello ad Episcopum dato urgent consuetudinem illam, quæ si adesset a Jure improbaretur, ut differit *Scarfan. ad Ceccoper. Lucubr. Canon. lib. 2. tit. 10. num. 5. & seq.* non probari a Picconio, imo duobus exemplis exceptis e libris annalium computationum monstrari: Frustra vero eum contendere, debitas sibi distributiones omnes rationibus & argumentis, quæ Juris dispositioni, & ipsi æquitati adversantur, & rectissime definitum fuit a Sacræ Rotæ Auditorio *decis. 117. num. 13. & seq. par. 9. tom. 1. Recen.* Contrariis igitur hisce Juribus probe, ut solent, perpensis, quod sequitur controversiæ caput ab Eminentissimis Patribus definiendum est.

An Canonicus Picconi tempore infirmitatis participare valeat de omnibus Distributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, ac quibuscumque aliis emolumentis, & obventionibus, prout participant cæteri Canonici intereſſentes in casu &c.

Affirmative exceptis iis, qua sive ex voluntate Testatoris, sive ex statuto, & consuetudine Ecclesiæ debentur tantum actu interessentibus.

AD

AD LECTOREM.

CUM in Causa *Policastren. Parochialis*, quæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 28. *Augusti* pag. 55. & definita in *Congregatione* habita *die* 18. *Septembris* pag. 59. agatur de forma servanda in Concursibus Ecclesiarum Parochialium optimum visum est hic adijcere Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi hac de re latam die 14. Decembris 1742. qua confirmavit Decreta Sacr. Congregationis, ut in Epistola eidem Constitutioni adjecta: his utere Amice Lector, & Vale.

Ve-

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ven. Fratres, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM illud ſemper plurimum formidaverit Eccleſia Catholica, ne indignis quibuſque, & extra Sacerdotale meritum conſtitutis cura animarum, & Dominici gregis cuſtodia crederetur; quia totius Familiæ ſtatus, & ordonutat, ſi quod requiritur in corpore, non inveniturin capite: Hinc Canonicis Sanctionibus, ac præſertim Sanctæ Tridentinæ Synodi Decretis provide conſultum eſt, regimen Eccleſiarum Parochialium iis eſſe committendum, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis ad perfectiores annos per diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtipendia ita cucurriſſet, ut de illorum ſupra alios provectione, ac potiori doctrinæ, morum, ac diuturni laboris ſuffragio nefas eſſet dubitare. Quia vero pernicioſa apud plurimos opinio ſenſim invaluit, Tridentini Decretis non præſcriptam eſſe Dignoris electionem; ſed caveri tantummodo, ne indignis Eccleſiæ Parochiales, aliaque Beneficia, quibus cura imminet animarum, conferrentur: San. mem. Innocentius XI. Prædeceſſor noſter erroneam doctrinam a vera, & ſincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, & edocuit, quam prudens, ac diligens eſſe debeat Paſtoralis Officii diſpenſatio,

Ad tramites idcirco ejuſdem S. Synodi uſu receptum eſt, occurrente Parochialis Eccleſiæ vacatione, quæ libere ab Ordinario conferenda ſit, Concurſum inſtitui, ut habita in eo de cujuslibet ætate, moribus, doctrina, & ſufficientia, ſolerti inquiſitione, Epiſcopus eligat quem cæteris magis idoneum judicaverit.

At, quia contingere quandoque poteſt, quod favore, vel gratia, vel minus æquo judicio minus Digni Dignioribus præponantur ſan. memor. Pius V. noſter Prædeceſſor, ne quid in hujuſmodi electione eſſet inordinatum, atque præpoſterum, edita ſaluberrima Conſtitutione licere voluit injuſte in concurſu rejectis, interpoſita ad Metropolitanum, vel Epiſcopum viciniorem, vel Sedem quandoque Apoſtolicam appellatione, Præelectum ad novum examen provocare, & Eccleſiam alteri non rite collatam, novo facto meritorum periculo, ſi ita jus eſſet, vindicare. Et ne frivolæ appellationis diffugio locus eſſet, provide ibidem cautum eſt, dictæ appellationi in devolutivo tantum deferri oportere, non ſuſpenſa, aut quoquo modo retardata Præelecto ab Ordinario Parochialis Eccleſiæ poſſeſſione.

Consultissimæ hujusmodi leges eum in finem institutæ, ne in tanti momenti re imperiti magistris, novi antiquis, rudes præferantur emeritis, violatæ sunt hominum fraude, & malitia, ipsa medela vulnus exasperantium. Sæpissime enim rejecti ab Ordinario dictæ Constitutionis obtentu in vocem Appellationis facile prorumpere, & minus legitima concurrente causa electus ab Episcopo ad novum examen provocare consueverant; illosque præterea relicta Gregis, & Ecclesiæ custodia longum iter arripere, & diuturni laboris, temporis, & pecuniæ impensa exhaustos, litem in secunda, & tertia, & ulteriori quandoque instantia sustinere cogebant.

Quin etiam experientia compertum est, magno justitiæ detrimento litem ipsam absolvi. Quandoquidem ii, qui examini se subjecerant, atque in primævo concursu utpote legitimarum institutionum nescii rejecti fuerant, longa postmodum decurrente lite, sedulam literis ex industria navantes operam, præferri aliis merebantur, & acerbe succensebant Episcopo, judici quidem adeptæ, non autem adipiscendæ peritiæ, per injuriam se fuisse rejectos.

Hinc apud bene moratos homines, & justitiæ vindices, frequens querelarum occasio, quibus sedandis cum Congregatio Concilii Tridentini Interpres omne studium, diligentiamque conferret: Nobis, qui Secretarii munere fungebamur, mandatum est, ut sermone, typis postea vulgato, rem sedulo expendere, ingruentis mali originem, & apta eidem avertendo remedia investigare pro viribus niteremur. Sensus hac de re Nostros explicantes, vitio potissimum laborare comperuimus praxim examinis oretenus habiti, nec scriptis consignati: Electi siquidem ad curam animarum ab Ordinario Collatore, & ad iteratum examen coram alio Judice provocati, jus legitimæ Collationis tueri non poterant certo, ac permanenti testimonio jam probatæ idoneitatis; sed a novi examinis alea, subeunda coram Judice appellationis gestarum rerum prorsus ignaro, tota res pendere videbatur. Quocirca gravi Justitiæ detrimento recepta in Foro erat opinio, provocari posse ad alium Judicem, nullo exhibito indebitæ rejectionis documento. Quod quidem cum a Sacrorum Canonum censura longius aberraret, facile huic corruptelæ occurri posse consuimus, si certa primum, & apte disposita habendi examinis forma præscriberetur; si quæstiones examinatis propositæ, & consentaneæ illorum responsiones, totaque rei gestæ series in scriptis redigeretur; & si acta demum totius concursus ad Judicem appellationis integra asportarentur.

Inita a Nobis consilii ratio non solum arrisit Congregationi, illam die 16. Novembr. 1720. ratam habenti; Sed etiam Pontificii judicii accessione roborata fuit a Clemente XI. ecclesiasticæ disciplinæ vindice, & assertore eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia filiali, quo par erat, obsequio, & diligentia exequerentur: iis datæ sunt die 10. Januarii 1721. opportunæ literæ nostro calamo exaratæ, ejusdemque Pontificis sensu & oraculo comprobatæ, quarum tenorem etsi alias prælo commissum, & insertum in Bullario dicti Clementis Prædecessoris nostri, congrue hic duximus referendum,

Re-

Quo Parochiales Eccleſiæ dignoribus perſonis gubernandæ traderentur, ſtatuit, ut notum eſt. Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ.24. cap.18. ut, vacante Eccleſia Parochiali, indiceretur, & fieret concurſus; ac poſtquam concurrentes ab Epiſcopo, vel ejus Vicario Generali, atque ab Examinatoribus Synodalibus ſaltem tribus, examinati, & approbati eſſent, Epiſcopus eum eligeret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliiſque rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam neceſſariis, & opportunis, digniorem cæteris, magiſque idoneum judicaret. Adjecitque ad hanc Concilii Sanctionem validius confirmandam, re, & nomine Sanctiſſimus Pontifex Pius V. quod, ſi unquam Epiſcopus minus habilem, poſtpoſitis magis idoneis, elegiſſet, poſſent ii, qui rejecti eſſent, a mala ejuſmodi electione ad Metropolitanum, vel, ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apoſtolicæ Delegatum, vel alias ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipſo appellationis Judice, & ejus Examinatoribus provocare: ea tamen cautione, ut appellatio non in ſuſpenſivo, ſed in devolutivo eſſe deberet: quemadmodum in ejus Conſtitutione, quæ trigeſima tertia eſt, latius cavetur: concludendo, quod, conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis Eccleſia magis idoneo conferatur.

Cum autem neque Concilii Decreto, neque Pontificis Bulla examinis in concurſu peragendi forma, ſeu methodus ulla certa, ac peculiaris ſervanda proponatur; difficile dictu eſt, quanta examinum, aliorum alibi, diverſitas extiterit, atque hic occaſio querelarum. Nam alibi, cum non eædem omnibus Quæſtiones, non iidem caſus propoſiti fuiſſent: erant identidem, qui, vel in judicio, vel extra conquerentur, ſibi quidem poſtpoſitis difficiliores, præelecto autem faciliores ad ſolvendum Quæſtiones obtigiſſe. Alibi vero eædem quidem omnibus Quæſtiones propoſitæ fuerunt, ſed neque hæ, neque datæ a concurrentibus reſponſiones ſcripto, ſeu literis conſignabantur. Cumque poſtmodum, nec raro contingeret, ut è poſtpoſitis quiſpiam jure Bullæ ſupradictæ, novum ad examen coram Judice Appellationis, ejuſque examinatoribus electum provocaret: Sacra Congregatio uſque ab anno 1603. conſiderans gravamen non alia ratione, quam novo examine probari poſſe; provocationem ad novum examen cenſuit admittendam, gravamine nec dum probato, & requiſitis tantummodo probationibus in ſubſequenti judicio, in quo, probato per novum examen appellantis gravamine quoad doctrinam, probanda ſupereſt ejuſdem præ jam electo in reliquis ad regendam Eccleſiam requiſitis præſtantia, ut de majori alterutrius ad Parochialis Eccleſiæ gubernium idoneitate ſententia ferri poſſit; cum non continuo, ſi quis eſt doctior, is etiam aptior, ſeu magis idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam habendus ſit. Quam Sacræ Congregationis ſententiam Scriptores, & Tribunalia laudarunt. Aliis demum in Diœceſibus laudabilis, invaluit conſuetudo, ut eædem omnibus Quæſtiones, iidemque caſus proponantur; ac (ne qua detur anſa Cancellario quidquam ſuo marte addendi, minuendi, mutandi) ut ipſimet concurrentes, quæ interrogati fuerint, quæque reſponderint, ſua manu perſcribant. Atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenuere; Sacræ deinde Congregationi etiam, atque etiam conſiderandum, reliquerunt, his, qui ſic examinati

essent, atque postpositi, imposterum, ut solent, appellantibus, indulgenda nec ne statim electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis prærequisita probatione, videretur; cum isti ex actis primi examinis gravamen Doctrinæ facile alioquin probare possent; quod alii aliter nimirum examinati probare, nisi secundo, seu novo examine non poterant. Nec defuere alii probitatis, ac peritiæ in administrandis diu Ecclesiis laude præstantes, qui monerent, frenum aliquod hujusmodi appellantium licentiæ tandem injiciendum, eorumque jam nimis crebras novum ad examen provocationes esse reprimendas; quippe quæ vix unquam sine magno Ecclesiarum damno contingunt. Nam cum novum examen coram Judice appellationis longè procul a Parochia peragendum sit; Electus ab Episcopo, qui provocatur, Parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere, eamque œconomo, vel Vicario copiam, veluti sponsam ignotis custodibus, relinquere, sponso non parumper, sed diu sanè abfuturo; dum nempe, implicita, ut fit, lite, terna etiam, vel quaterna, alia ex aliis, examina super præstantia primum doctrinæ, tum deinde aliorum, quæ ad integrandam idoneitatem opportuna sunt, contentiosè multiplicentur, & commodè, ne dicam otiosè, transigantur, antequam deliberari possit utri concurrentium Parochia sit adjudicanda.

Ad tollendam ejusmodi non minus querelarum, quam incommodorum occasionem, Sacra Congr. Concilii Tridentini Interpres, postquam rem omnem à capite repetitam in gemina sessione 1. Octobris, & 16. Novembris 1720. summo studio recognovit, tandem, Sanctissimo etiam annuente, statuit (quod per præsentes Literas encyclicas exequitur) omnes, & singulos Episcopos, aliosque Prælatos, penès quos sit jus, & auctoritas faciendi concursum, hortari, ut examen ejusmodi instituere non graventur, quale jam, & multæ Diœceses, & Urbs ipsa observat, atque Apostolica etiam Dataria postulat, sive, cum, Sede vacante, vocat Ecclesia aliqua Parochialis, cujus collatio ad Sedem Apostolicam pertineat; sive cum vacat Parochialis aliqua, ut dicitur, juxta Decretum, sive demum, cum, vacante in Collegiatis, aut Cathedralibus Ecclesiis Dignitate aliqua majori, annexam habente curam animarum faciendus est concursus, atque ad Apostolicam Datariam transmittendus, ut notum est, atque in Literis, quæ de ordine Sanctissimi, tunc a Dataria prodeunt, clare præscribitur.

Vacante itaque Ecclesia Parochiali, quæ conferenda sit per concursum, atque hoc solitis formulis indicto, hæc, quæ sequuntur, ex S. Congreg. Sententia, consilio, suasione, servanda proponuntur.

Primum nempe, ut assignentur eædem omnibus concurrentibus Quæstiones, iidem casus, idemque Textus Evangelii, super quo sermonis aliquid perscribant, ad probandam dicendi pro concione facultatem,

Alterum, ut Casus, & Quæstiones resolvendæ dictentur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore Textus Evangelii tradantur,

Tertium, ut certum, idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant, Quæstionibus respondeant, conciunculam componant,

Quartum, ut eodem concurrentes omnes in Conclavi claudantur, unde quamdiu scribent) dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egredi,

egredi, neque alius quiſpiam eo ingredi poſſit, niſi poſtquam ſcripta confecerint, & exhibuerint.

Quintum, ut omnes ſua quiſque manu tum reſponſa, tum ſermonem ſcribant, ſubſcribantque.

Sextum, ut reſponſa quidem latine, ſermo autem ea, qua ad populum haberi ſolet, lingua ſcribatur.

Poſtremum, ut unumquodque reſponſum, & unuſquiſque ſermo, cum ab unoquoque Concurrentium exhibebitur, non ſolum ab eo, qui ſcripſit, atque a Cancellario concurſus, verum etiam ab Examinatoribus, & ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui concurſui interfuerint, ſubſcribatur.

Peracto ſecundum hanc formulam concurſu, collataque ei, qui magis idoneus, ac dignior judicatus fuerit, Eccleſia Parochiali, non admittatur appellatio, aut a mala relatione examinatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi, niſi intra decem dies a die collationis interponatur.

Si quis autem hoc intra ſpatium appellaverit, actaque concurſus petat ad Judicem appellationis transferenda; mittantur, vel acta ipſa originalia concurſus clauſa, & obſignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum, a Cancellario concurſus, atque altero Notario collatum, & auſculatum coram Vicario, vel alio in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi electio pertinebit, necnon ab Examinatoribus Synodalibus, qui concurſui interfuerunt, ſubſcriptum.

Ex quibus actis, vel authentica eorum exemplo niſi gravamen quoad doctrinam probet is, qui ſic, ut præmittitur. examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem a Sac. Congreg. fruſtra poſtulabit.

Quemadmodum, & in judicio appellationis perſequi jus ſuum fruſtra tentabit is, qui forte ſe gravatum doleat quoad reliqua, niſi, interpoſita mature, ut dictum eſt, appellatione ab irrationabili judicio Epiſcopi, gravamen quoad illa oſtenderit, vel ex actis primi concurſus, vel ſaltem ex atteſtationibus, & documentis extrajudicialibus etiam, ſed non levibus.

Atque ita quidem ſenſit S. Congr. & Sanctiſſimus aſſenſit. At ſi quis tamen Ordinariorum aliter, ac ſupra deſcriptum eſt, concurrentium examina inſtituere perrexerit perget, & S. ipſa Congr. more priſtino appellantibus, qui ſe gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Interim tamen, ne harum literarum memoria dilabatur, vult eadem S. Congreg., eas in uniuſcujuſque Ordinarii Cancellaria perpetuo conſervari. Cujus interea conſilium, tum voluntatem dum ego omnibus ſignifico, Amplitudini Tuæ fauſta omnia e Cœlo precor.

Romæ hac die 10. Januarii 1721.

Amplitudinis Tuæ.

Uti Frater
P. M. Card. Corradinus Præfectus.
P. Lambertinus Secret.

Quantum

Quantum recte dispensandis Ecclesiasticis muneribus, administrandæ justitiæ, componendis dissidiis, continendisque in officio Clericis proficeret saluberrima præmissarum legum institutio, satis superque experientia comperuimus, cum Anconitanam primum Ecclesiam, ac deinde Bononiensem Sponsam nostram paterna charitate cominus amplecteremur: Freti siquidem dd. legum præsidio Digniores Parochiis, & curæ animarum præfecimus: Tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum consensione, ut nemo questus sit, traditum minus Digno celsioris loci præmium, vel minus juste alteri credita vacantis Ecclesiæ gubernacula. At, quia certis admonemur indiciis, non ita id aliis Episcopis contigisse, imo non deesse, qui privatis abrepti studiis, sæpe declinare, ac redarguere Judicium Episcopale præsumant: Nos propterea soliciti de implendis, prout decet, muneris nostri partibus, nonnulla præfatis literis addenda, nonnulla vero tacite, breviterque ibidem tradita, clarius explicanda censuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

Merentes igitur audivimus, quod in plerisque Diœcesibus etsi recepta sit laudabilis, firmiterque custodienda consuetudo in scriptis redigendi examen concurrentium: Nihilominus examinatorum suffragia in sola literarum peritia versantur, nec illorum exquiritur sententia de clericorum ætate, institutione, gravitate, & honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis; & an tales demum sint, qui oves suas verbo, & exemplo juvare possint. Quam devia sit hujusmodi praxis a Tridentini semita, is plane intelliget, qui expendet verba relata *c.18.sess.24. de ref. Peracto deinde examine renuntientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis*. Idque probe noscens Congreg. ejusdem Concilii interpres pluries edixit, examinatores suo deesse muneri, si doctrinæ tantum Judices essent, nec inquirerent, qui præ aliis probirate morum, laboribus, præstito antea Ecclesiæ obsequio, cæterisque dotibus ad Officium Parochi cumulate obeundum necessariis, essent idonei, & commendabiles.

Absoluto examine, ut cuique satis compertum est, sit tantummodo potestas examinatoribus renuntiandi quotquot regendæ Ecclesiæ idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione Dignioris, quemadmodum sancitum est a Tridentino illis verbis: *Ex hisque Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit*. At si quem clericorum forte contigerit appellare a mala relatione examinatorum, quorum cura unice versata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatum, quæ pastoris congruant officio: Ordo judicii secumferet, ut etiam Judex, ad quem provocatum fuit, in sola doctrinæ indagine immoretur; Nec sine gravi animarum detrimento, & disciplinæ injuria præficiatur Ecclesiæ qui literis magis pollet, licet cætera minus aptus, & quandoque indignus; Contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinæ merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno Ecclesiæ famulatu, ac multiplici virtutum laude præcellit.

Factum præterea satis extirpandis abusibus non videtur, si tam Episcopus, quam examinatores conjunctis studiis, industriæ nervos omnes intenderint in conferenda concordi judicio Ecclesia personæ, quæ licet scientia, & literis alteri concedat, majori tamen cæterarum qualitatum

eminet

eminet ornamento ; Siquidem poſtpoſitus, ſuæ nimium fidens doctrinæ, ab irrationabili judicio Epiſcopi non raro appellat ; Cauſaque ad judicem appellationis delata, idem totus eſt in perquirenda majori doctrina, ac reparando gravamine literato homini irrogato, nuſquam liberato aliarum virtutum pondere, quæ in appellante deſiderantur : Lugentque ut plurimum vigiles Eccleſiarum antiſtites exitum hujuſmodi appellationis, intimeque dolent, Parochias doctis, non aptis Paſtoribus, ut dictum eſt, regendas committi.

At ſi Iudex etiam appellationis (quod raro evenit) tantum tribuens ſcientiæ, quantum ſatis, majori, & accuratiori examine inquirat, qui mores hominum ſint, quæ gravitas, prudentia, qui ſuſcepti antea labores, quæ virtutum ſpecimina, quæ demum totius anteactæ vitæ ratio, paſcendo gregi conſentanea ; Tot judici exhibentur atteſtationes ab appellante ex induſtria collectæ, ut, revocato Epiſcopali judicio tamquam irrationabili, non vereatur judex ſuccurrere eidem appellanti, quem tam copioſa, tamque conſpicua probitatis adjuvant documenta.

Demum cum præcipue Epiſcopis, tamquam in ſpecula conſtitutis, pateant ſubditorum exceſſus, contingere ſolet, ut in concurſu tam inſpecta ſcientia, quam moribus ille idoneus ab Examinatoribus renuntietur, cui fœda aliqua vitii labes, ac criminis macula injuſta ſit, omnibus, præterquam Epiſcopo, occulta. Si Epiſcopus juſta ſuadente cauſa crimine non revelato, eundem criminoſum tacitus præterierit, aliumque immunem a ſorde præelegerit : Illico poſtpoſitus ſimulato gravamine provocat ad Superiorem judicem criminis ignarum, & conſueto diffugio appellationis evehitur ad paſtorale faſtigium qui non poteſt conſulere populo, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen.

Ne igitur improbi ingenii homines remedium appellationis ad juſtitiæ præſidium inſtitutum, callide traducant ad iniquitatis defenſionem : Optimum factu aliquibus fortaſſe videretur, ſi appellatione quavis ſublata, cura præficiendi Rectores animarum prorſus relinqueretur Epiſcopis, rationem villicationis ſuæ Chriſto judici tantum reddituris. Verum nullo pacto probare id poſſumus, quod adverſaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittentis appellationem in devolutivo a mala relatione examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa : *Nec prædictorum Examinatorum relationem, quominus exequutionem habeat, ulla devolutivo, & appellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſive ejuſdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita impediat, aut ſuſpendat.* Cui ſanctiori reſpondet etiam Conſtitutio Piana, admittens appellationem in devolutivo ab irrationabili judicio Epiſcopi.

Qua de re, ut in hujuſmodi negocio apte omnia, atque compoſite peragantur, Officii noſtri eſſe duximus, cum vobis, Ven. Fratres gerendarum rerum ordinem præſcribere, quem longo uſu utilem agnovimus inſtituendis animarum Rectoribus, qui credito ſibi Gregi præeſſe, & prodeſſe poſſint.

I. Epiſcopus, habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſtatim, ad præſcriptum Tridentini, idoneum in ea deputet Vicarium, cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur.

II. Publico evulgetur edicto notitia concurſus, congruo, & ab Epiſcopo

ſcopo præfinito tempore celebrandi: eodemque edicto omnes clare, & aperte moneantur, ut interim decurrente termino aſſignato, coram Cancellario Epiſcopali, vel altero ab Epiſcopo deputando, ſuarum qualitatum, meritorum, & munerum probationes, atteſtationes tam judiciales, quam extrajudiciales, aliaque id genus documenta, quæ fraude vacent, exhibeant: Alioquin d. termino elapſo documenta hujuſmodi quæcumque, & qualiacumque ea ſint, nullatenus recipientur.

III. Eveniente die concurſus, a Cancellario Epiſcopali ſingulorum merita, qualitates, & requiſita (ut vocant) incorrupta fide deprompta a juribus tempore habili exhibitis, in ſcriptis ſummatim redigantur: Porro copia Epitomes tradetur non ſolum Epiſcopo, vel Vicario Generali vices illius obeunti, ſed ſingillatim omnibus Examinatoribus ad concurſum adſcitis, nt cum de ſcientia, tum de vita, moribus, aliiſque regendæ Eccleſiæ neceſſariis dotibus ferant judicium.

IV. Die præſtituta ab Epiſcopo habeatur concurſus, ſervata accurate in omnibus forma tradita in ſupra relatis Literis anno 1721. editis, totaque rerum in eo geſtarum ſeries ſcriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores ad aſſequendam certam, & indubiam conjecturam ſcientiæ, poſtquam diligenter expedirent ſingulorum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo Eccleſiaſticæ Doctrinæ capite, vel a SS. Patribus, vel a S. Conc. Trid., vel a Cathechiſmo Romano excerpto, ac pari diligentia liberaverint a quolibet ſcripto datas reſponſiones quæſtionibus propoſitis; Et poſtquam demum deprehenderint qua quiſque polleat gravitate ſententiarum, & elegantia ſermonis in conciuncula ſcripto pariter exarata, & Textui Evangelico, vel altero dato Themati accommodata: Parem, ni forte majorem ſolertiam Examinatores adhibeant in perſcrutandis aliis qualitatibus, regimini animarum conſentaneis: morum honeſtatem inquirant, gravitatem, prudentiam, præſtita hactenus Eccleſiæ obſequia, acquiſitam in aliis muneribus laudem, aliaque ſpectabilium virtutum ornamenta, Doctrinæ arcto fœdere conſocianda: hiſque omnibus conjunctim expenſis, inhabiles per ſua ſuffragia reiiciant, & idoneos Epiſcopo renuntient.

V. Abſoluto concurſu ab Epiſcopo, vel, eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus, quam tribus, notula compendiaria requiſitorum antea diſtributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes acta ſecreto cuſtodiat, & nemini oſtendat, niſi de mandato Epiſcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primum ei libuerit, eligat ex approbatis Digniorem, nec illi poſſeſſio ullo appellationis, vel inhibitionis obtentu retardetur.

VI. Si quem Clericorum appellare contigerit a mala relatione examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi: coram Judice appellationis acta concurſus integra omnino producat: Et Judex niſi illis viſis, & gravamine comperto, ſententiam non pronunciet. Præterea in ferenda ſententia, ac reparando gravamine idem Judex innitatur ſolummodo probationibus ab actis elicitis tam reſpectu doctrinæ, quam aliorum meritorum. Quia vero a pubblica indictione uſque ad djem habiti concurſus tantum temporis interceſſit, quantum ſatis fuit commode exhibendis neceſſariis juribus, atteſtationibus, requiſitis, aliiſque meritorum documentis: Idcirco, ut quævis vis fraudibus præcidatur, volumus.

mus, ac districte mandamus, ne dd. Attestationes, Fides tam judiciales, quam extrajudiciales, & documenta quæcumque studiose conquisita, & post concursum, ut ajunt, expiscata ullo modo recipiantur. Non obstantibus supra memoratis Literis, a Congr. Conc. Trid. Interprete anno 1721. editis, quibus ad præmissorum effectum in hac parte derogamus, illis tamen in reliquis, una cum omnibus in eis contentis, firmiter in suo robore permansuris.

VII. Ubi vero Episcopus, posthabito uno, vel altero ex approbatis, Ecclesiam contulerit magis idoneo ob aliquam sibi ipsi tantum notam causam, quam censeat significari oportere Judici appellationis, ad detergendam injustæ fortasse præelectionis notam: Familiaribus literis judicem certiorem efficiat, inviolabilis secreti lege adjecta. Nemo sit, qui hanc praxim nostræ tribuat solertiæ, cum illa profluat a Trident. Decretis. *Sessione* etenim 24. *c.*20. *de Ref.* ita disponitur -- *Præterea si quis in casibus a jure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu aliàs ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium Judicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad Judicem appellationis expensis suis transferre, EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS ADMONITO, UT SI QUID EI PRO CAUSÆ INSTRUCTIONE VIDEBITUR, POSSIT JUDICI APPELLACTIONIS SIGNIFICARE.*

Et quamvis jure Nobis timendum sit, ne d. praxis monendi Judicem, a quo appellatum est, in more olim posita, hac tempestate obsolverit, & a Foro recesserit: Attamen Episcopus (ut dictum est) si ex causa sibi tantum, & non aliis nota, quæ tameu approbari digna sit, Ecclesiam contulerit; illam Iudici appellationis, datis secreto literis, denuncier, & aperiat. Sciant porro Iudices, delatas ab Episcopo causas, & rationes inviolabilis secreti fide esse custodiendas; nec parvi pendendum esse testimonium illius Pastoris, cui Divino mandatur eloquio, Oves suas agnoscere. Facile enim credi non potest, Episcopos suæ non minus, quam alienæ salutis adeo immemores, ut non deterriti Divini interminatione Iudicii, odio, vel favore moveantur, & in Sac. Canonum singularem injuriam, *dicant malum bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Si vero Episcopo fuerit suspecta fides Iudicis, ad quem appellatum est, nec eidem revelanda censuerit hujusmodi occulta rationum momenta: Illa significet secretis literis S.R.E. Card. Præfecto pro tempore Congr. Conc., qui nec consilio, nec anthoritate deerit, quo minus a Judice appellationis debitus justitiæ locus tribuatur.

Præterea quia æquitati etiam convenit, causas appellationum, quæ magno Litigantium dispendio, & Ecclesiæ pernicie immortales quandoque existunt, quanta fieri potest brevitate terminari: Idcirco ubi a Iudice appellationis lata sit Sententia, quæ præelectioni factæ ab Episcopo omnino sit conformis, nullus pateat novæ appellationi aditus, sed auctoritate rei judicatæ controversiæ finis imponatur. Sin vero Iudex appellationis aliter, quam Ordinarius pronunciaverit; liceat Præelecto ab Episcopo, qui causa cecidit, ad alium Iudicem appellare, firmiter interim retenta Parochialis Ecclesiæ possessione. Tandem postquam tertius quoque Iudex Sententiam dixerit, ne partes ultra modum graventur laboribus, & expensis, præsertim, quia agitur de cura animarum, cui damnosum est, certi Pastoris destitui solatio; Is legitimum regendæ Ec-

cleſiæ jus obtineat, cui duæ conformes aſſiſtunt Sententiæ, nec ullum novæ appellationis remedium ſuccumbenti ſuffragetur.

His ſane regulis, quamvis appellatio ſublata non ſit, ſatis tamen præſidii comparatum eſſe arbitramur eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac recto gerendarum rerum ordini. Unum ſupereſt, ut propoſita hactenus media debitæ executioni mandentur; Eumque in ſcopum Locorum Ordinarii vigilantiam ſuam deſiderari non patiantur. Ferendum quippe non eſſet, ad noſtri Apoſtolatus auditum novas in diem deferri que relas, ac ſummovendis abuſibus novas implorari leges ab iis, qui jam præſtituras negligunt, & contemnunt,

Demum cum non raro contingat, Eccleſias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia, curam animarum habentia, a Sede Apoſtolica eſſe conferenda; vel quia vacaverint in menſibus reſervatis, vel quia ex alio capite d. Sedi reſervatis, vel quia ex alio capite d. Sedi reſervata ſint: Nos Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes præcipimus, & mandamus, ut uno, vel altero eveniente caſu, concurſus ab Epiſcopo ſine ullo diſcrimine indicatur, nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, quam noſtris hiſce literis ſibi tributam Epiſcopi intelligant. Abſoluto concurſu, ſi res ſit de Beneficiis Curatis, *quæ tantum ratione menſium reſervata ſint*, Epiſcopus inter approbatos eligat magis idoneum, & Datariæ ſignificet, nec acta concurſus tranſmittat, niſi a Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero d. Beneficia, quibus cura imminet animarum, *ex alio quovis capite*, *quam menſium Apoſtolicorum*, S. Sedi reſervata ſint; Eo ſane caſu, veteri non immutato more, abſtineat Epiſcopus a ferendo Dignoris judicio, & acta concurſus ultro Datariæ exhibeat.

Licebit tamen Ordinariis, pro ſuo arbitrio, familiaribus literis Datario ſcriptis eidem denunciare perſonam, quam cenſent regendæ Eccleſiæ magis idoneam, eumdemque commonere, an occulta aliqua, & in actis juſte reticita ſubſit cauſa, quæ cuipiam obſtet ad Beneficium Curatum obtinendum. Nos ipſi poſtmodum ab hac Sede omnium Principe, & Magiſtra, luculento edocebimus exemplo quanti faciendum ſit Epiſcopale judicium, quantoque vos honore proſequamur, Ven. Fratres, in partem Noſtræ ſollicitudinis evocatos, quibus interim Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 14. Dec. 1742. Pont. Noſtri Anno Tertio,

IN-

INDEX

CONCLUSIONUM, ac RESOLUTIONUM

Quæ in singulis Causis anno 1745. huic Sacræ Congregationi propositis fuerunt collectæ.

A

ABbates Regulares qui Pontificaliū usum, facultatem quoque minores Ordines conferendi, habent pag. 20. cum seq. §. Frisingen. in princip.

Quod viget etiam pro illis Abbatibus, qui adhuc non fuerunt Benedictione Episcopali impertiti. Cum enim electione, & confirmatione, non vero Benedictione Episcopali Abbates fiant, cumque ex Apostolico privilegio potestatem habeant Pontificalia exercendi, idem hoc est, ac si Benedictionem accepissent Episcopalem p. 21. §. Ex his in princip.

Et licet ex Constitutione Benedicti XIII. Abbatibus Regularibus præcipiatur, ut Benedictionem infra annum accipiant ab Episcopo (exceptis iis qui a Summis Pontificibus privilegium habent ea post electionem exercendi quæ gerunt omnes Abbates Benedictini) illis tantum anni tempus statuitur, qui illam accipere tenentur; non vero aut novum onus adjungitur, aut ii solum memorantur, quibus Summi Pontifices usum concessere Pontificalium. ibid. in fine.

Abbatiali Mensæ Bona Emphyteutica spectantia sive per contractus distrahere, sive per ultimas voluntates in manus mortuas transferre vetitum est p. 1. & seq. §. Sed & aliis.

Adde quod Mensæ Abbatiali nullum vindicationis jus esse potest redactis bonis Emphyteuticis ad instar allodialium, pag. 2. & seq. §. Contra.

Et consequenter quoties patiatur Abbas talia Bona distrahi, atque in alios transferri, possint ab Ecclesia, locove pio, sive Hærede, sive Legatario, sive Emptore, aut Donatario retineri ibid.

Si autem repugnet, cogi tantum potest Locus Pius, ut bona illa vendat, pretiumque in alia bona redigat, quo commode pia Defuncti voluntas impleri possit ibid.

Affrancatio bonorum Emphyteuticorum Loco Pio spectantium est vera alienatio & directi, & utilis dominii, dum ex Loco Pio in alias manus transferuntur absque ulla spe futuræ reversionis p. 6. cum seq. §. Neminem.

Nec potest Locus Pius illam indulgere, quæ ex Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Decretis vetita est, ibid.

Animus, & consensus ad incognita porrigi, trahique non potest pag. 2. §. Hæc summa in fin.

B

BEnedictio Sacri Cerei, Lustralisque Aquæ in omnibus Parrochialibus Ecclesiis fieri omnino debet cum absoluta, necessariaque proprii Parrochi intereſſentia, qui ſa tali præſentia præſtanda nullo modo excuſabitur, p. 10. §. Tertio.

Bona Emphyteutica Mensæ Abbatiali spectantia sive per contractus distrahere, sive per ultimas voluntates in manus mortuas transferre vetitum est pag. 1. cum seq. §. Sed & aliis.

Adjicies quod Mensæ Abbatiali nullum vindicationis jus esse potest redactis bonis Emphyteuticis ad instar allodialium pag. 2. §. Contra.

Et consequenter quoties patiatur Abbas talia bona distrahi, atque in alios transferri, possint ab Ecclesia, Locove Pio, sive Hærede, sive Legatario, sive Emptore, aut Donatario retineri ibid.

Si autem repugnet, cogi tantum potest Locus Pius, ut bona illa vendat, pretiumque in alia bona redigat, quo commode pia defuncti voluntas impleri possit ibid.

Bonorum Emphyteuticorum Loco Pio spectantium affrancatio, est vera alienatio directi, & utilis dominii, dum ex Loco Pio in alias manus transferuntur absque spe futuræ reversionis, pag. 6. cum seq. §. Neminem.

Nec potest Locus Pius illam indulgere, quæ ex Jure Pontificio, Sacrisque Canonibus vetita est ibid.

C

CAnonicus ætatem licet ad Sacerdotium necessariam non habens, dum Choro, Divinisque Officiis interfit, integro tamen distributionum compendio frui debet, p. 23. §. Juris.

Nec ei obest Tridentini decretum, quod eo non afficiatur Canonicus, qui nulla culpa, nullaque negligentia, suæ ætatis tantum, vel alia legitima causa, Sacros ordines suscipere non potuit, ibid.

Amplia multo magis si hic Canonicatum a Summo Pontifice obtinuerit, qui ætatis defectui tacite dispensasse censendus est, dum illius ætatem sciebat, ibid.

Canonicus aliqua laborans infirmitate, & ob id a servitio suæ Ecclesiæ præstando eximi contendens, infirmitatem suam Medicorum potius, quam Jurisperitorum judicio debet ostendere p. 13. §. Ex iis.

Qua probata integra frui debet distributionum largitione, eo tamen excepto lucro, quod obvenire posset ex Anniversariis, aliisque functionibus, in quibus dispositione Testatorum præsentibus tantum stipendium præstandum est ibid. in fin.

Canonicus nulla lege, nulloque umquam pacto, voce, loco, jure Turni, aliisque aliorum Canonicorum honoribus privari debet: ipsa enim Canonia eo casu extingueretur, quæ nihil aliud est, quam in fratrem allectio, allectusque excludi nequit a Juribus quæ habent alii Fratres, quæque in ipsa Canonia complectuntur, p. 63. §. Ait.

Canonicus quilibet etiam si in alia Parochiali Ecclesia Prioratum, seu Parochi officium obtineat, festis tamen diebus, & præsertim solemnioribus Divinis Officiis in Choro, sacrisque aliis functionibus uti alii Canonici interesse debet p. 9. & 10. §. S. Miniatis.

Canonici coadjuti, & etiam Coadjutores juxta Beneficium Clementis VII. possunt singulis annis per quinquaginta dies a servitio præstando abesse, dum tamen pars ipsorum tali vacationis Indulto non utatur, p. 18. §. Civitatem.

Canonici ultra trium mensium spatium a residentia divertere, atque abesse non possunt, alias servatis iis, quæ servanda sunt cadunt Canonicatibus, iisque privantur, p 26. §. Rationum.

Quod multo magis locum habet in Coadjutore, qui ea ratione in locum veri Canonici subrogatur, ut servitium illud præstet, quod Coadjutus præstare nequit; ideoque si ille munus suum non adimpleat, facultatem Coadjutus habet alium Coadjutorem petendi, qui Ecclesiæ servitio præsto sit pag. 26. & seq. §. Rationum & §. Ex hac in princip.

Nec inde illi juvabit resarcire detrimentum Coadjuto illatum, lucrumque illud, quod ei obvenisset si præsentiam præstitisset, quoties agatur non de modica, & casuali absentia, sed de voluntaria, & diuturna, & postquam Coadjutor pluries judicialiter monitus fuerit pag. 27. §. Ex hac.

Redintegratio enim damni Coadjuto illati respicit tantum commodum illius & favorem, sed non consulitur tali modo detrimento Cultus divini, & Ecclesiæ, cujus servitii ratione Coadjutoriæ gratia præcipue conceditur, ibid.

Cardinalibus S. R. E. sine ullo particulari privilegio fas est familiares suos Tonsura, minoribusque ordinibus insignire p. 20. cum seq §. Frisingen.

Cathedraticum Episcopus ab Ecclesiis, & Beneficiatis colligere debet, & retrahere, non vero a Cappellis, Rectoribusque Ecclesiarum Civitatis; dum ob id in Sacris Canonibus qui de Cathedratici solutione tractant, non Civitatis, sed tantum Diœceseos mentio fiat p. 11. §. Non equidem.

Clerici degentes in Territorio alicujus Commendæ, quæ Cappellanias in titulum confert, cum litteris dimissoriis Vicarii dicti Territorii possunt ad Sacros Ordines promoveri, accedente longa consuetudine, & re judicata p. 16. §. Monstrant.

Coadjutor ultra trium mensium spatium a residentia divertere, atque abesse non cessans cadit Canonicatu, illoque privatur. Ille enim ea potissimum ratione in locum veri Canonici subrogatur, ut servitium illud præstet, quod Coadjutus haud valet præstare; ideoque si ille munere suo non fungatur facultas Coadjutor sit & potestas alium sibi Coadjutorem petendi, qui servitio Ecclesiæ non desit p. 26. & seq. §. Rationum, & §. Ex hac in princip.

Neque illi haud quamquam juvabit resarcire detrimentum Coadjuto ex sua deficientia illatum, lucrumque illud quod ei obvenisset, quoties agatur non de modica, & casuali, sed de voluntaria, & diuturna absentia, postque plures judiciales monitiones p. 27. §. Ex hac.

Redintegratio enim talis damni concernit tantum commodum Coadjuti, & favorem, sed non consulitur hac medela detrimento Cultus divini, & Ecclesiæ, cujus præcipue servitii ratione gratia Coadjutoriæ conceditur ibid.

Consensus, & animus ad incognita porrigi, trahique non potest, pag. 2. §. Hæc summa in fine.

Consuetudo utramque paginam facit p. 52. cum seq. §. Facultati in fine.

D

Distributiones quotidianæ iis tantum præstandæ sunt, qui statis horis ad divina peragenda interfuerint, ni interfint præsentibus accrescere debent nulla obstante legitimi licet temporis consuetudine, pag. 12. §. Ambigi.

Imo si has capere soleat Episcopus, & ipse statis horis interesse debet præsertim cum in illis comprehendatur Funerum atque Anniversariorum compendium, quod capere ii possunt dumtaxat, qui præsentes sint, ne iis quidem exceptis qui ob ætatem, longumque Ecclesiæ præstitum servitium veniam impetrarunt. ibid.

Alias si aliquid ille perceperit Capitulo restituere debet p. 12. §. Accedit.

Talem autem restitutionem solus Canonicus obtinere nequit, quoties major Capituli pars illam impugnet, & favore Episcopi cedat pag. 12. cum seq. §. Archiepiscopus.

Distributionum largitione integra frui tamen debet Canonicus dum Choro, divinisque officiis intersit, ætatem licet ad Sacerdotium necessariam non habeat pag. 23. §. Juris.

Nec ei obest Tridentini decretum: illo enim non afficitur Canonicus, qui nulla culpa, nullaque negligentia suæ ætatis tantum, vel alia legitima causa Sacros Ordines suscipere non potuit, ibid.

Amplia quoties hic Canonicatum ex Pontificis largitione obtinuerit; qui ætatis defectui tacite dispensasse censendum est dum illius ætatem sciebat, ibid.

E

Ecclesiis omnibus uniuscujusque loci jussum est in Sabatho Hebdomadæ majoris attendere sonitum Campanæ Ecclesiæ Matricis antequam suas pulsent p. 10. §. Tertio in fine.

Ab Electione Ecclesiæ retrahuntur motibundi ne suos hæredes gravioribus onerent impensis p. 22. §. Hortana.

Eleemosynam majorem ea, quam percipere solent dum mortuorum corpora ad aliam sæcularem Ecclesiam deferuntur, nequeunt Parochi ob delationem Cadaverum ad Ecclesias Regularium prætendere, ibid. §. Non posse.

Neque ob longitudinem itineris, qualiscumque etiam vigeat in contrarium consuetudo. ibid. §. Neque.

Episcopus ab Ecclesiis, & Beneficiatis Cathedraticum colligere debet, & retrahere, non vero a Cappellis, Rectoribusque Ecclesiarum Civitatis, dum ob id in Sacris Canonibus diœceseos tantum mentio fiat, p. 11. §. Non equidem.

Episcopus an in personali visitatione possit periculum facere de scientia, & idoneitate illorum qui ad Sacros Ordines a suis Antecessoribus promoti, quorumque doctrina pluries approbata fuerit non una est DD. sententia, ut videtur in p. 31. §. Nolumus

Hoc vero tantum potest locum habere in iis qui sine prævio debitoque examine ordinati essent, & sine litteris commendatitiis proprii Episcopi, ibid. in fine.

Episcopus nequit administrare neque sibi aliquid tribuere ex iis, qui Sacris Ædibus, Administratoribusque Laicis regendæ adsignata sunt pag. 11. §. Non equidem in fine.

Episcopus si capere una cum aliis Canonicis soleat distributiones quotidianas, adhuc ipse statis horis interesse debet, præsertim cum in illis comprehendatur funerum, atque Anniversariorum compendium, quod capere ii possunt dumtaxat, qui præsentes sint, ne his quidem exceptis qui ob ætatem, longumque Ecclesiæ præstitum servitium veniam impetrarunt, pag. 12. §. Ambigi.

Alias si aliquid perceperit Capitulo restituere debet, ibid. §. Accedit.

Talem autem restitutionem Canonicus inter alios omnes, solus, obtinere non potest, dum major Capituli pars Episcopi favore concedat pag. 12. §. Archiepiscopus.

Episcopi Schismatici an possint deputare Parochos, qui servato Tridentini decreto interesse possint Matrimoniis vide p. 42. cum seq. §. Monente in fine.

Erectio tertii Ordinis Pœnitentiæ his omnibus ex largitate, privilegiisque Sum morum Pontificum permissa est & concessa, qui D. Francisci legitimi filii sunt, & veri Successores sive sint Minores Observantes, sive Excalceati, sive Recollecti, sive alio quolibet nomine nuncupentur, pag. 5. §. Longum.

Itaut quot sunt Minorum, sive Observantium, sive Discalceatorum, sive Cappuccinorum in una eademque Civitate Monasteria, tot etiam Tertii Ordinis corpora constituere poterint ibid. cum seq. §. Eo igitur in fine.

Error qualitatis, ad differentiam erroris Personæ, matrimonii contractum irritum reddere nequit p. 42. §. Monente.

Examen novum, novusque fieri debet concursus, quoties Rector promotus sexagenario major, & adversa valetudine, vitiisque corporis affectus sit pag. 56. cum seq. §. Quæ veto.

Examinatores Synodales non tantum intra doctrinæ limites sese continere, verum etiam de moribus, aliisque quæ ad Rectorem idoneum Ecclesiæ constituendum necessaria sunt, investigare debent, ne concursus ex defectu examinis nullus iterituque sit p. 56. §. Altera.

Atque

Atque ex hac nullitate ſtatim locus ſit Juri devolutionis ad S. Sedem ibid.

Nullaque de hinc indulgeri poteſt ſanatio, dum concurſus non ſervata lege, & forma a Tridentino tradita nullus eſt in ſubſtantia, ibid.

Examinatorum Synodalium electiones debent præſeferre individuam perſonarum nominationem, non vero generale dignitatis alicujus nomen pag. 55. cum ſeq. §. Nullitatem.

Alias facile evenire poſſet, ut qui dignitate præſtet, nec ſcientia tamen, nec morum probitate præcellat, quæ duo in Examinatoribus Synodalibus ſunt neceſſaria, ibid. circa fin.

Quod autem omnino non procedere videtur quoties inter tales Examinatores eligatur Ex. Gr. Vicarius Generalis pro tempore, qui licet individue, & nominatim vocatus non ſit, tamen cum præſumatur ad tales dignitatis, officiique gradus niſi idonei pervenire, ideo talis electio inter examinatores facta non obſtante non expreſſa ſpecialique nominatione valida eſt cenſenda p. 56. §. Adverſus.

Et bona fides oriens ex hac praxi & conſuetudine ſanationem procul dubio expectare debet ibid. & pag. ſeq.

F

FRaus, falſuſque ſuggeſtus in tranſactione intervenientes, illam invalidant pag. 2. cum ſeq. §. Hæc ſumma.

I

JUriſpatronatus neutiquam derogari ſolet diſſentiente Patrono, unioneſque alias factæ non ſubſtinentur etiam ſi res ſit de jurepatronatu laicali pag. 58. §. Rationes.

Jus nominandi Rectorem Eccleſiæ ſeparatæ, & diſtinctæ ſpectat ad Rectorem Eccleſiæ Matris, cujus redditum portione nova Parrochialis erecta fuit pag. 37. §. Probandas.

L

LEgatum quando ex Teſtatoris verbis incipit ab onere, non a fundi aſſignatione, e cujus redditu tale legatum præſtandum ſit, tunc dicitur ſtare demonſtrative, non autem taxative pag. 46. §. Morte in fin.

Legatum Sacrotum ordinatum, & poſt mortem uſusfructuarii implendum, poteſt ante tempus a Teſtatore inſtitutum exequi, quoties commodo uſusfructus renuncietur pag. 17. §. Poſt hæc.

Imo, & ſi bonis a Teſtatore relictis uſusfructuarius ſua adjungat ſibique denuo uſumfructum reſervare petat, concedenda eſt talis facultas; dum prius, & melius defuncti voluntas impletur, & legatum erigitur, ibid.

Legati onus tunc in legatarii perſonam ſolummodo directum putatur, quoties Teſtator nullam hæredum, nullam perpetui, nullam futuri temporis mentionē fecerit, ut dicendum omnino ſit onus fuiſſe perſonale, mocteque legatarii extingui poſſe pag. 8. §. Satis.

M

MAtrimonii contractui ſi adſit Parochus viri, ſatis eſt ad illius validitatem pag. 42. §. Monente.

Matrimonii contractum error qualitatis, ad differentiam erroris perſonæ irritum reddere nequit p. 42. §. Monente.

Moribundi ne ſuos hæredes gravioribus onerent impenſis ab electione eorum Eccleſiæ retrahuntur p. 22. §. Hottana.

N

IN nullitate profeſſionis ex vi metuque illato exploſcita, non quæritur utrum is qui convenitur, an alius metum fecerit, ſed ſufficit tantum docere metum talem fuiſſe illatum, qui fortis, conſtantiſque animi virum concutere potuerit p. 4. & 5. §. Mediolanen. circa finem.

Dum in caſu metus incuſſi a Parente, qui ducentis milliaribus a filio diſtabat definivit Rota ut videri poterit ex loc. cit. ibid.

O

ORdines Mendicantium a ſolutione Taxæ Seminarii tum Tridentini, tum Summorum Pontificum Conſtitutionibus ac decretis ſunt immunes, eoque tantum caſu huic oneri ſubjiciuntur, cum conſtet eorum Eccleſiis, & Monaſteriis unita fuiſſe fœcularia beneficia, quæ priden. Taxæ onera ferebant p. 28. §. de immunitate.

Ordines minores Abbates Regulares conferre poſſunt, qui uſum habent Pontificalium p. 20. §. Ftiſingen. in princip.

Quod viget etiam pro illis Abbatibus, qui adhuc non fuerunt Benedictione Epiſcopali impertiti. Cum enim electione, & confirmatione non vero Benedictione Epiſcopali Abbates fiant, cumque ex Apoſtolico privilegio poteſtatem habeant Pontificalia exercendi, idem hoc eſt ac ſi Benedictionem accepiſſent Epiſcopalem p. 21. §. Ex his in princip.

Et licet ex Conſtitutione Benedicti XIII. Ab-

Abbatibus Regularibus præcipiatur ut Benedictionem infra annum accipiant ab Episcopo (exceptis iis qui a Summis Pontificibus privilegium habent ea post electionem exercendi , quæ gerunt omnes Abbates Benedictini) illis tamen anni tempus statuitur , qui illam accipere tenentur ; non vero aut novum onus adjungitur , aut ii solum memorantur, quibus Summi Pontifices usum concessere Pontificalium , ibid.

Ordinibus Sacris bona fide initiatos , numquam hæc Sacra Congregatio vocat suspensos ; cum non peccetur in leges si dolus abfit , fides mala, & contemptus p.16. §. Putant .

P

PArochus ex causis adversæ valetudinis , & conscientiæ valide, juxeque Canonico suæ Curæ renunciare potest ; præsertim si eas Episcopus admiserit p.43. §. Promotor .

Adde etiam quod si legitimis , justisque causis renunciare potuit, eædem illæ efficere debent, ne iterum ad eam Parrochiam quam illismet causis dimisit nominari possit p. 43. §. Non posse .

Parrochus sub nulla specie , ac quæsito colore excipiendus , neque a sua Ecclesia abesse potest , dum Sacri Cerei , lustraliisque Aquæ fit Benedictio p.10. §.Tertio .

Parochus viri si adsit , satis est ad Matrimonium ineundum p. 42. §. Monente .

Parochi ob delationem Cadaverum ad Ecclesias Regularium nequeunt petere majorem eleemosynam ea , quam percipere solent, dum mortuorum corpora ad aliam fœcularem Ecclesiam deferuntur p. 22. §. Non posse .

Neque ob longitudinem itineris ; qualiscumque etiam vigeat in contrarium consuetudo ibid. §. Neque .

Parochos, qui Matrimoniis juxta Tridentinum interfint , num possint deputare Episcopi Schismatici perlege pag. 42. cum seq. §. Monente in fine .

Patrono dissentiente juripatronatus neutiquã derogari solet , unionesque alias factæ non substinentur , etiamsi res sit de jure patronatu Laicali p.58. §. Rationes .

Prior alicujus Parochialis Ecclesiæ,qui etiam Canonicatum in alia Ecclesia obtineat, Festis diebus, & præsertim sollemnioribus, Divinis Officiis in Choro,sacrisque aliis functionibus uti alii Canonici interesse debet p. 9. cum seq. §. Sancti Miniatis .

Professio emissa in Ordine , quem S. Sedes non probavit, invalida , atque ipso jure irrita censeri debet ; adeo ut nullus adstringi ex ea possit , etsi Ordinem illum probatum putasset pag. 57. §. Ait .

Ideoque poterit , cum velit , illum ordinem deserere , nec Apostasiæ reus quisque reputabitur ob desertum Monasterium , & Ordinem non probatum ibid.

Professio nulliter , & contra apertas Ordinis leges emissa, nulla est, & invalida , ideoque concedi debet restitutio in integrum p.69. §. Duæ sunt in princip.

In Professionis nullitate ex vi , metuque illato exposcita non quæritur , utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit, sed sufficit tantum docere metum talem fuisse illatum , qui fortis , constantisque animi virum concutere potuerit pag.4. & 5. §. Mediolanen. circa finem .

Et ad hoc videre fas erit definitionem Sacræ Rotæ latam in casu metus incussi a Parente , qui ducentis etiam milliaribus a filio distabat ex loc. cit. ibid.

R

REctor ad Parochialem promotus si sexagenario maior, nec non adversa valetudine, vitiisque corporis affectus sit, examen novum , novusque fieri debet concursus p. 56. cum seq. §. Quæ vero .

Rectori Ecclesiæ Matris spectat nominatio Rectoris Ecclesiæ separatæ, & distinctæ, illiusque reddituum diminutione noviter erectæ p.37.§. Probandas .

Regulari Ordini adscriptus Sæcularia Beneficia obtinere non debet p. 69. §. Biteten. in fine .

Religiosi viri extra claustra Monasterii vitam ducere nequeunt p.6. §. Postulant .

S

SAcrorum legatum ordinatum , & post mortem alicujus implendum, potest ante tempus a Testatore institutum exequi , quoties commodo ususfructus renuncietur p.17. §. Post hæc .

Imo & si bonis a Testatore relictis Usufructuarius sua adjungat , sibique denuo usumfructum reservare petat , concedenda est talis facultas , dum prius , & melius defuncti voluntas impletur , & legatum erigitur ibid.

Suspensi dici nequeunt illi , qui aliqua bona fide Sacris Ordinibus initiati sunt , cum non peccetur in leges si dolus abfit , & fides mala , atque contemptus pag. 16. §. Putant .

T

TAxam Seminario solvere tum ex Tridentini , tum ex Summorum Pontificum Constitutionibus non tenentur Ordines Mendicantium; eoque tantum casu hoc honore haud erunt immunes , dum constet.

ſtet eorum Eccleſiis, eorumque Monaſteriis unita pridem fæcularia fuiſſe Beneficia, quæ etiam taxæ ſolutioni erant ſubjecta p. 28. §. De Immunitate.

Tertii Ordinis Pœnitentiæ erectio ex largitate privilegiiſque Summorum Pontificum permiſſa eſt & conceſſa iis, qui D. Franciſci legitimi Filii ſunt, & veri Succeſſores ſive ſint Minores Obſervantes, ſive Excalceati, ſive Recollecti, ſive alio quolibet nomine nuncupentur pag. 5. §. Longum.

Ita ut quot ſunt Minorum, ſive Obſervantium, ſive Diſcalceatorum, ſive Cappuccinorum in una eademque Civitate Monaſteria, tot etiam Tertii Ordinis Corpora efficere poterint ibid. cum ſeq. §. Eo igitur in fin.

Teſtator quoties nullam hæredum, nullam perpetui, nullam futuri temporis mentionem fecerit, tunc legati onus in legatarii perſonam ſolummodo directum putatur, ut dicendum omnino ſit onus fuiſſe perſonale, motteque legatarii extingui poſſe p. 8. §. Satis eſt.

Theſaurariatus dignitatem aliquo in Capitulo obtinens dum etiam Cuſtodis officium exerceat, perpetuam præſtare debet in Choro præſentiam, nulla contraria lege, aut conſuetudine obſtante, idque etiam ſi nullos e quotidianis diſtributionibus fructus accipiat pag. 74. §. Præterea.

Tranſactio cum fraude, falſoque ſuggeſtu obtenta non ſuſtinetur pag. 2. §. Hæc ſumma.

IN-

INDEX RESOLUTIONUM

Quæ in Cauſis anni 1745. *a Sacra Congr. Concilii editæ fuerunt.*

A

ABbatis Generalis Ordinis Præmoſtratenſis ſententia lata ad inſolidandam profeſſionem irrite emiſſam, an ſubſtineretur, expoſcita Sacra Congregatio, voluit ſupplicandum eſſe Santiſſimo pro illius ſanatione in Namurcen. 30. Jan. pag. 1.

Adſignationem bonorum Capitularium factam pro erectione duarum Coadjutoriarum in Collegiata Eccleſia S. Andreæ Terræ Palliani ſuſtineri voluit Sacra Congregatio, Capituloque prænominatæ Eccleſiæ denegavit prætenſum jus deputandi, & removendi ad ſui libitum unum ex prædictis Coadjutoribus in Præneſtina Contributionis 18. Decembris pag. 72. cum ſeq. ad 1. & 2. dub.

Affrancatio Bonorum Emphyteuticorum ſpectantium Ven. Monaſteriis S. Mariæ in Paſſione, & D. Petri de Vezema Januen. Diœceſis non fuit conceſſa in Januen. Affrancationis 13. Febr. p. 8.

Altaris B. Mariæ Gratiarum exiſtent. in Templo Divi Nicolai Civitatis Ravennæ ceſſio facta a PP. Auguſtinianis una cum dominio, & proprietate Sodalibus B. Mariæ Gratiarum convalidata fuit quoad uſum & poſſeſſionem per modum reintegrationis in Ravennaten. Altaris 29. Maii pag. 35. & 36. ad 1. dub.

Daraque etiam fuit Ordinatio facultas prædictum altare juxta ſolitum viſitandi ibid. ad 2. dub.

Ab applicatione Sacrorum immunes ſervato Epiſcopi Juſtiniani decreto declarati fuerunt Præpoſitus Cappellanique Coadiutores Eccleſiæ Parrochialis SS. Felicis, & Adaucti; itaut poſſent recipere eleemoſynam ab offerentibus, accepto tamen onere duorum Anniverſariorum unius nempe pro Joanna Cerclina, alterius pro Benefactoribus, factoque verbo cum Sanctiſſimo in Veronen. 26. Junii p. 40. cum duabus ſeq. ad bina dubb.

Archiepiſcopus Roſſanen. participare poteſt de Maſſa Capitulari juxta ſolitum etiam ſi ſervitio Chori, & ſtatis horis præſto non ſit, neque cogendus ullo modo erit ad reſtituendas portiones jam perceptas pro rata temporis, qua horis Canonicis non interfuit in Roſſanen. juris participandi 20. Martii pag. 14. ad bina dub.

Archipresbyter Cathedralis Urbevetanæ, qui etiam actualem curam animarum habet adnexam, tenetur Miſſam Parrochialem, ſive per ſe, ſive per alios Coadiutores, præſtata tamen illis Eleemoſyna, celebrare in Urbevetana Miſſæ Parrochialis 18. Decemb. pag. 77. cum ſeq. & 109. ad tria dub.

B

BOnorum Emphyteuticorum affrancatio, ob illorum ſpectantiam Ven. Monaſteriis S. Mariæ in Paſſione, & D. Petri de Vezema Januen. Diœceſis non fuit conceſſa in Januen. Affrancationis 1. Febr. pag. 8.

C

CAnonico Parocho Eccleſiæ Cathedralis Hortanæ, qui pro applicatione alterius Miſſæ ultrà illam Conventualem, a Capitulo pro populo quotidie applicandam experebat ab ipſomet Capitulo Eleemoſynam, hanc non eſſe præſtandam, iterum ſtatutum fuit in Hortana 13. Febr. pag. 9.

Canonicus Podagræ morbo detentus & ex eo præpeditus choro intereſſe, conceſſa fuit participatio de omnibus diſtributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, ac quibuſcumque aliis emolumentis, & obventionibus debitis ceteris Canonicis præſentibus, exceptis tantum iis, quæ ſive ex voluntate Teſtatorum, ſive ex ſtatuto, & conſuetudine Eccleſiæ deberentur ſolum actu intereſſentibus in Savonen. diſtributionum 18. Decembr. p. 78. cum ſeq.

Canonico Theologo Eccleſiæ Cathedralis Caſtrimatis, cui jam in Congregatione habita die 19. Sept. ſuperioris anni denegata fuerat aſſequutio, & ſimul retentio dignitatis Primiceriatus cum aſ-

ferta præbenda de jure patronatus ejusdem Capituli responsum fuit in decisis & amplius in Castrimaris Primiceriatus 13. Febr. pag. 9.

Cappellano Oratorii B. M. V. della Bevilaqua existen. intra limites Ecclesiæ Parrochialis Oppidi Nonantulæ, cui in Congregatione habita die 27. Junii superioris anni data fuerat facultas Sacrum quotidie sive per se, sive per alios in d. Oratorio celebrandi, exceptis tantum diebus majoris hebdomadæ, denuo benigne annuit Sacra Congreg. in Nullius, seu Nonantulana Jurium Parrochialium 8. Maii p. 25. ad II. dub.

Prohibuit autem uti pridem fecerat eidem Cappellano Benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum &c. explere, nec non mulieres post partum ad purificationem admittere, & retinere tabernaculum in altari pro asservando Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ibid. ad V. dub.

Secus vero de licentia tamen Eminentissimi Abbatis permisit retinentiam Sedium Confessionalium in prædicto Oratorio pro confessionibus audiendis ibid. ad VI.

Sicuti de licentia etiam Eminentissimi Abbatis permisit retineri posse capsulam in parietibus dicti Oratorii pro Eleemosynis recipiendis, quæstuasve peragi per ipsum Cappellanum, aliosque ibid. ad XI. dub.

Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Carbii deferendam esse hæreditatem quondam Nicolai Marrubii, nullibi obstante decreto applicationis dictæ hæreditatis facto ab Ordinario ad effectum erigendi præbendam Theologalem in eadem Ecclesia. Illius tamen contemplatione celebrandas esse tres Missas lectas hebdomadales per turnum cum uno Anniversario in die obitus rescripsit Sac. Congreg. in Narnien. 8. Maii p. 25. ad bina dub.

Cathedraticum, quod exigere curabat Urbevetanus Episcopus a Rev. Fabrica Ecclesiæ Cathedralis, Conservatoriis Puellarum deperditarum, nec non a Confraternitatibus laicalibus SS. Annunciatæ, & S. Mariæ de Monte Carmelo, non deberi definitum fuit in Urbevetana Cathedratici 20. Mart. p. 14.

Cessio domini & proprietatis altaris B. Mariæ Gratiarum existent. in Templo D. Nicolai Civitatis Ravennæ facta a PP. Augustinianis Sodalibus B. Mariæ Gratiarum, placuit Sacr. huic Congreg., quoad usum & possessionem per modum reintegrationis in Ravennaten. Altaris 29. Maii p. 35. & 36. ad I. dub.

Dataque fuit Ordinario prædictum altare juxta solitum visitandi facultas ibid. ad II. dub.

Cletici matrimonium ex causa stupri, solitis etiam non interventis requisitis sollemnitatibus coram evocato, inscioque Parocho contractum, validum permansit in Tarentina Matrimonii 29. Maii & 17 Jul. p. 30. & 45. cum seq.

Coadjutores etiam æque ac Canonici Coadiuti debent frui Indulto vacationis quinquaginta dierum a servitio Ecclesiæ præstando; dummodo tamen Coadiuti illo non utantur, Ecclesiæque inserviant in Civitaten. Indulti 20. Martii pag. 18.

Coadjutorem statis horis Choro, Divinisque Officiis non interessentem Coadiutoria privandum, & consulendum Sanctissimo pro novi Coadiutoris deputatione resolutum fuit in Oveten. Coadiutoriæ 8. Maii pag. 26. cum seq.

Collatio Beneficii Jure devoluto facta ab Episcopo Birecten. ad favorem Clerici Rocchi Arena non fuit approbata, decretumque fuit esse consulendum Sanctissimo pro dispensatione favore Fr Hiacynthi Maucerii in Birecten. Beneficii 18. Decemb. p. 75. ad bin. dub.

Commendatori Cappellæ S. Egidii Parrochialis Ecclesiæ S. Jacobi Majoris denegatum fuit dominium pertinentiaque illius Cappellæ, & excepta Jurisdictione data fuit eidem in dependenter a Parocho facultas celebrare faciendi in eadem Cappella Missas, ac peragendi in ea omnes alias Ecclesiasticas functiones Commendæ incumbentes, dummodo tamen non impedirentur functiones Parrochiales in Placentina Jurisdictionis 4. Dec. p. 70. cum seq. ad I. & II. dub.

Prædictoque Parocho nec fuit elargita præferentia in celebratione dictarum Missarum & functionum, data etiam facultate Reverendissimo Placentino Episcopo suo jure visitandi eamdem Cappellam, seu Altare S. Egidii ibid. ad III. & IV. dub.

Pro commutatione voluntatis quondam Canonici Martini de Dominis jussit Sac. Congr. consulendum esse Sanctissimo juxta mentem Eminentissimo Commendatario communicandam: in reliquis vero respondit ad Judices suos, dato tamen onere Eminentissimo Abbati, ut interim incumberet administrationi, & indemnitati hæreditatis etiam cum facultatibus Sacræ Congregationis in Nullius tercæ Pontiani Commutationis voluntatis 30. Jan. p. 1. cum seqq.

Concordia inita inter Archipresbyterum Ecclesiæ Parrochialis Pagi Pollicinorum ex una, Rectoremque novæ Ecclesiæ Parrochialis Pagi Bondeni ex altera, quoad Patronatum juremque nominandi ad prædictam novam Parrochialem, non displicuit Sacræ huic Congr. servata tamen semper forma concursus in Ferrarien. confirmationis concordiæ 29. Maii pag. 36. cum seq.

De-

D

DEcretum quod nimia ductus Sacerdotum deficientia Episcopus Sanctonus fecerat in Sacra Visitatione anni 1619. pro unione Cleri Terræ Canterotæ, Gubernio, & Servitio trium Ecclesiarum Parrochialium, earumque animarum cura ad solum Archipresbyterum Curarum ejusdem Terræ præservata, subsistinuit in Policastren. Jurium Parrochialium 29. Maii p. 34. ad I. dub.

Presbyteriisque quibus pro observantia dicti decreti committi solet custodia duarum Ecclesiarum iis annis, quibus in eisdem non celebrantur divina officia, nec Sacramenta administrantur, prohibitum fuit se denominari, ac subscribi Parochos, ac in illis munia Parrochialia absque licentia, & consensu Archipresbyteri exercere, stolam in processionibus deferre, ac præcedentiam supra ceteros presbyteros antiquiores prætendere ibid. in II. & III dub.

Decreta Episcopi Autiensis lata adversus tres Presbyteros ordinatos cum litteris dimissoriis Vicarii Commendæ Hierosolymitanæ de Pazzos an substinerent cum exposceretur Sacr. Congr. rescripsit ad mentem; & mens fuit, quod tales Presbyteri exhiberent seorsim titulos, & documenta suæ ordinationis coram Ordinario, qui procederet prout de jure ad declarationem in Autien. Ordinationum 8. Maii pag. 25.

Deliberatio assis hæreditatii Caroli Mariotti Testatoris, quam sui favore uti melior licitator faciendam prætendebat Benedictus Gallius, concessa fuit Capitulo Cathedralis Cinguli hærede jam substituto, facta tamen per ipsum obligatione Sacra celebrandi juxta numerum præscribendum ab Episcopo pro rata reddituum correspondentium capitali oblato a Gallio ad rationem trium scutorum pro centenario, & eleemosynæ perpetuæ, absque spe reductionis ex causa deteriorationis bonorum, in Cingulana Prælationis 29. Maii pag. 32. cum seq.

Detractio Falcidiæ ex bonis hæreditariis, quondam Josephi Leoni, veluti incompetens, & indebita, denegata fuit Ecclesiæ Archipresbyterali S. Petri in Castro Prænestino in Prænestina Fundationis Beneficii 4. Decembris pag. 79. ad I. dub.

Quoad autem legatum scutorum 200. per dictum Testatorem relictum Rosæ del Letto & per ipsius obitum caducatum responsum fuit non deberi prædictæ Ecclesiæ, sed potius accrescere dotem beneficii in eadem Ecclesia erigendi Ibid. ad II. dub.

Dismembratio Parrochialis Ecclesiæ S. Martini loci Bitontini, & respective erectio Ecclesiæ Spiritus Sancti in novam Parrochialem pluties superiori anno denegata, cum denuo expeteretur, responsum fuit in decisis, & deputandum esse Ecclesiæ Ripariæ Cappellanum nominandum a Præposito Ecclesiæ Birentinæ, approbandumque ab Episcopo, neque amovendum, nisi de licentia ejusdem, sumptibus autem Præpositi, & cum facultate administrandi Sacramenta (exceptis Baptismate extra casum necessitatis, & Matrimonio) salvis Juribus Parrochialibus in Comen. dismembrationis 7. August. pag. 50. & 51.

Super Dispensatione ab irregularitate incursa a Clerico Hieronymo Sintronich alias Alvevich, quam sub die 12. Jan. 1734. Sacra Congreg. jam denegaverat, consulendum esse Sanctissimo pro illius concessione ad cautelam, rescripserunt Eminentissimi Patres, in Spalaten. irregularitatis 28. Aug. pag. 54. cum seq.

Distributiones quotidianas, jam maturatas solvere injunctum fuit Primicerio, & Canonicis deputatis Ecclesiæ Collegiatæ Terlitii, una cum lege ne expensæ futurarum litium detrahi possent ex distributionibus quotidianis, sed esse recurrendum in casibus particularibus in Juvenacen. distributionum quotidianarum 3. Apr. & 29. Maii pag. 19. & 30. cum seq. ad bina dub.

Dominium, pertinentiaque Cappellæ S. Egidii sitæ in Parrochiali Ecclesia S. Jacobi majoris favore Religionis Hierosolymitanæ denegata fuit; illiusque tamen Commendatori, sublata Jurisdictione data fuit independenter a Parochio facultas celebrare faciendi in eadem Cappella Missas, ac peragendi in ea omnes alias Ecclesiasticas functiones Commendæ incumbentes, dummodo tamen non impedirentur functiones Parrochiales in Placentina Jurisdictionis 4. Decemb. p. 70. cum seq. ad I. & II. dub.

Prædictoque Parocho nec fuit concessa præferentia in celebratione dictarum Missarum & functionum, data etiam facultate Reverendissimo Placentino Episcopo suo jure visitandi eamdem Cappellam seu Altare S. Egidii ibid. ad III. & IV. dub.

E

ECclesiam S. Stephani loci Segestri Brugnatensis Diœcesis responsum fuit esse Plebanam, sed tamen illius Rectori, sicuti pariter alio S. Mariæ de Nazareth denegata fuit delatio Rochetti cum parva Mantelletta seu Cappino in functionibus Ecclesiasticis in Brugnaten.

Plebanatus, & Præeminentiarum 20. Novembris pag. 64. cum seq. ad I. & VI. dub.

Eleemosynam, quam pro applicatione alterius Missæ ultra illam Conventualem dictim pro populo a Capitulo applicandam, expostulabat Canonicus Parochus Ecclesiæ Cathedralis Hortanæ non esse persolvendam definitum fuit in Hortana 13. Febr. pag. 9.

Emolumentum pro tumulatione Cadaverum in Ecclesiis Regularibus nequit a Parochis prætendi majus illo, quod accipiunt, quando Cadavera in Ecclesiis Sæcularibus sepeliuntur in Hortana Funerum 2. Apr. p. 22. cum seq.

Erectio legati pii cum onere Missarum a Testatore ordinati post mortem suorum consanguineorum, permissa eisdem præventive fuit cum augumento propriorum omnium bonorum reservato etiam vita ipsorum durante usufructu in Viterbien. 29. Maii pag. 30.

Erectio Hospitalis S. Petri Villæ Matriti sub Instituto Ven. Congregationis Presbyterorum confirmata fuit non autem suppressa salva auctoritate Ordinarii ad formam Concilii, & dummodo redditus prioris Instituti erogarentur in ejusdem adimplementum, ad quem effectum fieret separatio bonorum, cui incumberet Ordinarius in Toletana Jurium Parochialium 20. Novemb. pag. 65. cum duabus seqq.

Prædictoque Hospitali seu Congregationi concessum fuit Indultum administrandi Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ etiam per viaticum, retinendi Oleum Sanctum, illudque administrandi Sacerdotibus infirmis in eodem Hospitali de licentia Parochi S. Sebastiani ibid. ad II. & III. Dub.

Pro satisfactione autem præcepti Paschalis Indultum fuit denegatum, illudque tantum concessum quoad Sacerdotes infirmos de licentia prædicti Parochi ibid. ad IV. Dub.

Jus etiam sepelliendi tam Confratres, Ministros, aliosque in Hospitali decedentes, quam alios decedentes in quacumque Parochia, & sepulturam eligentes in dictis Ecclesia, & Hospitali cum eadem independentia a Parocho, seu Parochis eorumdem, & absque ipsorum interventu, & Cruce tam in associando, quam sepeliendo Cadavera una cum emolumentis competentibus aliis Ecclesiis & Hospitalibus exemptis a Jurisdictione Parochi, Sacra Congregatio indulsit quoad Sacerdotes infirmos in Hospitali decedentes, in reliquis negativam protulit sententiam ibid. ad V.

Quoad vero expositionem Sanctissimi Sacramenti Sacra Congregatio respondit arbitrio Ordinarii, cui etiam dedit onus providendi circa alias exemptiones, & privilegia a fæpedicto Hospitali, seu Congregatione expetita, salvis semper juribus parrochialibus ibid. ad VII.

Erectio Tertii Ordinis nuncupati de Pœnitentia quæ sicuti non competit Patribus Minoribus de Observantia privative quoad Patres Minores Excalceatos dicti Ordinis, ideo non fuit impartita suppressio Tertii illius Ordinis erecti a dictis Patribus Minoribus Excalceatis in Villa Penaranda, uti nec alterius similis erecti a Patribus Minoribus de Observantia in Salamantina Erectionis 20. Martii p. 15. ad trina dubb.

Erectio Thesaurariatus dignitatis non necessaria, & cum tenui doris assignatione expetita, denegata fuit in Puteolana Erectionis Thesaurariatus 18. Decemb. pag. 75. ad tria dub.

F

Falcidiæ detractio ex bonis hæreditariis quondam Josephi Leoni veluti incompetens, & indebita denegata fuit Ecclesiæ Archipresbyterali S. Petri in Castro Prænestino in Prænestina fundationis Beneficii 4. Decemb. p. 70. ad I. dub.

Legatumque scutorum 200. per dictum Testatorem relictum Rosæ del Letto, & per ipsius obitum caducatum, responsum fuit non deberi prædictæ Ecclesiæ, sed potius accrescere dotem Beneficii in eadem Ecclesia erigendi ibid. ad II. dub.

H

Hæreditatem qu. Nicolai Marrubii jussit Sac. Congregatio esse deferendam Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Carbii, nullibi obstante decreto applicationis dictæ hæreditatis facto ab Ordinario ad effectum erigendi præbendam Theologalem. Illius tamen contemplatione celebrandas esse tres Missas lectas hebdomadales per Turnum cum uno Anniversario in die obitus Testatoris in Narnien. 8. Maii p. 25. ad bina dubb.

I

Immunitas a decimis, quam ex transactione alias facta, Indultoque iccirco obtinendo impartiri expostulabatur Sac. Congr. non fuit concessa in Oxomen. Indulti 30. Jan. & 3. Apr. pag. 3. & 19.

Indultum quoad solutionem decimarum, observantiamque transactionis hac de causa jam factæ denegatum fuit in Oxomen. Indulti 30. Jan. & 3. Apr. pag. 3. & 19. cum seq.

Indultum vacandi a Choro, divinisque Officiis haud interessendi ex causa adversæ valetudinis concessum fuit una cum elargitione omnium emolumentorum, exceptis autem iis, quæ sive ex dispositionibus Testatorum, sive ex statuto & consuetudine Ecclesiæ deberentur tantum actu inservientibus, onerata e contra Oratoris conscientia, & durantibus infirmitatibus arbitrio Episcopi in Aquilana Indulti 26. Junii pag. 38. ad I. Dub.

Indulto vacationis quinquaginta dierum a servitio Ecclesiæ præstando frui æqualiter etiam debent Coadjutores Ecclesiæ Cathedralis Civitaten.; dummodo tamen Coadiuti illo non utantur, Ecclesiæque inserviant in Civitaten. Indulti 20. Martii pag. 18.

Inscriptiones in omnibus actibus capitularibus Capituli Cathedralis Urbaniæ faciendas esse voluit Sac. Congr. sub nomine Præpositi, Dignitatum, & Canonicorum in Urbanien. inscriptionis 38. Decemb. pag. 76. cum seq.

Interdictum, censuraſque latas contra PP. Conventuales S. Francisci Assisiensis Castrivillarum non sustineri placuit Sacræ Congregationi, dixitque ad mentem, quæ fuit quod PP. Conventuales peterent veniam ab Episcopo, & removeretur illorum Guardianus, dato etiam onere pro tali exequutione ad Eminentissimum Præfectum cum Procuratore Generali illius Ordinis in Cassanen. Censuratum 7. Aug. p. 49.

L

Legati Sacrorum erectio post mortem suorum Consanguineorum a Testatore ordinata, permissa eisdem præventive fuit cum augumento propriorum omnium bonorum, reservato etiam vita ipsorum durante usufructu in Viterbien. 29. Maii pag. 30.

Legatum Turris Molæ pro tot subsidiis dotalibus præstandis relictum; sicuti incipiebat non a fundi assignatione, sed statim ab onere, & dein separata, distinctaque oratione sequebatur fundi assignatio, definitum fuit stare demonstrative non autem taxative in Romana seu Bononien. Legati 20. Novemb. p. 64.

M

Massæ Capitularis participatio absque dubio prout solitum debetur Archiepiscopo Rossanen. etiamsi servitio Chori, statisque horis præsto non sit, neque cogendus ullo modo erit ad restitutionem portionum perceptarum pro rata temporis qua horis Canonicis non interfuit in Rossanen. juris participandi 20. Martii pag. 14. ad bina dub.

Matrimonium fraudolenter, & absque proprii Parochi præsentia contractum, irritum existimatum invalidumque fuit in Monasterien. seu Paderboneu. Matrimonii 7. Aug. pag. 49.

Matrimonium, quod ex visibili præsumpta impotentia, ineptiaque Viri dissolvere quærebatur, sustineri voluit Sac. Congregatio in Plocen. Nullitatis Matrimonii 3. Apr. pag. 20.

Matrimonium quod ex illato stupro, solitis licet non intervenientibus sollemnitatibus Clericus coram evocato inscioque Parocho contraxerit, validum permansit in Tarentina Matrimonii 29. Maii & 17. Jul. p. 30. & 45. cum seq.

In Matrimonio, quod ex concursu alterius jam pridem contracti, sed irriti prætensi expostulabatur Decisio Sacri hujus Senatus responsum fuit non constare de nullitate primi Matrimonii in Granaten. Matrimonii 18. Decemb. pag. 76. cum seq.

Matrimonium vi metuque contractum, nullum, irritumque existimatum fuit in Lucerien. Matrimonii 17. Julii, & 28. Aug. pag. 44. & 55 ad bina dub.

Patres Minores de Observantia Ord. S. Francisci sicuti nullam habent facultatem erigendi Tertium Ordinem nuncupatum de Pœnitentia privative quoad PP. Minores Excalceatos dicti Ordinis, ideo nec erit supprimendus tertius ille Ordo erectus a dictis Patribus Minoribus Excalceatis in Villa Penaranda, uti nec alter similis erectus a Patribus Minoribus de Observantia in Salamantina. Erectionis 20. Martii pag. 15. ad trina dubb.

Missam Parrochialem celebrare tenetur Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis Urbevetanæ, & pro eo alii Coadjutores seu Vicarii, accepta tamen ab eodem-met pro tali applicatione eleemosyna in Urbevetana Missæ Parrochialis 18. Dec. p. 77. cum seq. ad trina dubb.

Missarum onus in legato relictum per q. Scipionem Muratori prævio recessu a decisis dixerunt Eminentissimi PP. non esse perpetuum, sed tantum personale, ideoque expiratum per obitum Sacerdotis possidentis in Romana legati 20. Martii pag. 15.

Monaci Monasterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii sicuti non tenentur solvere taxam Seminario Militen. pro Grancia, & Ecclesia Scalici; ita ordinatum fuit ab eodem Seminario restituendos ducatos 27. e præfatis Monacis anno præterito exactos in Militen. taxæ 4. Decemb. pag. 70. ad I. & II. Dub.

Monasticam vitam Puellis cum beneficio cujusdam subsidii dotalis suscepturis voluit Sacra Congregatio ut præfigeretur tempus

pus unius anni a die nominationis, contemplata tamen ætate conciliari, & non nominatis nisi quæ duodecimum ætatis annum expleverint in Firmana subsidiorum dotalium 26. Junii pag. 39. cum seq.

N

IN nullitate concursus ex defectu & inobservati super doctrina, ac moribus examinis, & Examinatorum a Sac. Trid. Concil. requisitorum responsum fuit esse locum sanationi ad Cauthelam, & ad mentem in Policastren. Parrochialis 18. Sept. pag. 59.

O

ONus Sacrorum in legato relictum per quondam Scipionem Muratori prævio recessu a decisis duxerunt Eminentissimi PP. non esse perpetuum, sed tantum personale, ideoque expirátum per obitum Sacerdotis possidentis in Romana Legati 20. Martii pag. 15.

P

PArochis secularibus Terræ Suriani vetitum fuit prætendere ab hæredibus defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepeliuntur in Ecclesiis Regularibus, quam accipiant quando in Ecclesiis secularibus dictæ Terræ tumulantur in Hortana Funerum 3. Apr. pag. 22. cum seq.

Prælatio in deliberatione assis hæreditarii relicti cum onere legati pii elargita fuit Capitulo Cathedralis Cinguli hærede jam substituto, facta tamen per illud obligatione Sacra celebrandi juxta numerum præscribendum ab Episcopo pro rata redituum correspondentium capitali oblato ab alio licitatore, ad rationem trium scutorum pro centenario, & eleemosynæ perpetuæ absque spe reductionis ex causa deteriorationis bonorum in Cingulana Prælationis 29. Maii p. 32. cum seq.

Præpositus, Cappellanique Coadjutores Ecclesiæ Parrochialis SS. Felicis & Adaucti, attento decreto Episcopi Justiniani immunes declarati fuerunt ab Applicatione Sacrorum, sita ut possent recipere eleemosynam ab offerentibus, accepto tamen onere duorum Anniversariorum unius nempe pro Joanna Cercllna, alterius pro Benefactoribus, factoque verbo cum Sanctissimo in Veronen. 26. Junii pag. 40. cum duabus seq. ad bina dubb.

Presbyteri, qui ex decretis Episcopi Aurien-sis, uti male ordinati cum litteris dimissoriis Vicarii Commendæ Hictosolymitanæ de Pazzos, suspensi a Sacris Ordinibus censuriisque dein legati declarati fuerant, cum recursum ad Eminentissimos PP habuerint, recipierunt suspensa exequutione decretorum ad Mentem: & Mens fuit, quod tales presbyteri exhiberent seorsim titulos, & documenta suæ ordinationis, coram Ordinario, qui procederet prout de jure ad declarationem in Aurien. Ordinationum 8. Maii pag. 25.

Primicerio, Canonicisque deputatis Ecclesiæ Collegiatæ Terlitii injuncta fuit solutio distributionum quotidianarum, impositaque lex ne expensæ futurarum litium detrahi possent ex distributionibus quotidianis, sed esse recurrendum in casibus particularibus in Juvenacen. distributionum quotidianarum 3. Apr. & 29. Maii pag. 19. & 30. ad bina dub.

Primiceriatus dignitatis assequutionem, & retentionem cum aserta præbenda de jure Patronatus illius Capituli semel superiori anno denegatam Canonico Theologo Ecclesiæ Cathedralis Castrimaris iterum expolcitam non indulsit Sacr. Congr. in Castrimaris Primiceriatus 13. Febr. pag 9.

Priori insignis Collegiatæ Ecclesiæ SS. Petri, & Dalmatii Alexandriæ, attenta conventione jam facta sub die 25. Septemb. 1740. non fuit permissum vocare ad funera Sacerdotes sibi benevisos, & quoad pertinentiam ceræ gestatoriæ, quam Cappellani prætendebant existimatum fuit, ut partes devenirent ad conventionem juxta concordiam, & interim servaretur solitum in Alexandrina funerum 28. Aug. pag. 53. ad III. dub.

Professio, quæ ex sententia Abbatis Generalis Ordinis Præmostratensis, uti irrita, & contra illius ordinis Constitutiones emissa declarata fuerat; expolcita dein super talis sententiæ validitate, S. Congr. resolutum fuit, supplicandum esse Sanctissimo pro ejusdem sanatione in Namurcen. 30. Jan. p. 1.

Professio ex vi metusque paterno emissa, nulla existimata fuit, data etiam facultate, onereque Episcopo procedendi contra Patrem prout de jure in Lancianen. Restitutionis in integrum 13. Februarii pag. 9.

Puellis quæ cum beneficio cujusdam legati Monasticæ vitæ nomen dare vellent rescriptum fuit esse præfigendum tempus unius anni a die nominationis, contemplata tamen ætate conciliari, & non nominatis nisi, quæ duodecimum ætatis annum expleverint in Firmana subsidiorum dotalium 26. Junii pag. 39. cum seq.

Re-

R

Reductio missarum attenta disparitate reddituum, & onerum ferendorum concessit Sac. Congregatio *Parocho* Ecclesiæ erectæ in Pago, qui dicitur Montefune Imolen. Diœcesis una cum liberatione à præstatione annuæ summæ scutorum 11. Hospitali della *Scale:ta* debitæ in Imolen. Reductionis Missarum, & liberationis oneris 7. Aug. pag. 49. ad bina dubb.

Resignatio Parrochialis Ecclesiæ Spiritus Sancti della Fontana de iurepatronatus Artificum vulgo Bottari facta per Dominum Raymundum de Turtis non fuit approbata in Castrimaris Resignationis Parrochiæ 17. Jul. & 18. Sept. pag. 45. & 59.

Restitutio in integrum adversus invalidam professionem ex vi metuque patris emissam elargita fuit, data etiam facultate, onereque Episcopo procedendi contra Patrem ptout de jure in Lancianen. Restitutionis in integrum 13. Febr. pag. 9.

Restitutio in integrum adversus Religiosam professionem vi, metuque editam non fuit denegata in Mediolanen. Restitutionis in integrum 17. Jul. p. 44.

Restitutionem in integrum adversus religiosam professionem ante debitam completam ætatem, & vitiorum Corporis obstante affectione emissam non denegavit Sac. Congreg. in Cosentina restitutionis in integrum 4. Decembris pag. 71.

Restitutio in integrum adversus prætensam invalidam Monasticam professionem ex causis vis & metus, super qua, ex maxima Oratricis inopia confectionem, transmissionemque integri necessariique processus impediente, data fuerat omnis cognoscendi, deliberandique facultas Archiepiscopo Provisori Hispalis non fuit concessa in Hispalen. Restitutionis in integrum 28. Aug. p. 53. cum seq.

S

Sacrorum onus in legato relictum per quondam Scipionem Muratori prævio recessu a Decisis duxerunt Eminentissimi Patres non esse perpetuum, sed tantum personale, ideoque expiratum per obitum Sacerdotis possidentis in Romana Legati 20. Martii pag. 15.

T

Taxam Seminario Militen. solvere non tenentur Monaci Monasterii *S.* Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii pro Grancia, & Ecclesia Scaliti in Militen. taxæ 4. Decembris pag. 70. ad I. dub.

Idcirco statutum fuit ab eodem Seminario restituendos ducat. 27. e præfatis Monacis anno præterito exactos ibid. ad II. dub.

V

Vacatio a Choro, divinisque officiis haud interessentia ex causa adversæ valetudinis concessa fuit una cum exactione omnium emolumentorum, exceptis autem iis, quæ sive ex dispositionibus Testatorum, sive ex statuto, & consuetudine Ecclesiæ deberentur tantum actu inservientibus, onerata etiam conscientia Oratoris, & durantibus infirmitatibus arbitrio Episcopi in Aquilana Indulti 26. Junii pag. 38. cum seq. ad bina dub.

In voluntate quondam Canonici Martini de Dominis commutanda, Sacr. Congr. respondit consulendum esse Sanctissimo juxta mentem Eminentissimo Commendatario communicandam; in reliquis vero rescripsit ad Judices suos, dato tamen onere Eminentissimo Abbati, ut interim incumberet administrationi, & indemnitati hæreditatis, etiam cum facultatibus *Sacræ* Congregationis in Nullius Terræ Pontiani Commutationis 30. Jan. p. 1. cum seqq.

Unio Cappellaniæ Iutipatronatus activo, & passivo subjectæ, quam ex asserta redituum tenuitate prætendebat Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Malleani denegata fuit in Sabinen. Unionis 18. Sept. pag. 59.

Unio Cleri Terræ Camerotæ, pro Gubernio, & Servitio trium Ecclesiarum *Parochialium*, earumque animarum cura ad solum Archipresbyterum Curatum præfetvata, quam nimia ductus sacerdotum caritate Episcopus Sanctonius decreto suo ordinavetat, confirmata fuit in Policastren. Iutium Parrochialium 29. Maii pag. 34. cum seq. ad I. dub.

Presbyterisque quibus pro observantia dicti decreti committi solet custodia duarum Ecclesiarum iis annis, quibus in eisdem non celebrantur Divina Officia, nec Sacramenta administrantur, prohibitum fuit se denominari, ac subscribi Parochos, ac in illis munia Parrochialia absque licentia, & consensu Archipresbyteri exercere, stolam in processionibus deferre, ac præcedentiam supra ceteros antiquiores presbyteros prætendere ibid. ad II. & III. dub.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM S. CONGREGATIONIS

OBEUNTE

R^MO P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub Annum 1746. propositis

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, aliisque in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, & necessarius.

TOMUS DECIMUSQUINTUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI

LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCXLVI.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali.

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

INDEX
RESOLUTIONUM

Sacræ Congregationis Concilii a menſe Januarii 1746. per totum menſem Decembris ejuſdem Anni ordine alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

A

ABellinen. Eleemoſ. Miſſæ Conventualis 6. & 27. Aug. & 19. Nov. 1746. pag. 52. 55. & 63.
Albintimilien. Cenſurarum 18. Jun. pag. 43.
Amerina Miſſæ Conventualis 12. Februar. & 12. Mart. pag. 12. & 14.
Anglonen. Parrochialis 12. Martii pag. 15.
Aquilejen. Suſpenſionis a Divinis 12. Febr. 12. Mart. 30. Ap. 9. Jul. & 6. Aug. p. 11. 14. 26. 47. & 50.
Aquinaten. 19. Nov. pag. 67.
Ariminen. ſeu Feretrana Ordinationis 10. Dec. pag. 72.

B

BErgomen. Ordinationis, ſeu Literarum Teſtimonialium 18. Jun. pag. 45.
Brixien. Reſtitutionis in Integrum 19. Nov. & 10. Dec. p. 65. & 71.
Burgi Sancti Donnini emphytheuſis 19. Nov. pag. 66.

C

CÆſenaten. 12. & 26. Martii pag. 18. & 20.
Carpenctoracten. 30. Aprilis, & 18. Jun. pag. 27. & 41.
Cephaluden. Reſtitutionis in Integrum 14. Maii pag. 35.
Civitaten. Juris Mulctandi 22. Jan. & 12. Mart. pag. 1. & 15.
Colonien. Legitimitatis Prolis 22. Jan. & 12. Febr. pag. 7. & 10.
Conſtantien. Juris Approbandi Confeſſarios 18. Jun. & 6. Aug. p. 43. & 51.
Culmen. 19. Nov. pag. 66.

E

EUgubina Præfecturæ Chori 12. Mart. pag. 34.

F

FAnen. Oratorii 14. Maii p. 34.
Fanen. Procurat. 28. Maii p. 36.
Faventina Præeminentiarum, & Jurium Parrochialium 30. Apr. & 14. Maii pag. 28. & 31.
Ferrarien. Beneplaciti Apoſtolici 14. Maii pag. 34.
Florentina Exequutionis Brevis 26. Mart. & 30. Apr. p. 21. & 25.
Friſingen. 17. Sept. p. 59.

G

GEbbenen. 9. Jul. pag. 49.

H

HIſpalen. Reſtitutionis in integrum 26. Mart. & 17. Sept. p. 20. & 59.

I

JAnuen. Matrimonii 28. Maii, pag. 39.

L

LArinen. 30. Apr. 14. Maii, 18. Junii, & 9. Julii p. 29. 32. 42. & 46.
Lisbonen. 17. Sept. pag. 59.
Lycien. Cantoratus 30. April. 14. Maii, 9. Julii, & 6. Aug. pag. 29. 32. 47. & 51.

Ma-

M

MAceraten. Cappellaniæ 17. Sept. p.62.
Militen. Taxæ 26.Mart. 28.Maii,& 18.Jun. p.21. 37. & 41.
Minerbinen. Archipresbyteratus, 10. Dec. p.71.
Montis Politiani Erectionis Cappellaniæ 10.Dec. p.73.

N

NAmien. Matrimonii 6. Aug. pag.57.
Neapolitana Impedimenti Criminis 26.Mart. p.21.

P

PArisien.Nullitatis Ordinis Subdiaconatus 28.Maii p.39.
Patavina Restitutionis in Integrum 17.Sept. p.60.
Plocen. Separationis Thori 22.Jan. & 12.Febr. p.3. & 10.
Policastren.Parroch. 28.Maii p.38.
Policastren. Præeminentiarum, & Jurium Parrochialium 22.Jan. & 28.Maii p.2. & 28.
Polymnianen. Juris Quæstuandi, & Processionum 26.Mart. & 30.Ap. p.24. & 25.
Posnanien. Visitationis Sacrorum Liminum 22.Jan. & 12.Februar. p.5. & 10.
Prænestina Fundationis Beneficii, 12.Mart. p.15.
Pragen.Dispensationis 6. & 27.Augst. p.53. & 55.

R

ROmana Cappellan. 22.Jan.p.1.
Romana Reductionis 22. Januar. & 12.Febr. p.4. & 10.
Romana, seu Januen. Legati 6.Augst. & 19.Nov. p.51. & 63.
Romana Subsidii Dotalis 12. & 26. Mart. 27.Aug. & 17.Sept. p.17. 19.55. & 58.
Rom. Subsidior.Dotal. 9.Jul.p.48.
Rossanen.Juris Participandi 18.Jun. & 9.Jul. p.42. & 46.
Rossanen. Restitutionis in Integrum 27.Aug. p.55.

S

SAgonen. 10.Dec. p.75.
Sancti Marci Restitutionis in Integrum 12.Febr. 12.Mart. 14.Maii 18.Jun. & 6. Aug. p.13. 14. 33. 42. & 50.
Sarsinaten. Contributionis 22. Jan. & 12.Febr. p.9. & 11.
Sedunen. Funeralium 28.Maii p.40. 18.Jun. p.41.
Spoletana Distributionum Quotidianarum 26.Mart. p.20.
Spoletan. Procurationis super Contributione 26. Mart. & 30.April. p.22. & 25.
Stagnen. 19.Nov. p.68.

T

THeatina Erectionis Theologalis 10.Dec. p.74.
Toletana Jurium Parrochialium, sive Hospitalis, & Privilegiorum 28. Maii, 9. Julii, & 27. Aug. p.36. 47. & 55.
Trisingen 17.Sept. p.58.
Triventina Nullitatis Matrimonii, 30. April. 14.Maii, & 27.Aug. p.30. 33. & 55.

V

VEnefrana Plurium 19.Nov. & 10.Dec. p.63. & 69.
Ugentina Censurarum 17.Septemb. pag.61.
Vigilien. Servitii Chori 17. Sept. pag.60.
Urbevetana Attentatorum 6. Aug. pag.52.
Urbinaten. Visitationis Sacrorum Liminum 10.Dec. p.76.
Wormatien. Jurisdictionis 14. Maii 9.Jul. 6. & 27.Aug. & 17. Sept. p.33. 46. 55. & 58.

Z

ZAmoren. Unionis 22.Jan., & 12.Febr. p.8. & 10.

Die

Die Sabbathi 22. Januarii 1746.

CIVITATEN. JURIS MULCTANDI: Satis perſpicue omnia, quæ in hac Cauſa cognoſcenda ſunt, expreſſa fuerunt *in Folio Congregationis* habitæ *die* 4. *Decembr. anni nuper tranſacti*, ut poſſint Eminentiſſimi Patres Folium illud iterum legere, quo decernant. *Seſſ. 24. c. 2. Seſſ. 22. cap. 6. de Ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima poſt Cineres.

ROMANA CAPPELLANIARVM: Propoſita fuit in Congregatione habita *die* 7. *Februarii anni* 1744 Cauſa Romana Legati, in qua duo hæc capita diſputabantur. I. An Miſſæ ordinatæ in Teſtamento bo. me. Canonici Paſqua celebran. in Baſilica SS. Laurentii, & Damaſi per Cappellanos Chorales ejuſdem Baſilicæ ob deficientiam, ſive incapacitatem unius, vel plurium dict. Cappellanorum celebrandæ ſint per Beneficiatos, Clericos Beneficiatos, & Cappellanos Valtrinos, & quatenus affirmative. II. An Eleemoſyna Miſſarum ſolvenda ſupradictis Beneficiatis, & Cappellanis Valtrinis taxanda ſit ad rationem Julii unius, ſive obulorum ſexdecim cum dimidio pro qualibet Miſſa juxta diſpoſitionem Canonici Paſqua in caſu &c. his Dubiis reſponſum fuit ab Eminentiſſimis Patribus: *Ad I. Affirmative: Ad II. negative quoad primam partem, & affirmative ad ſecundam*, ut cognoſcere poterunt Ampliſſimi Patres ex *Vol. XIII. Theſaur. Reſol. Sac. Congreg. pag.* 43. poſt hæc reſponſa Beneficiati, Clerici Beneficiati, & Cappellani Valtrini, adito Tribunali A. C. eorum exequutionem poſtularunt, quam obtinuerunt lata ſententia. Vbi vero id reſciverunt Canonici ejuſdem Baſilicæ, quibus a Canonico Paſqua Teſtatore datum fuit jus, & facultas eligendi Cappellanos Chorales, qui ſacra agerent, & Michael Bordragus Cappellanus ab iiſdem Canonicis dudum electus, ejuſque Cappellaniæ titulo ſacris Ordinibus honeſtatus, atque etiam Clericus Franciſcus Rota Cappellanus ſimiliter probatus, qui omnes, ut opus erat, non fuerant ad Judicium vocati, continuo petierunt, & ut par erat, impetrarunt facultatem jura ſua Sacro huic Tribunali proponendi. Nunc igitur dato libello poſtulant primo capite retractari Judicium, & ut Eminentiſſimi Patres ſententiam mutent, altero vero capite contendunt Cappellanos Chorales electos, qui vel abſentiæ, vel alia quavis cauſa ſacra agere non poſſint, facultatem habere onus a Teſtatore injunctum implendi per alios, quos ipſi velint, Sacerdotes, neque adigi poſſe, ut utantur Beneficiatis, & Cappellanis Valtrinis, qui a Teſtatore deſignati fuerunt, eo dumtaxat caſu, quo electio Cappellanorum Choralium acta non fuiſſet, vel irrita, quia non eſſent idonei, ut diſerte ſeſe Teſtatorem explicare ajunt. Perpenſis itaque verbis Teſtamenti, iiſque rationibus, quæ in hoc libello proponuntur, jura namque Beneficiatorum Collegii Valtrini hactenus non habuimus, & repetita demum lectione *Folii primæ Propoſitionis hujus Cauſæ*, Ampliſsimi P. reſpondere poterunt. *Seſſ. 22. Decr. de evit., & obſerv. in cel. Miſſ.*

I. An ſit ſtandum vel recedendum a Deciſis, & quatenus affirmative ad primam partem.

II.[2] An Cappellani Chorales in casu absentiæ, seu alterius legitimi impedimenti possint Missas celebrare per alios, seu potius Missæ sint celebrandæ per Beneficiatos, Clericos Beneficiatos, & Cappellanos Valtrinos in casu &c.

Ad I. in decisis quoad utrumque Dubium. Ad II. Negative ad primam partem, & Affirmative ad secundam.

Sess. 5. c. 2. Sess. 25. c. 13. de Reg.

POLICASTREN. PRÆEMINENTIARVM, ET JVRIVM PAROCHIALIVM: Si quæ in hac causa sunt, quæ longissimis hinc inde onerantur Libellis, referenda essent, non Folium dandum esset, sed integrum volumen; satis igitur erit aliqua dicere, ut sciant Amplissimi Patres id, de quo debent cognoscere, cætera enim rescire poterunt lectione eorumdem Libellorum, ut XIV., quæ inferiori loco subjicimus, controversiæ capita, ea qua præstant, Jurisprudentia definiant. Ad ea itaque amovenda dissidia, quæ oriebantur, cum una convenirent sacris solemnis agendis duo Cleri Civitatis Riveliæ separatis Ecclesiis addicti, altera D. Mariæ *de Podio*, altera D. Nicolai, satius putarunt Archipresbyter, & Clerus Ecclesiæ D. Mariæ *de Podio* Sacratissimum Principem nostrum libello adire, quo postulabant facultatem sibi dari Functiones omnes Ecclesiasticas agendi distincte, & separatim ab altero Clero D. Nicolai. Postulationis hujus cognitio ad Amplissimos Patres data fuit, a quibus auditus est, ut fieri solet, Episcopus primum *die* 13. *Julii anni* 1743. qui cum audito Clero D. Nicolai, secundum alterum respondisset, placuit Eminentissimis Patribus *die* 10. *Martii anni* 1744. rescribere: *ad Episcopum pro meliori informatione circa Processiones, aliasque Functiones, quæ fiunt ab utraque Ecclesia*. Epistola Episcopi adventa, plures proponebantur disputationes, sed inutilibus rejectis, omnes XIV. Capitibus collectæ fuerunt, de quibus, ut integra haberetur Episcopi sententia, tertio opus fuit eum rogare *die* 27. *Junii anni nuper transacti*, qui singulis capitibus respondit: Capita itaque illa XIV. hæc sunt.

I. An Processiones ordinariæ in diebus S. Marci, Rogationum, & Corporis Domini fieri debeant conjunctim ab utroque Clero Sancti Nicolai, & Sanctæ Mariæ juxta solitum, sive potius sit indulgenda petita facultas Clero Sanctæ Mariæ eas separatim explendi; *& quatenus Affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam.*

II. An dictæ Processiones incipere, & terminare debeant in Ecclesia Sancti Nicolai, & Clerus Sanctæ Mariæ teneatur incedere sub propria Cruce ante Clerum Sancti Nicolai, vel sit servandum solitum in omnibus in casu &c.

III. An Clerus Sanctæ Mariæ teneatur accedere juxta solitum ad Processionem, quæ fit in Dominica Palmarum, & ad alteram, quæ fit in die Ascensionis, & quo loco convenire debeat in casu &c.

IV. An & in quam pœnam inciderit Clerus Sanctæ Mariæ ob non accessum ad dictam Processionem in die Dominica Palmarum anni 1744. in casu &c.

V. An, & in quas pœnas inciderit Clerus Sanctæ Mariæ ob expletas ordinarias Processiones anno 1744. separatim a Clero S. Nicolai in casu &c.

VI. An, & quas Processiones liceat Clero S. Mariæ separatim explere, & in quam distantiam eas ducere in casu &c.

VII. An in Festo S. Nicolai teneatur Clerus S. Mariæ etiam non vocatus accedere ad ejus Ecclesiam juxta solitum, & assistere primis Vesperis, & Missæ Solemni, & Clerus S. Nicolai ea occasione teneatur distribuere singulis de Clero S. Mariæ solitas Candelas in casu &c.

Ad

VIII. An Clerus S. Nicolai saltem vocatus teneatur accedere ad Ecclesiam S. Mariæ, ibique assistere secundis Vesperis Dominicæ, & Missæ Solemni feriæ secundæ Pentecostes, ac etiam primis Vesperis, & Missæ Solemni Assumptionis B. M. V. in casu &c.

IX. An Archipresbyter, & Clerus S. Mariæ tam in Vigilia Nativitatis Domini, quam in Sabatho majoris hebdomadæ teneatur præstare Archipresbytero S. Nicolai Candelas longitudinis palmorum septem Cereæ usualis, bina buccellata panis, unamque Gallinam in casu &c.

X. An Archipresbyter S. Mariæ teneatur recipere Olea Sancta ab Archipresbytero S. Nicolai, sive potius ei licitum sit ea sumere ab Ecclesia Cathedrali in casu &c.

XI. An, & cui Ecclesiæ competat Jus antepulsandi Campanas in die Sabathi Sancti, & quatenus Ecclesiæ Sancti Nicolai, an constet Clerum S. Mariæ antepulsasse Campanas anno 1744. & an inciderit in pœnam Ducatorum centum in casu &c.

XII. An Clero Sanctæ Mariæ liceat habere proprium Concionatorem tempore quadragesimali in propria Ecclesia, seu potius adhibendus sit unus idemque Concionator distinctis diebus in utraque Ecclesia in casu &c.

XIII. An Presbyteri Cleri S. Mariæ teneantur cum assistentia ipsius Cleri primam missam sive lectam, sive cum Cantu celebrare in Ecclesia S. Nicolai in casu &c.

XIV. An, & sub qua pœna prohibendum sit Archipresbytero, & Clero S. Mariæ de nominare propriam Ecclesiam matricem majorem, ac Collegiatam insignem in casu &c.

Ad I. affirmative ad primam partem: & negative ad secundam. Ad II. & III. servetur solitum. Ad IV. & V. negative. Ad VI. Licere de licentia Episcopi, & quoad distantiam juxta solitum. Ad VII affirmative ad utramque partem. Ad VIII. affirmative, dummodo Clerus S. Nicolai invitetur. Ad IX. Iterum proponatur. Ad X. Servetur solitum. Ad XI. Competere Ecclesiæ S. Nicolai, & horam designandam esse ab Episcopo, & in reliquis negative. Ad XII. affirmative de licentia Episcopi, dummodo stipendium solvatur ab Ecclesia S. Mariæ. Ad XIII. negative. Ad XIV. affirmative sub pœnis arbitrio Episcopi.

PLOCEN. SEPARATIONIS THORI: Postquam Barbara Szymanovuskia in Congregatione habita *die 3. Apr. anni superioris* victa fuit in dubio, quod tunc proponebatur - *An sit locus dissolutioni Matrimonii*. Responderunt enim Amplissimi Patres - *Negative, & amplius*, ut omnis Causæ species cognosci potest ex *Vol. XII. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag.* 214. & ex *Vol. XIII. ejusdem Thesaur. pag. 1. folio diei 3. Aprilis*, novam nunc pugnam instaurat cum imbecilli Viro Adamo Szamokio, petitque Thori separationem. Ratio postulationis hujus est in defectu hastæ virilis, quam Vir misere amisit, & de cujus amissione nulla est dubitatio ex nitidissimis probationibus, quas Barbara dedit in illo Judicio; Arguit igitur separandum esse Thorum, ne Conjuges ex contubernio illo, & lecti societate ad illicitos actus, quique peccatum involvant, devenire possint, quæ fuit Jurisprudentia *Ricciardell. in Lyceo Ecclesiast. tom. 2. cap. 17. §. 1. n. 58. Ex Zacchia quæst. Medico Legal. tom. 2. lib. 9. lit. 3. quæst. 1.* Videant itaque Patres Amplissimi, an legitima hæc causa sit separandi sortem Fœminam ab imbelli Viro, decernantque. *Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

An sit locus separationi Thori in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. c. 12. de ref.

ROMANA REDUCTIONIS. Constitutione Clementis VIII. Pontificis Optimi Maximi lata anno 1597. postulante Odoardo Farnesio S.R.E. Cardinali Amplissimo, cautum fuit, ut ex redditibus Archipresbyteratus Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Eustachii Urbis, cui curam animarum data fuerat, detraheretur una portio Canonicalis ex duabus, quas possidebat, & quarum quælibet reddebat annua sc. 200. nec non Canon perpetuus annuorum sc. 90. hisque redditibus ab Archipresbyteratu detractis erecta fuit Vicaria perpetua, cui datum fuit onus Curæ Animarum, & tria Beneficia Ecclesiastica *Servitoria* lege adjecta, ut Vicarius perpetuus, & Beneficiarii Choro interessent, Sacra quædam agerent, Processionibus adessent, aliaque agerent, quæ in eadem Constitutione relata fuerunt; Dotis vero nomine tradita fuit portio illa Canonicalis, & Canon Mensæ Capitulari, ut a Camerario Capituli solverentur Vicario annua sc. 58., qui ea haberet præcipua ultra habitationem, & Parochialia emolumenta, ac tum Vicario, tum aliis tribus Beneficiariis solverentur alia sc. 224. annua in usum distributionum quotidianarum, ex quibus distributionibus Vicarius dimidiam, singuli vero Beneficiarii integram portionem perciperent juxta providam Ordinationem ab ipso Cardinali Odoardo facien. verba sunt Constitutionis, ac absentium portio præsentibus pro rata accresceret.

Servata fuit ad nostra hæc tempora Constitutionis hujus Sanctio, sed nuper Canonici ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, quibus decreverunt Præbendæ, & Portiones Canonicales suppressione cujusdam Secretariatus Apostolici, quæ facta fuit motu proprio Ven. Servi Dei Innocentii XI. anno 1678. redditus enim Secretariatus illius erat annuorum sc. 1418. nunc vero ex ejus pretio nonnisi annua sc. 330. percipiuntur, libellum obtulerunt Sanctissimo Pontifici nostro, quo petebant diminutionem annuæ illius præstationis adsignatæ Beneficiariis, ne detrimentum redditibus mensæ Capitularis illatum suppressione illius Officii Canonicorum tantum esset, non vero etiam Vicarii, & Beneficiariorum; petebant declarationem, qua Canonici absolverentur a solutione sc. 1. quæ fit Beneficiariis pro qualibet pompa, seu Processione, cum Beneficiarii teneantur absque alio compendio Processionibus adesse, quo impleant onus datum Clementina Constitutione; petebant demum, ut fructus Beneficiorum vacantium, qui, cum vacationes contingerent, distribui solebant inter Beneficiarios, amplius inter eos non distribuerentur, sed in arca, & mensa Capitulari remanerent. Data fuit ab Optimo Principe Eminentissimis Patribus omnis hujusce rei cognitio, a quibus rogatus fuit Nerius Corsinus S.R.E. Cardinalis Amplissimus, & ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Diaconus Titularis, ut de his animi sui sententiam aperiret: Respondit autem disertissima Epistola secundum Beneficiarios censens nihil esse innovandum.

Proponitur nunc itaque Causa tribus complexa Capitibus: Canonici rationes postulationum suarum libello suo defendunt; his respondent alio libello Beneficiarii. Onus igitur erit Amplissimorum Patrum utriusque Partis rationibus expensis decernere.

I. An sit locus reductioni emolumentorum designatorum in Bulla San. mem. Clementis VIII. favore Beneficiatorum Sancti Eustachii Urbis in casu &c.

II. An fructus Beneficiorum vacantium accrescant aliis Beneficiatis, seu potius Capitulo in casu &c.

III. An debeatur a Capitulo eisdem Beneficiatis scutum unum occasione eorum interventus in qualibet ex Processionibus in casu &c.

POSNA-

POSNANIEN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM : Episcopus Posnanienſis, & Varſavienſis in Viſitatrone Sacr. Liminum Sanctam Sedem Apoſtolicam rogat pro reſolvendo caſu infraſcripto in Civitate Varſavienſi frequenti, quem nos verbis ipſius dabimus - „ Sacrum Concilium „ Tridentinum, ſtatuit, ut Matrimoniis aſſiſtat proprius unius ſeu alterius contrahentium Parochus, hic autem a jure duplex eſſe videtur „ alter originis, & alter domicilii: cum vero ad præſentiam S. R. Majeſtatis Varſaviæ plures conveniunt Magnates ex variis Regni Partibus, „ qui habent Palatia Varſaviæ ſita, illaque tanto tempore, quanto Rex „ Varſaviæ reſidet, inhabitant, & ex illa longiori interdum Reſidentia „ domicilium, & Parochiam contrahunt, Sacramenta de Præcepto Eccleſiæ in Eccleſiis Parochialibus percipiunt, intentio illorum reſidentiæ „ & Commorationis in iſta Civitate non eſt determinata, ut ſit perpetua, „ vel ad tempus, cum illa a gratia Regis, & determinio negotiorum dependeat, & in univerſum Magnates Poloniæ præſertim bona in variis „ Diœceſibus habentes numquam habent firmam, & determinatam ſub „ una Parochia reſidentiam, ſed modo hic, modo alibi pro exigentia „ negocii morantur: Unde cum tales, ſive hic Varſaviæ, ſive alibi ſacrum matrimonium inire voluerint, quæritur, quis eorum talium domiciliorum, ſeu domicilii Parochus ſit? An nonne diſpoſitiones Sacrorum Canonum de Vagis ipſis inſervire poſſint, ut ſecundum illarum præſcriptum Matrimonia inter tales celebrari valeant „ - Hæc Epiſcopus: nos autem pauca quædam hic ſubjicere duximus, ut animus Eminentiſſimorum Patrum facilius excitetur ad rem definiendam. *Seſſ. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

Apertam eſſe Tridentini diſpoſitionem, quæ vult præſentiam proprii Parochi, ut matrimonia valide contrahantur, nullus ambigit; quia vero non exprimit, an Viri, an mulieris eſſe debeat, placuit, ut ſi Sponſi diverſæ Parochiæ ſint, alterutrius contrahentium Parochi præſentia ſufficiat, ut pluries declaraſſe Sacrum hunc Senatum refert *Fagnan. in cap. quod nobis de clandeſ. deſponſ.*, atque ita etiam in praxi ſervatur, licet in pluribus locis conſuetudo ſervetur, ut matrimonia coram Parocho Sponſæ contrahantur ex cauſa cujuſdam honeſtatis: honeſtius ſi quidem viſum eſt, ut Sponſus Sponſam in ejus Parochia quærat, quam contra; tum etiam quia hac ratione quævis tollitur inter Parochos Æmulatio, ut recte differit *Venespenius Jur. Eccleſ. Univer. vol. 1. par. 2. tit. 12. ſub num. 5.* At quis ſit, & quomodo proprius Parochus intelligatur, nec expeditam hactenus rem eſſe, neque eamdem regulam in omnibus indiſtincte caſibus locum habere poſſe in comperto eſt, pluresque ob id tum inter Theologos, tum inter Jureconſultos fiunt diſputationes, ut præceteris cognoſci poteſt ex his, quæ tradita ſunt a *Fagnano in cap. ſignificavit num. 22. cum plurib. ſeqq. de Paroch.* atque hac de re collectæ ſunt nonnullæ Sacri hujus Tribunalis declarationes in *Theſaur. Reſol. Sac. Cong. vol. 11. pag. 284.* quas utile erit fidelibus oculis ſubjicere.

Ex his videri poteſt inutilem eſſe quæſtionem, quam facit Epiſcopus, nam ſi Viri Principes ex univerſa Polonia Varſaviam confluentes, ſuaque ibi Palatia habitantes Matrimonia contrahunt, diſquiſitio de proprio Virorum Parocho nihil pertinet ad Matrimonii validitatem, cum ad hanc ſatis ſuperque eſſe poſſit præſentia Parochi Sponſæ, ſi Sponſa Varſavienſis ſit: Cæterum in Caſu, de quo quæſtio eſt, qui proprie diſputari poteſt in ea dumtaxat ſpecie, in qua & Sponſus, & Sponſa Varſaviam aliunde convenerint, videtur Parochos Varſaviæ aliorumque Locorum, ubi Magnates ſua Palatia incolunt, proprios dici poſſe, ut Matrimonia rite recteque ab illis contrahantur: ſola quippe habitatio niſi levandi animi gratia fiat, aut valetudinis cauſa, ſive qua alia brevi exitum habitura, ſatis eſt, ut Magnates, qui animum procul dubio habent tamdiu ibidem moram faciendi,

ciendi, quamdiu vel Regi placuerit, vel negocium postulet, & necessitas exigat, Parochiani fiant illius Ecclesiæ suæ qua lares, ædesque suas habent. In Sacramento siquidem Matrimonii, ad differentiam Sacramenti Ordinis, qui speciali ratione verum, strictumque domicilium postulat ad *Text. in cap. nullus de Temp. Ordin. in 6.* is proprius dicitur Parochus, in cujus Parochia contractus tempore alter ex contrahentibus habitat, qui incolatus juxta moralem loquendi modum non deest, & satis esse reputari debet ille, quem habent Magnates, sive Varsaviæ, sive alibi proprias ædes habitantes; moraliter enim, & recte loquendo habitare, non hospitium habere dicuntur. Neque ullam vim facere debet indeterminatio animi, quam urget Episcopus, distinguenda enim est indeterminatio animi quoad tempus habitandi ab indeterminatione animi quoad domicilium contrahendum; damus equidem indeterminatum esse Magnatum animum quoad tempus habitandi, pendet enim a voluntate Regis, a negociis, a necessitate, sed non videtur dici posse Magnates habere animum indeterminatum quoad domicilium contrahendum, hunc enim determinatum animum contraxerunt, dum Varsaviæ, vel alibi vel ædes conduxerunt, vel emerunt, itaut si res recte consideretur, Magnates illi dici debeant diversa domicilia contraxisse.

Neque mutat diversitas illa, & pluralitas habitationum, quia in his circumstantiis, cum uterque Parochus tum originis tum domicilii proprius sit, & hac ratione accipi debeant Parochi Varsavienses eo tempore, quo Magnates Varsaviæ in eorum Parochiis moram trahunt, consequitur, ut ad Matrimonii validitatem sufficiat præsentia Parochi, in cujus Parochia contrahentes habitant tempore contractus, ut recte monent *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 24. num. 2. & seq. Pont. eodem Tractat. lib. 5. cap. 13. num. 2. diserte Rot. dec. 629. num. 11. par. 4. tom. 3. recen.*, & amplissimus hic Ordo consultus generaliter. *An proprius Parochus quis dicatur, in cujus Parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahitur? Respondit ita dici*, ut refert *Fagnan. in d. cap. significavit num. 36.* ubi subdit interrogatam Sacram Congregationem de validitate alterius matrimonii contracti coram Parocho Loci, ubi brevem moram traxerant contrahentes, respondisse, ut brevis mora exprimatur, *quod si fuerit saltem unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate, alias de novo referendam in Congregatione.*

Dispositiones vero Sacrorum Canonum de Vagis locum habere nequeunt in proposito Dubio; Vagus enim dicitur ille, *qui domicilio relicto navigat, vel iter faciat quærens, quo se conferat, atque ubi consistat* ait Jureconsultus *in l. ejus §. Celsus ff. ad Municipal.*, vel ille, *qui nullibi certam, & constantem sedem, domiciliumque habet*, ut totidem verbis ait *Reginal. Prax. For. Ecclesiast. lib. 1. num. 64.* idemque tradunt *Lessius de justit. & jur. lib. 2. cap. 40. de vot. disp. 18. num. 121. Piguatell. consul. 79. num. 34. tom. 5.*, & latissime, summaque, qua solet semper, eruditione de hac Vagorum specie disseruit Sacratissimus Princeps noster in *Folio edito in Cusa Jadren. 24. Augusti 1720. Thesaur. Resol. S. Congr. vol. 1. pag. 364.* Vagis igitur hisce comparari profecto nequeunt Magnates illi, qui nec quærunt, quo consistant, neque incertas habent sedes, sed tantum, una relicta, aliam petunt, ut plurimas, non incertas eos habere sedes dicendum sit.

Hæc brevi, quantum licuit, oratione nos proposuimus, sed ad Amplissimos Patres pertinere debet omnibus perpensis cognoscere.

An, & quomodo sit rescribendum in casu &c.

COLO-

COLONIEN. LEGITIMITATIS PROLIS: Impetravit Isabella Baronissa de Merode in Hoffalize Professa in Monasterio Ordinis S. Sepulchri Juliacensis Apostolicam Commissionem anno 1699., ut causa nullitatis suæ Professionis cognosceretur in gradu Appellationis ab Episcopo, & Principe Paderbonensi, & a Superiore Ordinis S. Sepulchri specialiter ad hanc Appellationis causam a S. Sede delegatis, *remanente illa interim in habitu, & Tonsura, & sub obedientia suorum Superiorum*. Cum in universa Germania superiori nullus esset prædicti Ordinis Superior, qui juxta Literas Apostolicas de hac causa cognoscere posset, speciali commissione ejusdem Episcopi Paderbonensis subrogatus fuit P. Ægidius Aussems Prior Conventus Sanctæ Crucis Leodii in Germania inferiori: hic Judex ser. ter, & citatis omnibus interesse habentibus, decretum tulit subministrationis alimentorum, & sumptuum litis, data etiam Isabellæ potestate *ad dandam, & capiendam necessariam pro defensione informationem*: nullus vero contradictor apparuit, imo Isabellæ Frater *in declarationem nullitatis Professionis suæ sororis, tamquam vi & metu initæ*, expresse consensit. Tandem Judex ad Causæ conclusionem processit, & *de plurium Theologorum, & Jurisperitorum consilio pariter, & assensu* sententiam tulit nullitatis Professionis *tamquam vi, & metu extortæ*. *Sess. 25. c. 19. de reg.*

Delata hac sententia jam scripta ab eodem P. Ægidio cum toto Processu, & Testimonialibus datis ab Episcopo Paderbonensi ad effectum illam publicandi, communi utriusque Judicis nomine Isabella e Monasterio egressa est *de proprii Confessarii consilio*, & reputans publicatam fuisse sententiam illam ab Episcopo Paderbonensi *bona fide* cum nobili viro matrimonium contraxit. Decessit inde Episcopus, & post illius obitum rescivit Isabella omissam fuisse publicationem ejusdem sententiæ, ideoque, speciali Procuratore in actis constituto, nihil intactum reliquit apud successorem Episcopum, ut suppleretur defectus publicationis, quid vero actum fuerit, ignoratur, nam ob translationem Tabularii, sive Archivij Episcopalis omnia acta in hac causa sive amissa sunt, sive non reperiuntur, licet ea, quæ in Secretaria Sacræ hujus Congreg. edita sunt, legaliter extracta fuerint a suis originalibus anno 1726. originalia tamen reperiri non potuerunt, & Vicarius Generalis Paderbonæ requisitus a Nuncio Apostolico ad Tractum Rheni, ad quem, ut fieri solet, Epistola data fuit ab Amplissimis Patribus, respondit eadem acta non modo vidisse, sed & in meis manibus habuisse, imo in iis legisse sententiam nullitatis Professionis declaratoriam.

De his omnibus itaque certior nuper factus Christianus Augustus de Molzfeldd Eques, & Liber Baro in Ducatu Cliviæ, qui cum filiis abjurata die 19. Maii anni 1744. hæresi Calviniana, spretisque nobilibus officiis, divitiis, dignitatibus, & possessionibus, quas Pater, dum viveret, habebat in Hollandiæ Republica, ad Catholicam venit Religionem, grave tulit in dubium revocari posse legitimam natalium suorum qualitatem ob defectum publicationis sententiæ declarantis nullitatem Professionis emissæ ab Isabella Matre, quæ res & sibi, & filiis detrimentum inferret, ideoque libellum obtulit Sanctissimo Principi nostro, qui rei hujus cognitionem dedit Amplissimis Patribus, auditoque, ut diximus, Nuncio Apostolico ad Tractum Rheni, causa nunc definienda proponitur.

Nullam Christianus ait de validitate Matrimonii Isabellæ Matris, ea viva, ortam fuisse dubitationem, ideoque nullo Jure inficiari posse legitimam esse Prolem, quæ ex eo Matrimonio genita est, quod matre vivente impetitum non fuit juxta rescriptum Alexandri III. *in Cap. Causa, Qui filii sint legit.* præsertim, cum nunc non agatur de illius fœdere, vel substinendo, vel impugnando (matrimonium enim utriusque Conjugis

morte

morte diſſolutum fuit) ſed de effectu Matrimonii, ideoque ſive res ſit pro alimentis, ſive pro ſucceſſione, reſpondendum ſemper eſt favore Matrimonii, quod eouſque verum eſt, ut locum habeat, etiamſi Matrimonium non fuerit legitime celebratum ad textum expreſſum *in cap. perlatum. Qui filii ſint legit.* Jus enim noſtrum non patitur, ut filii, quorum nulla fuit culpa, detrimento afficiantur, diſſoluto Matrimonio, ſive ii nati eſſent, ſive etiam dumtaxat concepti ante Matrimonii diſſolutionem, ſed reputari debent legitimi, & jus illis eſt, ut interea ex Parentum Bonis alantur juxta aureum Alexandri reſcriptum *in cap. cum inter, Qui filii ſint legit.*

Quod ſi hæc locum habent, ubi de Matrimonii validitate, utroque Conjuge vivente, dubitari contingat etiamſi poſtea matrimonium ſolvatur, longe potiori Jure locum habent, ubi nulla quæſtio, nullum diſſidium exortum eſt, vivis Conjugibus, & ſolum poſt eorum mortem in diſcrimen revocatur, an legitima Soboles ſit, hoc enim caſu legitimam pronunciari debet ſtatuit Cœleſtinus *in cap. pervenit. Qui filii ſint legit.*: Nullamque vim facere debet defectus publicationis ſententiæ, nulla enim fuit Conjugum culpa, quod illa publicata non fuerit, ſatiſque eſt Iſabellam fuiſſe in hac bona fide, & putaſſe eam fuiſſe publicatam, ut eſt *text.* apertus *in cap. ex Tenore* ibique *gloſſa* ſingularis *verb. legitimum. Qui filii ſint legit.*

Atque hæc longiori calamo referre opus fuit, ut Ampliſſimi Patres ſcirent, quid in hæc Cauſa eſſet, nam Chriſtianus Auguſtus ea premitur egeſtate, ut nequeat Jurium ſuorum libellum Eminentiſſimis Patribus diſtribuere: Dubium, quod in Cauſa proponitur, eſt.

An reputari debeat quoad omnes Juris effectus legitima Proles ſuſcepta ex matrimonio celebrato ab Iſabella de Merode non obſtante aſſerto defectu publicationis Sententiæ latæ ſuper nullitate Profeſſionis in caſu &c.

Seſſ. 21. c. 4. de ref.

ZAMOREN. UNIONIS: Sanctimoniales Monaſterii S. Franciſci Civitatis Zamorenſis libellum obtulerunt Sanctiſſimo Principi noſtro, quo petebant unionem ſimplicis Beneficii S. Petri del Royo de Copean, cujus ad ipſas ſpectat Juſpatronatus, ut ex illius redditu deficientem ſibi victum pararent, & labentis Eccleſiæ repararent ruinas. Data fuit Ampliſſimis Patribus poſtulationis hujus cognitio, a quibus auditus fuit, ut fieri ſolet Epiſcopus: Retulit hic vera narrata fuiſſe, nec ſufficere redditus Monaſterii, ut ſe ipſas alere poſſint; Eccleſiam vetuſtate fatiſcere, nullumque Monialibus modum ſuppetere, quo & egeſtati conſulant, & ruinæ imminenti. Placuit Ampliſsimis Patribus iterum ſciſcitare ab Epiſcopo tempus fundationis Monaſterii, numerum puellarum ex lege fundationis alendarum, ſummam, ab iiſdem titulo dotis præſtandam, quæ bona immobilia poſſideant, & alias facti circumſtantias in prima Epiſtola omiſsas, Reſpondit Epiſcopus annuos Monaſterii redditus non excedere ſummam ducatorum auri 282. quæ Romanæ monetæ faciunt ſc. 403. 50. ali debere Moniales 33. & ex his quatuor admittendas eſſe ſine ulla dote, nec plures eſſe eas, quæ nunc in Monaſterio ſunt, quam 25., imminuto egeſtatis cauſa earum numero, nec ſuppetentibus ad eas alendas niſi obulis ſex, quot vix ſatis ſunt ad panem, vinumque, ſed ne vix quidem ſufficiunt, ſi deducantur aliæ impenſæ Medici, Chirurgi, Pharmacorum, & ſervitii Eccleſiæ, demum, ſi ratio habeatur uſurarum, quæ ſolvi debent ex cauſa æris alieni a Monaſterio contracti in annua ſumma ſc. 93.: ideoque putat unionem indulgendam eſſe: Moniales igitur ſibi ſuadent Sacrum hunc Senatum non diſceſſurum ab Epiſcopi Sententia: Rationes,

quibus

quibus illæ sibi hoc suadent, colligere poterunt Amplissimi Patres ex eorum libello Jurium, ut respondeant.

An concedenda sit gratia unionis cum applicatione fructuum simplicis Beneficii S. Petri del Royo V. Monasterio Monialium Ordinis Excalceatorum S. Francisci de Observantia Civitatis Zamoren. in casu &c.

SARSINATEN. CONTRIBUTIONIS: Anteactis temporibus eligebatur in Civitate Sarsinæ Ludimagister Grammatices, qui pueros, Clericosque doceret annua mercede scut. 55., quorum decem Episcopus, viginti quinque Clerus, alia viginti cum domo solvebat Communitas. Ut Tridentini decreta impleret Episcopus, anno 1608. plura simplicia Beneficia applicavit huic Instituto in fundatione Seminarii, & divisim in Beneficia curata Diœcesis rejecit onus præstandi scuta octodecim, non sufficiente unitorum simplicium Beneficiorum redditu, levavitque a primo onere tum mensam Episcopalem, tum Communitatem. His actis, temporum fuga sexaginta & ultra Beneficia fundata fuerunt in ea Diœcesi, quæ nullam fructuum portionem pio huic necessario Instituto contribuunt. Grave sibi, & iniquum hoc putantes Parochi antiquæ fundationis preces obtulerunt Amplissimis Patribus, qui ut moris est, Episcopum consuluerunt de sententia animi sui: ille auditis Partibus earum Jura, & rationes adjecit Episcopi fuæ. Harum summa est, ex parte Actorum, sive Parochorum antiquæ fundationis, ad ea, quæ in communem tendunt utilitatem (qualis procul dubio est Clericorum institutio) æque ab omnibus opem esse præstandam, præsertim cum adeo infirmæ sint vires, & adeo tenues redditus Parochiarum, ut una excepta S. Damiani, pauca 25., plura scut. 12. summam annui fructus attingant, quæ summa minor est congrua, & tamen hic redditus non parum minuitur præstandis annonis militaribus, & publicis extraordinariis intributionibus, quæ hoc tempore causa externorum militum penduntur: Tandem decreto Tridentini nullam factam fuisse distinctionem inter veteris, & novæ fundationis Beneficia, neque ipsis exceptis, quæ juris patronatus sunt, & quacumque immemorabili consuetudine rejecta: Hæc habent Parochi: A Beneficiariis, qui nova possident Beneficia, libellum jurium nondum habuimus, pertinet itaque ad Eminentissimos Patres definitio dubii. *Sess. 23. c. 18. de ref.*

An Beneficia erecta post Taxam factam pro mercede Magistri Seminarii Sarsinæ contribuere debeant dictæ mercedi, ita ut sit locus novo repartimento in casu &c.

Die Sabbathi 12. Februarii 1746.

EX, quæ sequuntur, Causæ in ultima Amplissimi hujus Ordinis *Congregatione*, quæ habita fuit *die* 22. *transacti mensis Januarii* proponi non potuerunt, ideoque rogamus Eminentissimos Patres, ut *folium illius Congregationis* iterum consulant, quo definire eas possint.

Sess. 24. *ca.* 1. *de ref. Mat.*

PLOCEN. SEPARATIONIS THORI, in qua ambigitur,
An sit locus separationi Thori in casu &c.

Affirmative quoad separationem Thori tantum firma remanente obligatione cohabitandi, & quoad executionem adeat Judices suos, & amplius.

Sess. 24. *c.* 12. *de Ref.*

ROMANA REDUCTIONIS, cujus tria sunt Capita.

I. An sit locus reductioni emolumentorum designatorum in Bulla San. mem. Clementis VIII. favore Beneficiatorum S. Eustachii Urbis in casu &c.

II. An fructus Beneficiorum vacantium accrescant aliis Beneficiatis, seu potius Capitulo in casu &c.

III. An debeatur a Capitulo eisdem Beneficiatis scutum unum occasione eorum interventus in qualibet ex Processionibus in casu &c.

Ad I. negative. Ad II. affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad III. affirmative, & amplius in omnibus.

Sess. 24. *c.* 4. *de r f. Matr.*

POSNANIEN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM, in qua quæritur.
An, & quomodo sit rescribendum in casu &c.

Dilata, & ad mentem, & mens est, quod scribatur Nuncio Apostolico pro Informatione, & Voto.

Sess. 25. *c.* 19. *de reg.*

COLONIEN. LEGITIMITATIS PROLIS, cujus dubium est.
An reputari debeat quoad omnes Juris effectus legitima Proles suscepta ex matrimonio celebrato ab Isabella de Merode non obstante asserto defectu publicationis Sententiæ latæ super nullitate Professionis in casu &c.

Affirmative.

Sess. 21. *c.* 4. *de Ref.*

ZAMOREN. UNIONIS, in qua petitur.
An concedenda sit gratia unionis cum applitatione fructuum simplicis Beneficii S. Petri del Royo V. Monasterio Monialium Ordinis Excalceatorum S. Francisci de Observantia Civitatis Zamoren. in casu &c.

Audiantur Ministri Datariæ.

SAR-

SARSINATEN. CONTRIBUTIONIS, in qua disputatur. *An Beneficia erecta post Taxam factam pro mercede Magistri Seminarii Sarsinæ contribuere debeant dictæ mercedi, ita ut si locus novo reparti-timento in casu &c.* *Sess. 23. c.18. de ref.*

Esse locum novo Repartimento faciendo ad formam Concilii.

AQUILEJEN. SUSPENSIONIS A DIVINIS: Plebana Ecclesia Tercenti, quæ in Aquilejensi Diœcesi est, tres habet subjectos Vicos Segnaci, Collis Alti, & Villæ Frigidæ, ad quos cum difficilis sit, hyemali præsertim tempore, accessus, nec Sacramenta Ecclesiastica Vicanis ministrari a Plebano commode possent, anno 1446. Decreto lato a Curia Patriarchali Aquilejensi data illis fuit facultas eligendi Cappellanum, qui munere Parochi fungeretur, cum onere tamen eidem præstandi congruam mercedem ex voluntariis decimis, & contributionibus. In hac quasi possessione eligendi, & præsentandi hunc Cappellanum, seu Vice-Parochum Vicani illi fuerunt ad annum usque 1734., quo defuncto Georgeo Cossettino, unanimes elegerunt Sacerdotem Andream Gatti, qui, ne se ultro immiscere videretur, petiit a Plebano Tercenti claves Tabernaculi, Baptisterii, Oleorum, & Sacrarij, declaravitque scripta Syngrapha se Officium susciperе uti coadjutorem ipsius, & cooperatorem vocatum in partem sollicitudinis Parochialis: hac emissa declaratione claves obtinuit, sese inde gerens pro Vice-Parocho. In hac suscepta animarum Cura eum deinde confirmarunt binæ epistolæ, altera jussu Patriarchæ Aquilejensis ad ipsum scripta, qua hortabatur, ut in commisso munere probe, gnaviterque se gereret, nec spem falleret de se conceptam: altera Plebani, quæ in idem conspirat. *Sess.25.c.12. de ref.*

Anno nondum elapso, ille idem Plebanus in jus vocavit Vice Parochum instans, ne institueretur electus, sed simpliciter probaretur, & confirmaretur sub nuda, & sola appellatione Cappellani *succursalis*, interdicto ei penitus titulo, & nuncupatione Parochi, quæ ei non conveniret. Ubi id Vicani resciverunt, continuo in Curia Aquilejensi ad judicium venerunt, & postularunt custodiri longissimam possessionem, in qua erant, Parochum eligendi, sed rejecta fuit petitio ist hæc possessorii, reservato tantum jure in petitorio Judicio: Vicani igitur adito Tribunali Venetæ Nunciaturæ, vocatoque ad illud Promotore Fiscali Curiæ Aquilejensis, manutentionem in quasi possessione Parochum eligendi iterum postularunt, & uti rogabant, sententiam obtinuerunt: Contra vero ab Aquilejensi Curia lata sententia fuit favore Plebani.

Interim Patriarcha Aquilejensis Sacram Visitationem egit in Plebania Tercenti, binaque tulit decreta, quorum primo interdixit Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis, quæ spectabat ad Homines de Lirutis Villæ Frigidæ, altero suspendit a Divinis Andream Gatti, uti intrusum, & injuste habitantem domum Parochialem, & percipientem fructus beneficii sine legitima, & Canonica institutione: Sed Vicani potestatem fecerunt eidem Andreæ Gatti, ut non obstante suspensione a Divinis domum habitaret, & fructus atque emolumenta, quæ adsignaverant, perciperet, quod eorum Juris essent omnia, non Ecclesiæ, aut beneficii. Ipse Sacerdos Gatti confugit ad Tribunal Venetæ Nunciaturæ, & re diligenter perspecta, lata fuit sententia, qua revocabatur decretum Patriarchæ contra Andream Gatti. Appellavit ab hac sententia Procurator Fiscalis Curiæ Aquilejensis die 14. Junii anni 1737. & anno ab hac appellatione pene elapso, An-

dreas Gatti libellum obtulit Nuncio Apoſtolico, quo petebat, ut a ſuſpenſione abſolveretur ad cauthelam, quod obtinuit die 12. Julii anni 1738.

Poſt hæc Patriarcha Aquilejenſis epiſtolam dedit ad Ampliſſimos Patres, qua graviter querebatur, utque hæc dirimi controverſia poſſet, rogatus fuit cl. mem. Cardinalis Belluga, ut animi ſui ſententiam aperiret: Reſpondit ille ſecundum Patriarcham, cenſuitque juſtam fuiſſe ſententiam latam a Curia Aquilejenſi, nullam illam Nunciaturæ; & quia Promotor Fiſcalis Nunciaturæ monſtrabat in Jure, & in facto non ſubſtineri Reſponſum Cardinalis Bellugæ, quod Andreas Gatti intruſus dici non poſſet, qui Parochialia officia exerceret cum conſenſu ſui Plebani, ipſoque Patriarcha mandante, nec injuſte aut illegitime percepiſſe, aut percipere fructus, & emolumenta, & domum habitaſſe, quod omnia pleni Juris eſſent, & dominii trium Vicorum, nec unquam aſſumpſerint naturam, & qualitatem aut dotis Eccleſiæ, aut fructuum Beneficii Eccleſiaſtici, ſed perſtitiſſent in prima conditione puræ, & ſimplicis mercedis præſtari ſolitæ in præmium laboris, & operæ, unde potuerint Vicani fructus illos Sacerdoti Andreæ Gatti donare; ideo rogatus iterum fuit Cardinalis Belluga, ut quid fieri cenſeret iterum reſponderet, ſed in eadem ſententia perſtitit. Data igitur fuit ab Ampliſſimis Patribus epiſtola die 22. Auguſti anni 1739. ad Patriarcham Aquilejenſem, qua mandabant, ut Andream Gatti iterum a Divinis ſuſpenderet, ſi domum habitaret, & fructus, atque emolumenta perciperet: Altera vero epiſtola ad Nuncium Apoſtolicum data fuit, qua mandabatur; ut ſi forte Sacerdos Gatti a nova ſuſpenſione ad Tribunal Nunciaturæ iterum appellaret, eum non audiret, ſed ad Patriarcham remitteret.

His epiſtolis Promotor Fiſcalis Nunciaturæ læſa fuiſſe reputans Jura Tribunalis, & ipſius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, læſa fuiſſe Jura Vicanorum, læſa demum fuiſſe Jura Andreæ Gatti cauſam retractari poſtulavit, & ſubſcripto Dubio, *in Folium* referri, ut res diligenter expendatur. Quæ ſint momenta rationum, quibus utitur, quæ Cardinalem Bellugam impulerint, ut ita reſponderet, quæ contra proponat Promotor Fiſcalis Curiæ Patriarchalis agnoſcere poterunt Ampliſſimi Patres lectione libellorum: nos illum Promotoris Fiſcalis Nunciaturæ habuimus dumtaxat: Dubium, de quo diſputatur, eſt.

An abſolutio per Reverendiſſimum Venetiarum Nuncium conceſſa Sacerdoti Andreæ Gatti a ſuſpenſione a Divinis contra eum promulgata per Reverendiſſimum Patriarcham Aquilejæ ſubſtineatur in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.

AMERINA MISSÆ CONVENTUALIS: In Viſitatione acta ab Epiſcopo Amerino anno 1744. Decretum latum fuit, ut Canonici Eccleſiæ Collegiatæ Luniani Sacrum Conventuale quotidie agerent, compacto in hanc cauſam libro particulari: hoc decreto nonum onus ſibi imponi dolentes Canonici contra omnem retro actorum temporum antiquitatem, & immemorabilem quaſi poſſeſſionem idem Sacrum non agendi, ampliſſimos Patres libello adierunt, & bis audito Epiſcopo, cauſa nunc proponitur definienda.

Multis equidem defendunt Canonici non potuiſſe hoc novum onus ab Epiſcopo imponi, tum quia non conſtat Eccleſiam authoritate Apoſtolica erectam fuiſſe in Collegiatam cum onere quotidianæ recitationis horarum canonicarum in Choro, tum quia nulla adeſt communis maſſa, vel aliqua aſſignatio reddituum in cauſam hujus quotidiani Sacrificii, ejuſque applicatio-

catione, tum quia quæcumque obligatio veniens ex disposítione Juris in vulgato *cap. cum Creatura de celebrat. Missar.* præscripta dici deberet, tum demum quia etsi hæc omnia non satis essent ad levandos Canonicos ab hoc onere, adstringenda tamen esset obligatio applicationis ad solos dies festos de præcepto, spectata tenuitate reddituum cujuslibet particularis præbendæ canonicalis, quæ præbendæ juxta inventarium, quod factum fuit ex cognitissima Constitutione Benedicti XIII. Pontificis optimi maximi tenuem sane redditum præstant, ideoque fueverunt amplissimi Patres, hac tenuitate spectata, indulgere restrictionem applicationis ad solos dies festos juxta constantem Sacri hujus Tribunalis sententiam apud *Vrsayam discept. Eccles. vol.21, num.131.* & constat *ex folio edito in Causa Spoletana Applicationis Missæ Conventualis die 23.Julii 1729.Thesaur.Resol. Sac. Congreg. vol.4. fol.326.*, ubi alia responsa collecta fuerunt, & conspirat demum Epistola Encyclica Sacratissimi Principis nostri, quæ data fuit *Volumen XIII. Thesaur. resol. Sac. Congreg. pag.217, §. Alii denique.*

Hæc summa est Jurium, & rationum, quas afferunt Canonici, quas latiori calamo propositas legere poterunt Eminentissimi Patres in eorum libello, quem solum habuimus, ut definiant.

An Capitulum, & Canonici Collegiatæ Luniani teneantur celebrare, & respective applicare Missam Conventualem, & quibus diebus in casu &c.

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Vi, metu, fraude verberibus a Patre illatis Carminus Marzano juvenis annorum sexdecim ductus fuit ad Monasterium PP. Cappuccinorum, nequicquam eo reluctante, ubi sacras vestes suscepit, accepto nomine P.Joannis Baptistæ a Morano. Nondum elapso probationis anno, cum ne conjunctis quidem ad eum pateret accessus, aufugit. & Fratribus suis, qui ad monasterium venerant animo eum videndi, sed rejecti fuerant, sese comitem fecit ea mente, ut vestes deponeret, & domum reviseret, ad quam tamen non pervenit revocatus a duobus Fratribus Cappuccinis, qui forte obvii in itinere, nacti eum fugientem, suaserunt, ut regrederetur, & sponte dimitteret vestes, suasque reciperet, nulla religiosorum repugnantia. Credulus ille revertitur, & claustro iterum inclusus, Professionem emisit recurrente die ingressus sui: non tamen quievisse fatetur, sed modum quæsivisse dicit, quo nullam professionem ostenderet, & primo adivisse S. Pœnitentiariam, inde epistolam scripsisse ad hoc Sacrum Tribunal: dum hæc aguntur, dum responsa expectat, labitur quinquennium a Tridentino præstitutum, tandem præces obtulit Sanctissimo Principi, quibus postulabat in integrum restitui. Data amplissimis Patribus fuit cognitio postulationis hujus, a quibus jurisdictio mandata est Episcopo Sancti Marci, ut Processus judicialis fieret, quo expleto, nunc disputatur. Vim, metum, verbera probat P. Joannes Baptista pluribus testibus, qui narrant se vidisse eum male habitum, crudeliter verberatum, & minis mortis, aut servitii militaris adductum ad nomen dandum Religioni, ut ex his, quæ educuntur ex facto convento inter partes litigantes, inficiari non possit Carminum adactum fuisse vi, metuque cadenti in fortem, constantemque virum ad Sacras Vestes suscipiendas: sed etsi hic metus, & vis non plene probaretur, adhuc alia ratione nullam esse professionem contendit P. Joannes Baptista, defectus scilicet continui anni probationis; cum enim Carminus intra hunc annum aufugerit animo deserendi monasterium & vitam religiosam, debeat ex integro probationis annum inchoare, licet Religiosas vestes non dimisisset, ea ratione, quod fuga illa, & contraria voluntate interceptus fuerat continuus ille annus probationis a Tridentino præscriptus, ut tradunt *Barbos. lib.1. Jur. Univers. cap.42. num.122. 128.* & 129.

Sess.22.c.19. de Ref.

& 129. & de Episcop. alleg. 102. num. 25. Portell. Dub. Regul. verb. novitius Vanespen. Jur. Eccles. Univers. tom. 1. par. 1. tit. 25. cap. 2. num. 21. aliique communiter: quod locum habet, licet interruptio, atque interceptio modici temporis sit, cum annus probationis currat de momento in momentum, itaut nisi integer sit, & completus, Professio nulla est; si vel momentum, itaut nisi integer sit, & completus, Professio nulla est, si vel momentum deficiat, ut post *Lapum allegat. 46. num. 6.* tradunt *Fagnan. in cap. ad nostram num. 19. de Regular. Barbos. ad Concilium Trident. sess. 25. de regul. cap. 21. Suarez. vol. 1. de Religion. lib. 5. cap. 15. n. 6.*

Hæc P. Joannes Baptista: ab ordine Cappuccinorum nondum libellus Jurium datus fuit: Dubium est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Die Sabbathi 12. Martii 1746.

QUoniam Tres, quæ sequuntur, Causæ in ultima Congregatione habita die 12. transacti Mensis Februarii proponi non potuerunt, ideo poterunt Eminentissimi Patres, quo illas ad memoriam revocent, Folium ejusdem Congregationis iterum legere.

Sess. 25. ca. 12. de reg.

AQUILEJEN. SUSPENSIONIS A DIVINIS, cujus dubium est.

An absolutio per Reverendissimum Venetiarum Nuncium concessa Sacerdoti Andreæ Gatti a suspensione a Divinis contra eum promulgata per Reverendissimum Patriarcham Aquilejæ subsistineatur in casu &c.

Absolutionem concessam die 12. Julii 1738. subsistineri.

Sess. 24. c. 12. de reg.

AMERINA MISSÆ CONVENTUALIS, in qua quæritur,

An Capitulum, & Canonici Collegiatæ Luniani teneantur celebrare, & respective applicare Missam Conventualem, & quibus diebus in casu &c.

Teneri quotidie, sed attentis peculiaribus facti circumstantiis indulgendum esse pro applicatione omnibus diebus festis de præcepto tantum.

Sess. 25. c. 19. de Reg.

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, in qua disputatur.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Non proposita.

Sess. 24. c. 12. de refor.

EUGUBINA PRÆFECTURÆ CHORI; In ultima Congregatione transacti anni 1745. quæ habita fuit die 8. Decembris rescripserunt Eminentissimi Patres in hac causa -- Dilata & examinentur formiter testes „ tam inducti quam inducendi a Præposito, salvis exceptionibus, & pro-

„ po-

„ ponatur omnino in prima post cineres -- Obsequimur itaque imperio amplissimorum Patrum, ut tandem respondere possint.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

PRÆNESTINA FUNDATIONIS BENEFICII. Data fuit hæc causa in solio Congregationis habitæ die 10. Novembris superioris anni 1745., sed ea die proponi non potuit; propositа igitur fuit in altera Congregatione habita die 4. Decembris, & duo priora Dubia definita fuerunt: Tertium vero responsum accepit -- *Iterum proponatur* -- illud nunc itaque hic subjicimus, ut perspecto iterum folio Congregationis diei 20. Novembris, ab Eminentissimis Patribus definiatur. *Sess. 14. c. 11. de ref.*

An erectio Beneficii in Ecclesia Archipresbyterali S. Petri in Castro Prænestino sit facienda juxta conditiones ab Exequutore Testamentario designatas in casu &c.

Affirmative, excepta reservatione administrationis.

CIVITATEN. JURIS MULCTANDI. Rescripserunt Amplissimi Patres in hac causa proposita die 22. transacti mensis Januarii -- Dilata, & proponatur omnino in prima post Cineres -- Damus eam nunc itaque ut repetita lectione folii Congregationis habitæ die 4. Decembris anni 1745. in quo omnia, quæ in hac causa cognoscenda sunt, expressa fuerunt, ab Eminentissimis Patribus responderi possit. *Sess. 24. c. 2. Sess. 25. c. 6. de Reg.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Quoad primum, & secundum in decisis, & amplius; quoad tertium affirmative pro mulctis pecuniariis tantum, usque ad summam ducatorum decem; quoad quartum prævio recessu a decisis in devolutivo tantum.

ANGLONEN. PAROCHIALIS. Defuncto Joanne Laurentio Panevino vacavit mense Octobris anni 1744. Archipresbyteralis, & Parochialis Ecclesia Bollitæ Diœcesis Anglonensis, indictoque concursu, Examinatorum judicio sese die præstituta subjecerunt tres Sacerdotes Franciscus Bianco, Carolus Viccari, & Nicolaus Gizzo: Ex his primo loco digniorem Sacerdotem Franciscum Bianco unanimes examinatores renunciarunt: Sacerdotem Carolum Viccari primus examinator rejecit omnino; duo alii secundo loco dignum reputarunt: Gizzum vero, ut indignum omnes reppulerunt. Judicium examinatorum probavit Episcopus, qui Sacerdotem Bianco ad S. Sedem Apostolicam remisit, ad quam spectabat collatio Ecclesiæ vacatæ in mense reservato: non defuit Sacerdos Viccari sese contradictorem præstare in Dataria, at nihil ei profuit: Sacerdos enim Bianco Bullas obtinuit, quarum auctoritate nactus fuit possessionem muneris, officiique Parochialis in Ecclesia viduata. Graviter id tulit Viccari, qui ad Asylum Sacri hujus Tribunalis confugit, conquestus de injusta rejectione, atque irrationabili Judicio examinatorum, & Episcopi. *Sess. 24. c. 18. de ref.*

Auditus itaque fuit, ut fieri decebat, Episcopus, qui diligenti epistola respondit secundum Sacerdotem Bianco, quem magis dignum, atque idoneum monstrare nititur, testaturque examinatorum Judicium tum Triden-

dentini decretis, tum noviſſimæ Sacratiſſimi Principis noſtri Conſtitutioni omnino convenire. Ait Sacerdotem Bianco ætate præſtare, & doctrina, cum Doctor ſit theologiæ; meritis quoque antecellere, quod electus fuerit Synodalis examinator ab anno 1728., quod probatus fuerit ſecundo loco in concurſu ad alium Archipresbyteratum Orioli, quod laudabiliter perfunctus fuerit munere Vicarii delegati in Parochiali Eccleſia S. Joſephi majoris Neapolis, quod in excipiendis Confeſſionibus, atque in Prædicatione verbi Dei occupatus, & exercitus fuerit, quod demum ſummo Parochianorum conſenſu receptus ſit: quarum omnium, & virtutum, & prærogativarum expertem eſſe Sacerdotem Viccari, quod vincatur ætate, ſoloque medicinæ, atque artium gradu honeſtetur, ut neceſſe ei fuerit diſpenſationem obtinere, quo poſſet ad Eccleſiaſticos Ordines promoveri, præter munus excipiendi Confeſſiones nullum aliud exercuiſſe, nullaque alia præſtare prærogativa, imo inquiſitum eſſe ob exercitium medicæ facultatis accepta mercede, & ob interceptionem pecuniæ, & frumenti a fidelibus oblati, ut repararetur Eccleſia, acerbo publicoque convicio Vicarium Generalem protcidiſſe, quia Sacerdotem Bianco prætulerat, diſceſſiſſe demum poſt querelam propoſitam, deferto ſervitio Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus: Hæc Epiſcopus. Libellus Sacerdotis Bianco in his, quæ ab Epiſcopo dicta ſunt confirmandis totus eſt, & poſtulat, ut ab Eminentiſſimis Patribus in poſſeſſione, quam nactus eſt Parochialis Eccleſiæ cuſtodiatur juxta diſpoſitionem *text. in cap. Cum in cunctis Extr. de Elect.*

Contra Sacerdos Viccari conſanguinitatis, & amicitiæ inſimulat Adverſarium cum examinatoribus: Ait cum primo ex illis, a quo repulſam paſſus eſt, inimicitias ſibi fuiſſe, unde eum ſuſpectum habuerit, antequam fieret concurſus; certiorem hac de re feciſſe Vicarium Generalem, qui tamen eum non removit; Prærogativis, & meritis alterius ſua opponit, provocatque ad acta examinis geſti, ex quibus patere poſſe putat, quantum ipſe vincat doctrina Adverſarium, cujus inſcitiæ argumentum eſſe reſponſum, quod dedit ad propoſitum dubium in ſummario relatum: Falli Epiſcopum, qui ſoli artium, & medicinæ gradu honeſtari dicit, cum ipſe Romani, & Pontificii Juris Doctor ſit, & vincat adverſarium Bianco gradu artium, & medicinæ, quæ ſummo in prætio eſt apud incolas Regionis illius, in qua cum deſint, qui medicinam faciant, defectus reparatur ope Sacerdotum, qui nobiliſſimam hanc, & generis humani beneficio divinitus datam facultatem calleant: Plura proponit pietatis ſuæ monimenta, quibus ſi adverſarium non præſtat, eo certe non ſit inferior; Cathecheſim, & conciones antelucanas habuiſſe, per agros, atque alta nemorum opiliones, agricolaſque imbibiſſe Fidei præceptis; Populo Univerſo authorem fuiſſe inſtituendi pias preces D Franciſco Paulano, ut a minis ob terræmotum, qui accidit præteritis annis, incolumis ſervaretur: longo quoque Sacerdotem Bianco poſt ſe relinquere intervallo contendit, quod Civis, & incola Loci illius ſit, quod ſit de gremio illius Eccleſiæ, longoque ſervitio tum de ea, tum de populo univerſo benemeritus, cum & ſtipem collegerit, & pecuniam ſuam contulerit, quo reſtitui poſſet, & in ampliorem formam redigi, quæ omnia plurimum ſpectanda ſunt juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, dum Parochus eligi debet, ut eſt *in Can. nullus invitis diſtinct. 61. can. Sacr. 63. diſtinct. cap. ultimo de Cler. Peregr.*

Crimina demum ab Epiſcopo objecta diluit, & quoad interverſam pecuniam oblatam a piis hominibus, atque erogandam in Eccleſiæ reparationem plures dat teſtes Sacerdotes, qui jurati teſtantur eum, antequam diſcederet, rationes reddidiſſe dati, & accepti integras, & plenas. frumentum collatum eſſe adhuc penes Oeconomum Cleri, ne uno quidem grano

surrepto; Aliud crimen arreptæ fugæ sine consensu, & scientia Episcopi in ipsum reuere conatur, testibus, & epistolis, quibus patet ipsum veniam petiisse, causam sui itineris Romam aperuisse, nec literas tamen impetrare potuisse, constanter eas negante vicario: neque vitio sibi, & crimini vertendum esse, quod Romam venerit tamquam ad Asylum juris, & justitiæ, ut causam suam diceret ob injuriam illatam prælatione Sacerdotis Bianco. Repulsis itaque culpis impictis, alias ipse alteri opponit, Ordinis Ecclesiastici susdeque versi, deserti ministerii, & diuturnæ absentiæ a Parochia, cupiditatis turpis lucri, qua captus contulerit pluribus infantibus nondum superato septennio extremam unctionem nulla alia de causa, nisi ut funerarias eorum impensas lucri faceret, turbarum, & murmuris, tam in Clero, quam in populo excitorum. Sic igitur pugnant, & libellis, & criminibus duo hi Sarerdotes; Ad amplissimos vero Patres spectat decernere, quo responso expediendum sit Dubium hujus Causæ.

An constet de irrationabili Judicio Episcopi in casu &c.

Negative, & amplius.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS Ex folio Congregationis habitæ die 12 Februarii 1735. quod in lucem hominum editum fuit *Vol. VIII. Thesaur. Resol. Sac. Congr. pag. 20. tit. Romana Commutationis voluntatis* resciri poterunt amplissimi Patres ultimam testamentariam dispositionem Raymundi Innocentii Masetti non obscuri nominis, dum viveret, in Curia nostra Advocati, & cujus voluntatis conjectura pendet omnis hujus causæ definitio. Igitur Maria Attilia Eranciſca Paluzzia testatoris Proneptis unam ex portionibus annuorum sc. 60. obtinuit, & Romæ in Monasterio S. Silvestri usque adhuc degit. Cum Sacras in eo vestes suscipere velit, & ob rei familiaris angustiam impares essent huic rei vires, postulavit a Sanctimonialibus illis, ut dotem scut. 500. exigerent in annua illa portione scut. 60. quam accipit ex testamento Advocati Masetti. Annuerunt illæ petitæ dilationi exactionis dotis: sed parum hoc fuit, deerant enim pecuniæ ad parandum Paraphernum, seu ut vulgo dicitur *Acconcio*, quæ necessariæ sunt in summa aliorum sc. 500., deest annua præstatio, quam vocant *Livello*, saltem sc. 20. sine quibus inutilis, atque impossibilis efficitur admissio in Monasterium. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

Preces itaque Maria Attilia Amplissimis Patribus obtulit, quibus exprimebat empta fuisse tria loca montium, quæ constituere nequeunt alteram portionem annuorum scut. 60. pro alimentis alterius puellæ, quotannis etiam deponi alia sc. 22. ex quibus pecuniis consuli posset necessitati Mariæ Attiliæ assignatione trium locorum montium in causam impensarum Parapherni, & annuorum sc. 22. in causam annuæ præstationis. Rogatus fuit ab Eminentissimis Patribus Amplissimus S. R. E. Ecclesiæ Urbis Vicarius, ut hac de re sententiam animi sui aperiret, respondit que indulgeri posse postulationi Mariæ Attiliæ quoad dotem exigendam in annuo reddito scut. 60., non vero quoad loca montium, atque annua sc. 22. adsignanda in causam Parapherni, atque annuæ præstationis Livelli: novas tamen etiam pro his preces obtulit Attilia Amplissimis Patribus, & compositio libello disputat Gratiæ hujus assignationis locum esse posse. Rationes, quas allegat, sane vehementes cognosci possunt ex ejusdem libello: quid contra ferat Congregatio Operariorum Divinæ pietatis Urbis, quæ se huic Gratiæ præstat contradictricem, ignoramus; nondum enim ab ea libellum Jurium suorum habuimus: Capita, quæ definienda proponuntur, duo hæc sunt.

I. *An & quomodo subsidium, seu assignamentum relictum a bo. mem. Josepho Mascetti pro Virginibus educandis sit applicandum pro dote spirituali D. Mariæ Attilia Paluzzi, in casu &c.*

II. *An debeatur Acconcium, & Livellum in casu Monacationis ejusdem.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 4. de Ref.

CÆSENATN. Bona omnia sua Joseph Verzaglius reliquit Primogenitis masculis Julii Cæsaris, & Joannis Baptistæ fratrum suorum, adjecto onere plurium sacrorum indictaque pœna caducitatis, si datum onus neglexissent, nec edidissent syngraphas, & probationes sacrorum actorum coram Cæsenatensi Concilio, cui eo casu jussit deferri hæreditatem, & jus sorte educendi unum ex quatuor Viris Urbici Magistratus, qui illam administraret, sibique haberet eadem conditione, eademque pœna caducitatis. Defuncto hærede Testamentario Hyppolito Verzaglio, hæreditatem adiit Lucretia Bolognhinia Verzaglia, quæ paruit oneri sacrorum, edidituque coram Concilio documenta impleti oneris, ne fraudi ei esset negligentia: metuens vero ne sibi hæc imposterum pœna immineat, neve hæc Concilio causa fiat affectandi hæreditatem, ad quam substitutum fuit in casu negligentiæ, vel culpæ Scriptorum hæredum postulavit ab optimo Maximoque Principe nostro facultatem assignandi fundum liberum, cujus fructibus impleri possit onus Anniversarii, & sacrorum a testatore injunctum, & hac ratione vitetur caducitas hæreditatis culpa, vel negligentia hæredum incurrenda. Data fuit amplissimis Patribus postulationis hujus cognitio, auditusque, ut fieri solet, Episcopus Cæsenatensis secundam Lucretiam respondit; At cum sese petitioni huic opponat Concilium, Controversia duobus collecta capitibus proponitur nunc definienda.

Primo Capite disputat Lucretia, & voluntate Testatoris cogi eam non posse, nec affici pœna caducitatis, quæ data, indictaque est hæredibus scriptis, cum verba testamenti ad hæredes scriptos, non ad legitimos, qualis ea est, directa sint, itaut onus personas sequatur nec illas egredi possit, nec porrigi, & extendi onus, & pœna, quæ odiosissima in Jure nostro sunt, extra personas expressas, & designatas: cum igitur scripti, & vocati tantum fuerint primogeniti masculi ex fratribus descendentes, quos solos testator expresse vocavit, quibusque solis exhæredationis fulmen intendere voluit, si datum onus sacrorum, & editionis apocharum negligerent, consequens esse debeat, ut Lucretia, quæ non fuit hæres scripta, & vocata a testatore, sed a lege ad luctuosam filii hæreditatem, pœna illa affici non possit, nec mutare perpetuam esse pii relicti naturam, ideoque perpetuum etiam esse debere, & in omnes sive scriptos, sive legitimos hæredes propagabile onus edendi syngraphas, & pœnam negligentibus datam; nam longe diversa, & distantia esse dicit hæc duo, obligatio sacrorum, & pœna caducitatis, obligationem perpetuam esse fatetur, pœnam negat, cui locus non fit, nisi contra quos eam interminatus est testator, non vero contra eos, qui veniunt ex aliena vocatione, legis scilicet post defectos hæredes testamento vocatos.

Altero capite differit, ut si difficultatis aliquid superfit, consulendum sit Sanctissimo pro gratia assignandi fundum liberum, cujus redditibus opus pium impleatur metuendum enim magis est de adimplemento voluntatis Defuncti, si hæreditas in plures hæredes dividatur, (& partienda quidem erit post obitum Lucretiæ), & quisque sibi sumat partem, ut hæreditatis ita, & oneris: facile namque contingere potbrit, ut qui pauperior est,

negli-

negligat, & in pœnam incidat, fiatque locus hoc casu substitutioni Concilii, quod cum substitutum sit in universa hæreditate, vindicare etiam velit partes eas hæreditarias, quæ tenentur ab illis hæredibus, qui implerunt præceptum testatoris, & hinc lites oriri poterunt inter ipsos non reos, & Concilium. Præstatione itaque fundi liberi consuli posse, & quieti successorum, & voluntati Testatoris: nullam denique habendam esse rationem detrimenti, quod inde eveniret Concilio Cæsenæ, cui nulla spes reliqua esse potest succedendi ob negligentiam hæredum post assignationem certi fundi, cum Concilium substitutum fuerit, ut immineret hæredibus, qui timore caducitatis præceptum implerent, idem finis obtinetur assignatione fundi sine ullo more periculo, ideoque nihil esse curandum de ademptione spei succedendi, quia testator non dilexit Concilium substitutum, sed hæredes, & voluntatem suam impleri voluit metu substitutionis. Hæc Lucretia; a Concilio nihil hactenus habuimus; Dubia hujus Controversiæ sunt.

I. *An obligatio exhibendi in Concilio Civitatis Cæsenæ syngraphas adimplementi legatorum, de quibus agitur imposita a bo. mem. Josepho Verzagli in ejus Testamento afficiat Lucretiam Bologhini, cæterosque hæredes hærdum in perpetuum in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro gretia assignandi Fundum liberum pro satisfactione dictorum Legatorum cum obligatione totius hæreditatis subrogandi alium, tam in casu diminutionis fructuum, quam in casu peremptionis ad effectum evitandi pœnam caducitatis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Die Sabbathi 26. Martii 1746.

DUæ, quæ sequuntur, Causæ in ultima Congregatione habita die 12. hujus mensis dilationem obtinuerunt ab Eminentissimis Patribus ad hanc Congregationem; poterunt itaque Amplissimi Patres, ut illas definiant, Folium illud iterum consulere.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS, cujus duo sunt capita. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

I. *An & quomodo subsidium, seu assignamentum relictum a bo. mem. Josepho Masetti pro Virginibus educandis sit applicandum pro dote spirituali D. Mariæ Attilia Paluzzi, in casu &c.*

II. *An debeatur Acconcium, & Livellum in casu Monacationis ejusdem.*

Ad primum affirmative juxta votum Eminentissimi Vicarii. Ad secundum negative & amplius.

Sess. 25. c. 4. de Ref.

CÆSENATEN. in qua disputatur.

I. An obligatio exhibendi in Concilio Civitatis Cæsenæ Syngraphas adimplementi legatorum, de quibus agitur imposita a bo. mem. Josepho Verzagli in ejus Testamento afficiat Lucretiam Bologhini, cæterosque hæredes haredum in perpetuum in casu &c. & quatenus affirmative.

II. An sit consulendum Sanctissimo pro gretia assignandi Fundum liberum pro satisfactione dictorum Legatorum cum obligatione totius hæreditatis subrogandi alium, tam in casu diminutionis fructuum, quam in casu peremptionis ad effectum evitandi pœnam caducitatis in casu &c.

Ad primum, Affirmative, & amplius. Ad secundum. Negative, & amplius.

Sess. 23. c. 19. de reg.

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Pluries in hoc Sacro Tribunali causa hæc proposita fuit, ut cognosci potest ex Folio Congregationis habitæ die 28. Augusti anni 1745. quod nuper in lucem hominum editum est *Thesaur. Resol. Sacr. Congreg. Vol. XIV. pag.* 73. Proposito dubio, *An sententia Proviſoris Hiſpalen. sit confirmanda, vel infirmanda in casu &c.* Responderunt Eminentissimi Patres contra Eleonoram Lasso -- *Sententiam Proviſoris esse confirmandam* -- Data inde Eleonoræ facultate jura sua iterum proponendi, præcipuum fundamentum, cui innixam fuisse putat contrariam Sacri hujus Senatus definitionem, evertere nunc conatur, monstratque non suasionibus, alias injustis, atque illicitis, Patris, Patrui, atque Amitarum, perductam fuisse, ut Monasterio nomen daret, sed cum a monastica disciplina animo esset averso, metu, & minis adactam fuisse ad emittendam professionem, quæ ob id edicto Prætorio, *quod vi, metusque causa gestum erit; ratum non habebo* rescindi debeat, cum minæ a Patre asperi ingenii, atque immitis naturæ in imbellem, teneræque ætatis Virginem illatæ omnem ejus voluntati libertatem ademerint. His igitur, aliisque rationibus, quæ nunc ab Eleonora proponuntur, perpensis, nam a *Defensoris Trofessionis* nondum novus libellus datus fuit, poterunt Amplissimi Patres cognoscere.

An sit standum vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata & scribatur Archiepiscopo Administratori juxta instructionem.

Sess. 25. c. 12. de Ref.

SPOLETANA DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM: Repetenda est Causæ hujus species ex folio Congreg. habitæ die 3. Aprilis anni 1745., qua tamen die proposita non fuit: id cum factum fuisset die 8. Maii Dubio, quod in disputationem veniebat, placuit Amplissimis Patribus respondere -- *Dilata, & coadjuventur probationes super asserta consuetudine etiam cum extractione formiter facienda Partitarum ex libris Capitularibus* -- ut cognosci potest *ex Vol. XIV. Thesaur. Resolut. Sac. Congreg. pag.* 33. Implevit hæc omnia Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ D. Petri Civitatis Spoleti, & formali extractione, & testibus probasse contendit hanc esse consuetudinem, ut ii, qui non habent ordinem Præbendæ adnexum, careant dimidia parte distributionum. Onus itaque erit Amplissimorum Patrum has probationes expendere, ut idem Dubium, quod tunc propositum fuit, definire possint.

An

An Canonico Joſepho Brianzio æque, ac aliis Canonicis Collegiatæ S. Petri debeantur diſtributiones quotidianæ in caſu &c.

Negative attenta conſuetudine.

MILETEN. TAXÆ. Redit ad judicium Patrum Ampliſſimorum hæc Cauſa, quæ ſecundum Monachos S. Mariæ de Patirio definita fuit in Congregatione habita die 4. Decembris anni 1745. Duo erant diſputationis Capita. *Seſs.23.c.18. de reſor.*

I. An per Monachos Monaſterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Baſilii debeatur aliqua taxa Seminario Miletен. pro Grancia, & Eccleſia Scaliti.

II. An idem Seminarium teneatur reſtituere ducat.27. a præfatis Monachis anno præterito exactos?

Reſponderunt Eminentiſſimi Patres. Ad primum negative. Ad ſecundum affirmative, ut patet ex *Vol.XIV. Theſ. Reſol. S. Congr. p.98.* nunc autem inſpecto Folio Congregationis diei 8. Maii ejuſdem anni reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata.

FLORENTINA EXEQUUTIONIS BREVIS. Gravi laborans capitis, & oculorum vitio, ac pectoris infirmitate Canonicus Jacobus Baldovinetti Coadiutor Canonici Medices in Metropolitana Eccleſia Florentiæ obtinuit Breve diſpenſationis ad quinquennium a Choro per ſpatium trium menſium hyemalium quolibet anno præter Vacationes indultas diſpoſitione Tridentini. Brevis hujus exequutio data fuit Decano, ſeſe huic Gratiæ contradictorem præſtitit Capitulum, a quo nondum libellum Jurium habuimus: Ex epiſtola diferta quidem, atque eleganti Nuncii Apoſtolici Eminentiſsimi Patres intelligent quæ geſta fuerint, quæve gerenda ipſe putet; neque enim hic omnia dicere nobis opus eſt: ea igitur perſpecta poterunt cognoſcere, & decernere, quo reſponſo Dubium, quod proponitur, ſit expediendum. *Seſs.24.c.12. de Ref.*

An ſit locus Exequutioni Brevis Apoſtolici in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica.

NEAPOLITANA IMPEDIMENTI CRIMINIS. Captus amore Roſæ de Caro uxoris Carmeli Malfectoni Raymundus Collocola pluries eam polluit per adulterium, data fide nubendi poſt obitum Viri. Mors continuo maritum occupat die 20. Martii 1732. ſed Raymundo nonniſi anno 1740. in mentem venit liberandi fidem datam, & matrimonium cum vidua contrahendi: Id ubi reſciverunt Jo: Collocola patruus, & duæ Raymundi ſorores nihil intactum prætermiſerunt, ut has diſturbarent nuptias. Roſa conjecta fuit in Monaſterium, & in Archiepiſcopali Curia judicium inſtructum, quo duorum criminum futuri conjuges rei dicebantur adulterii, & mortis Viri. Raymundus igitur, & Roſa, ut omnibus occurrerent, petierunt ab Optimo Maximoque Principe Noſtro diſpenſationem ab impedimento adulterii, quam obtinuerunt adjecta ab iis aſſertione *neutro ex ſponſis in mortem mariti machinante*, quæ in cauſa fuit, ut Joannes Collocola, & duæ Raymundi ſorores in Curia Archiepiſcopali ſubreptitie, diſpenſationem dicerent impetratam, cum ſtudio, atque opera uxoris mors Viro acciderit. At his ſpretis *Seſs.24.c.12. de ref.*

Curia

Curia decrevit -- *Non constare de impedimento machinationis, & esse exequendum Breve Pontificium, ac contrahendum matrimonium absque ulla mora*. Provocarunt tamen illi ad hoc S. Tribunal, & audito: ut par erat, Eminentissimo Archicpiscopo, Rosa, & Raymundus controversiæ definitionem nunc postulant.

Rem omnem eo esse deducendam ajunt futuri conjuges, ut cognoscatur, an probetur crimen machinationis in mortem Viri; sed hoc tolli præ umptione juris, quæ crimen excludit, tolli testificationibus plurium testium, qui narrant Carmelum defunctum Virum a neurismate vitiatum gutur habuisse, quos inter plurimum spectandi sunt soror germana Carmeli, ejusque Vir, & Januarius Sanseverinius medicinæ professor, qui eum monuit, ut caute vitam duceret ob vitii gravitatem, quo affecti facile occumbunt, præpedito sanguinis circulo, ut etiam diserte monent duo alii Medici. Accedit Carmeli corpus insepultum jacuisse 48. horarum spatio, nullis signis, atque indiciis, quæ monstrarent evenisse mortem alicujus opera, quæque signa latè numerat *Zacchia quæst. medico legal. tom. 1. lib. 2. quæst. 7. num. 30.*, nec mutare rumorem fuisse in Vicinia, non fuisse mortem illam naturalem, sed operam uxoris; Testes enim, qui proponuntur, id non habent, ut jure necesse est, quod præ cæteris docet *Hermosin. in cap. qualiter 2. de accusat. quæst. 3. n. 3. & 4.*, & ob id vanas hasce voces spretas fuisse à Fisco Laico, qui procul dubio non omisisset inquirere, si rumor ab honestis, & fide dignis personis ortum habuisset.

Hæc habent Rosa, & Raymundus, quid contra ferant patruus, & sorores ignoramus: Dubium. quod definiendum proponitur, est.

An constet de impedimento criminis in terminis oppositi, seu potius sit locus exequutioni Literarum Apostolicarum super dispensatione in casu &c.

Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

Sess. 24. c. 3. de ref.

SPOLETANA PROCURATIONIS SUPER CONTRIBUTIONE.

Ex pluribus Locis Piis, Cappellis, Titulis Beneficiorum, & Monasterio S. Catharinæ bona immobilia possidentibus in Territorio Montis Leonis Spoletanæ Diœcesis, quatuor sola in ultimis quinque visitationibus nomine procurationis Episcopo visitanti contribuerunt qualibet vice sc. 40., singulis sc. 10. conferentibus. Præsentes duorum Beneficiorum possessores R. P. Domino Frescobaldus, & Abbas Amicius aliorum onera sese subsistinere putantes, dato libello Amplissimis Patribus, querelas moverunt adversus alia loca pia, ut ab eodem onere levarentur, petentes dividi procurationes pro portione bonorum, quæ a singulis locis piis possidentur, & authoritate Sacri hujus Tribunalis cogerentur illa restituere ex lege justæ reintegrationis quidquid pro portione aliorum Locorum Piorum ab actoribus solutum fuit Episcopis visitantibus. Auditus fuit Episcopus, qui respondit secundum pia loca, & ut servaretur consuetudo, quam ab anno 1709. servatam fuisse constare dicit ex actis visitationum trium prædecessorum, & cui licet titulus expressus deficiat, non tamen deficit præsumptus ex temporis tuga nunc cunctis ignotus.

Contra hoc Judicium Episcopi disputant nunc actores, provocantes ad juris dispositionem, qua constitutum est ab iis præstanda esse temporalia, qui spiritualia recipiunt: præstandi debitum non esse personale, sed reale, & bonis inhærens: possessionem, quam jactant loca pia, non solvendi, nec antiquam esse, & immemorabilem, cum constet initium habuisse anno 1709. nec debitis requisitis firmatam, nec detrimentum ullum inferre posse nullam habentibus a prædefunctis possessoribus causam, quorum culpanda negligentia nocere non potest præsentibus; sed etsi immemorabilis hæc esset consuetudo,

do, & fuis requifitis comprobaretur, non tamen obiici poſſe ob Tridentini Decretum, quod ait -- *Non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili* - & diſpoſitionem antiquiorem *Textus in cap. Accedentes de præſcript.*; ne vero harum legum juſſa, quæ præſcriptionem, & conſuetudinem opponi poſſe vetant, interpretemur locum habere favore ſolius Epiſcopi, non vero eorum, qui procurationem debeant, præſto eſſe dicunt plura Sacri hujus Senatus reſponſa, quibus definitum eſt legum illarum ſanctionem locum habere tam contra eos, qui obtendunt præſcriptionem, & conſuetudinem adverſus Epiſcopos, quam contra eos, qui onus procurationis reiiciunt in alia loca pia, & ſeſe immunes præſtare nitnntur ut in *Signina 2. Auguſti 1670.* & in *Juvenacen. ſeu Nullius Terlitii Viſitationis*, in qua ad tertium Dubium -- *An procuratio ſit præſtanda a ſola Collegiata Terlitii*) a qua ſola dicebat Epiſcopus ſuorum prædeceſſorum exemplo procurationem exegiſſe) *vel per contributum ab omnibus aliis Locis Piis, & Eccleſiis viſitandis?* S. Congreg. die 23. Jan. 1706. reſpondit -- Negative quoad primam partem: Affirmative quoad ſecundam -- & noviſſime in *Civitatis Caſtellanæ Viſitationis 9. Jan. 1734.*

Contra hæc diſſerunt alia loca pia conſuetudinem immemorabilem, & poſſeſſionem, in qua ſunt, non ſolvendi comprobari dictis trium teſtium, antiquis libris Locorum piorum, teſtificatione Parochi, & ipſius Communitatis, ex qnibus habetur numquam a locis piis ſolutas fuiſſe procurationes, ſed onus fuiſſe Beneficiariorum Eccleſiæ S. Leonardi, & Sanctiſſimæ Annunciationis, Plebani Eccleſiæ Parochialis, & Beneficiarii Decimarum, quorum quiſque quartam procurationum partem ſolverit, ut ex literis claræ memoriæ Cardinalis Oliverii, Canonici Raſponi, & ipſius Epiſcopi cognoſci poteſt: Conſuetudinem immemorabilem ab ipſo Tridentino ſervatam fuiſſe, dum ait -- „ In iis vero locis, ſeu Provinciis, ubi conſuetudo eſt, ut „ nec victualia, nec pecunia, nec qnidquam aliud a Viſitatoribus acci„ piatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſervetur „ -- Oriri ex hac conſuetudine, cujus initium ignoratur; præſumptionem aptioris cujuſque tituli, ſive conventionis, quam ſartam tectamque idem ſervat Tridentini decretum, ſive Apoſtolici beneplaciti, juxta regulas juris omnibus cognitiſſimas.

Eoque amplius hanc eſſe ſervandam conſuetudinem, quod ſumetur vehementi ratione paupertatis locorum piorum, quæ excuſat a contributione procurationum: Epiſcopus enim hoc nomine nihil exigere poteſt a pauperibus, & locis piis inopia laborantibus ad *Text. in can. cavendum 7. & can. 10. q. 2. & cap. Statutum II. §. Inſuper de reſcriptis in 6. Fagnan. in cap. procurationes num. 21. de cenſib. Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 3. n. 22. Antonell. de Jur. Cler. lib. 2. par. 6. cap. 17. n. 69. & 71. Pax Ford. lucubr. jur. Canon. tit. de viſitat. num 12. & ſeq, Pignatell. conſult. 47. n. 11. tom. 1.* Nec ambigi poſſe de inopia, & paupertate locorum piorum, cum ea comprobetur teſtificationibus Parochi, & Communitatis, & ex libris cenſualibus, qui vulgo Cataſtra vocantur.

Cæterum Conventus Patrum S. Franciſci ad procurationes non tenetur, cum viſitationi ſubjectus non ſit: Monaſterium Monialium immunem eſſe ex antiqua conſuetudine: Hoſpitale non teneri ex diſpoſitione juris, de qua *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 73. num. 50. aliique apud Anaclet. Reinfeſtuell in Jus Canon. lib. 3. tit. 39. num. 55.* Cappellas Laicorum non poſſe cogi, tum quia nihil poſſident, tum quia Laici ad procurationes præſtandas non tenentur, ut docent *Cloſs. in cap. 1. ver. Laicos de cenſibus in 6. Vallenſ. in libr. 3. Decret. tit. 39. §. 4. num. 2. Paſſer. in cap. exegit 2. num. 15. de cenſib. Barboſ. de jur. Eccleſiaſt. cap. 22. n. 14. Monacell. formul. par. 3. tit. 1. formul. 4. num. 4.*

Hæc,

Hæc, atque alia hinc inde proponuntur, ut ab Eminentiſſimis Patribus tria, quæ ſequuntur; capita definiri poſſint.

I. An omnes viſitationi ſubjecti, & ſignanter Monaſterium Monialium Sanctæ Catharinæ, Eccleſiæ, Confraternitates, necnon Beneficia ſimplicia, ac Cappellæ perpetuæ poſſidentes in Territorio Montis Leonis Diœceſis Spoletanæ teneantur ad contributionem expenſarum: *& quatenus affirmative.*

II. An repartimentum earumdem expenſarum fieri debeat ab Epiſcopo inter omnia loca pia viſitata?

III. An RR. Beneficiati S. Leonardi, & Sanctiſſimæ Annunciationis, qui ſubſtinuerunt plus æquo pondus procurationis in retroactis Viſitationibus, ſint proportionabiliter reintegrandi ab aliis Viſitatis in caſu &c:

Non propoſita cum ſequenti.

Seſſ. 25. c. 1. de Relig. Sanct. c. 13. de reg.

POLYMNIANEN. JURIS QUÆSTUANDI, ET PROCESSIONUM.

Quæ ſit hujus Cauſæ ſpecies, quæ diſputationes, ſola monſtrare poteſt lectio XV. Dubiorum, quibus complexa omnia fuerunt. Epiſcopus, qui, ut moris eſt, de ſententia animi ſui rogatus fuit, diligenti epiſtola rem omnem narrat, eam legere ſatis eſt, ne repetitione noſtra folium in Volumen excreſcat: A Capitulo, & Clero Cathedralis Eccleſiæ Polymnianenſis libellum habuimus, non a Patribus Conventualibus: Dubia illa XV., quæ memoravimus; hæc ſunt.

I. An juxta Reſolutionem diei 24. Septembris 1621. liceat Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Polymniani quæſtuare eleemoſynas nomine Sancti Viti cumulative cum Patribus Minoribus Conventualibus Eccleſiæ Abbatialis ejuſdem Sancti Viti, ſeu potius ſit ſervanda tranſactio? *& quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam.*

II. An quæſtuatio permittenda ſit ad limites tantum indigentiæ Cappellæ Sancti Viti, ſeu quomodo? *& quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam.*

III. An proventus quæſtuationum debeant impendi in cultum S. Viti ejuſdem Eccleſiæ Abbatialis?

IV. An eleemoſyna ducatorum 50. conventa in tranſactione prædicta, & eroganda in beneficium dictæ Cappellæ ſit augenda, & in qua ſumma?

V. An ſacris Miniſtris ejuſdem Cappellæ debeatur ex dictis quæſtuationibus emolumentum, & in qua ſumma?

VI. An Patres Abbatiæ pro quæſtuationibus nomine Sancti Viti faciendis in Civitate, ac Diœceſi Polymnianenſi teneantur obtinere licentiam ab Ordinario?

VII. An liceat iiſdem Patribus quæſtuationes hujuſmodi locare?

VIII. An iiſdem Patribus liceat ad eaſdem quæſtuationes faciendas mittere perſonas ſæculares, ſeu potius fieri debeant per ſui Ordinis Fratres, vel ut vocant Commiſſos, ſeu quando?

IX. An iiſdem licitum ſit convenire de certa eleemoſynarum collegendarum quotà?

X. An Capitulum, & Clerus Polymniani teneantur tribus anni vicibus proceſſionaliter ire, & aſſociare Brachium S. Viti ab Eccleſia Cathedrali ab Abbatialem? *& quatenus affirmative.*

XI. Quæ pompa debeant in Eccleſiæ Abbatiali recipi, ibique exponi S. Reliquiæ ejuſdem Brachii S. Viti?

XII. An poſtrema ex dictis Proceſſionibus fieri ſolita ipſa die Feſtivitatis S. Viti ſit transferenda ad diem Dominicam infra Octavam?

An

XIII. An pro dictis Processionibus, aliisque Sacris Functionibus peragi solitis augendum sit Capitulo, & Clero stipendium, & in qua summa, seu potius sit servandum solitum?

XIV. An eleemosynæ, & oblationes, quæ fiunt in dictis tribus anni diebus in Ecclesia Abbatiali Sancti Viti, spectent ad eamdem Ecclesiam Abbatialem, seu potius debeant impendi pro cultu dictæ Cappellæ, & Sanctarum Reliquiarum?

XV. An præceptum a Vicario Nullius Castellanæ editum sub comminatione censurarum substineatur in casu &c.

Die Sabbathi 30. Aprilis 1746.

IRium, quæ sequuntur, Causarum prima proposita quidem fuit in Congregatione habita die 26. transacti mensis Martii, sed rescripserunt Amplissimi Patres -- Dilata, & proponatur omnino in prima etiam unica -- Duæ aliæ propositæ non fuerunt: Damus itaque eas hic, ut lecto iterum Folio ultimæ Congregationis, ab Eminentissimis Patribus definiantur.

FLORENTINA EXEQUUTIONIS BREVIS, in qua disputatur. An sit locus exequutioni Brevis Apostolici in casu &c. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Archiepiscopo pro confectione Processus super infirmitate, ejusque qualitatibus.

SPOLETANA PROCURATIONIS SUPER CONTRIBUTIONE; cujus tria sunt capita. *Sess. 24. c. 3. de ref.*

I. An omnes visitationi subjecti, & signanter Monasterium Monialium S. Catherinæ, Ecclesiæ, Confraternitates, necnon Beneficia simplicia, ac Cappellæ perpetuæ possidentes in Territorio Montis Leonis Diœcesis Spoletanæ teneantur ad contributionem expensarum. *Et quatenus affirmative.*

II. An repartimentum earumdem expensarum fieri debeat ab Episcopo inter omnia Loca Pia visitata?

III. An RR. Beneficiati S. Leonardi, & Sanctissimæ Annunciationis, qui substinuerunt plus æquo pondus Procurationis in retroactis Visitationibus, sine proportionabiliter reintegrandi ab aliis Visitatis in casu &c.

Ad primum servetur solitum in casu, de quo agitur. Ad secundum, & tertium provisum in primo.

POLYMNIANEN. JURIS QUÆSTUANDI, ET PROCESSIONUM: cujus XV. sunt capita.

I. An juxta Resolutionem diei 24. Septembris 1621. liceat Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Polymniani quæstuare eleemosynas nomine Sancti Viti

cumulative cum Patribus Minoribus Conventualibus Ecclesiæ Abbatialis ejusdem Sancti Viti, seu potius sit servanda transactio? *& quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.*

II. An quæstuatio permittenda sit ad limites tantum indigentiæ Cappellæ Sancti Viti, seu quomodo? *& quatenus negative ad primam partem & affirmative ad secundam.*

III. An proventus quæstuationum debeant impendi in cultum S. Viti ejusdem, Ecclesiæ Abbatialis?

IV. An elecmosyna ducatorum 50. conventa in transactione prædicta, & eroganda in beneficium dictæ Cappellæ sit augenda, & in qua summa?

V. An sacris Ministris ejusdem Cappellæ debeatur ex dictis quæstuationibus emolumentum, & in qua summa?

VI. An Patres Abbatiæ pro quæstuationibus nomine Sancti Viti faciendis in Civitate, ac Diœcesi Polymnianensi teneantur obtinere licentiam ab Ordinario?

VII. An liceat iisdem Patribus quæstuationes hujusmodi locare?

VIII. An iisdem Patribus liceat ad easdem quæstuationes faciendas mittere personas sæculares, seu potius fieri debeant per sui Ordinis Fratres, vel ut vocant Commissos, seu quando?

IX. An iisdem licitum sit convenire de certa eleemosynarum collegendarum quotà?

X. An Capitulum, & Clerus Polymniani teneantur tribus anni vicibus processionaliter ire, & associare Brachium S. Viti ab Ecclesia Cathedrali ab Abbatialem? *& quatenus affirmative.*

XI. Qua pompa debeant in Ecclesiæ Abbatiali recipi, ibique exponi S. Reliquiæ ejusdem Brachii S. Viti?

XII. An postrema ex dictis Processionibus fieri solita ipsa die Festivitatis S. Viti sit transferenda ad diem Dominicam infra Octavam?

XIII. An pro dictis Processionibus, aliisque Sacris Functionibus peragi solitis augendum sit Capitulo, & Clero stipendium, & in qua summa, seu potius sit servandum solitum?

XIV. An eleemosynæ, & oblationes, quæ fiunt in dictis tribus anni diebus in Ecclesia Abbatiali Sancti Viti, spectent ad eamdem Ecclesiam Abbatialem, seu potius debeant impendi pro cultu dictæ Cappellæ, & Sanctarum Reliquiarum?

XV. An præceptum a Vicario Nullius Castellanæ editum sub comminatione censurarum subsistineatur in casu &c.

Ad primum Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad Secundum: Provisum in primo. Ad Tertium: Servetur solitum, & Superiores Regulares incumbant ne Ecclesia fraudetur debito cultu, & obsequii. Ad Quartum: Negative, & Episcopus incumbat erogationi ducatorum 50. & aliarum oblationum in beneficium Cappellæ. Ad Quintum: Provisum in quarto. Ad Sextum, & Septimum: Negative. Ad Octavum; Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad Nonum: Negative. Ad Decimum: Affirmative juxta solitum. Ad Decimumprimum: Debere recipi forma decenti præscribenda per Eminentissimum Præfectum. Ad Decimum secundum: Negative. Ad Decimumtertium: Augendum esse stipendium ad ducatos 60. Ad Decimumquartum: Servari solitum. Ad Decimumquintum: Negative.

Sess. 25. c. 12. de reg.

AQUILEJEN. SUSPENSIONIS A DIVINIS. Data fuit hæc Causa in Folio Congregationis habitæ die 12. transacti mensis Februarii, sed proposita non fuit: Repetita igitur in Folio Congregationis diei 12. Martii, propo-

propoſitoque Dubio -- An abſolutio per Reverendiſſimum Venetiarum Nuncium conceſsa Sacerdoti Andreæ Gatti a ſuſpenſione a Divinis contra eum promulgata per Reverendiſſimum Patriarcham Aquilejæ ſubſtineatur in caſu &c. Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- Abſolutionem conceſsam die 12. Julii 1738. ſubſtineri -- Redeat nunc ad Judicium Sacri Tribunalis hæc definitio, ut Eminentiſſimi Patres, repetita lectione Folii Congregationis habitæ die 12. Februarii, reſpondere poſſint.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata.

CARPENCTORATEN. Species hujus Cauſæ expreſſa fuit latiſſime in Folio Congregationis habitæ die 26. Januarii anni 1743., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. XII. Theſar. Reſolut. Sac. Congregat. pag.* 19. Poterunt igitur Ampliſſimi Patres omnia, quæ in cauſa erant, ex eo cognoſcere: Propoſitis ea die quatuor Dubiis. I. An Decretum Curiæ Epiſcopalis Carpenctoraten. latum anno 1633. ſuper adminiſtratione Sacramentorem incolis commorantibus in Prioratu S. Hyppoliti ſit ſervandum, *& quatenus negative*. II. An unio de qua agitur facta anno 1736. ſubſtineatur in caſu &c., *& quatenus negative ad utrumque*. III. An Canonicus Sacriſta Eccleſiæ Cathedralis Carpen. Prior S. Hyppoliti teneatur providere propriis ſumptibus adminiſtrationi Sacramentorum dictis incolis, retinendo ibidem Vicarium, qui functiones omnes Parochiales adimpleat, ſeu potius ad hujuſmodi onus teneantur propriis ſumptibus Prior, & Parochus Carumbi, populus, vel Epiſcopus, ſeu alias quomodo ſit providendum in caſu &c. IV. An Parocho, Clero, Magiſtratui, Conſulibus Carumbi, & Habitatoribus Territorii S. Hyppoliti in die Feſtivitatis dicti Sancti proceſſionaliter accedentibus ad ejuſdem Sancti Eccleſiam Prior S. Hyppoliti teneatur præſtare prandium, refectionem eadem die, necnon teneatur aliud prandium in loco Carumbi iiſdem Parocho, Clero, Magiſtratui, & Conſulibus præſtare die Dominica ſequenti in caſu &c. *Reſponſum fuit* -- Ad primum, & ſecundum Negative. Ad tertium Affirmative ad primam partem. Ad quartum Negative. & amplius. *Sess. 22. c. 14. de Ref.*

Impetrata inde a Canonico Sacriſta, & Priore S. Hyppoliti facultate jura ſua iterum proponendi quoad tria prima capita, Cauſa data fuit in Folio Congregationis habitæ die 3. Auguſti ejuſdem anni 1743. ut in eodem *Tom. XII. Theſaur. pag.* 146., at cum proponi non potuerit ea die, propoſita fuit in Congregatione habita die 24. Auguſti ejuſdem anni, & ad dubium -- An, & in quibus ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c. *Reſponſum eſt*: Prævio receſſu a deciſis quoad primum, & tertium Dubium ſervandum eſſe Decretum anni 1633., ſoluta per Canonicum Sacriſtam Parocho Carumbi pecuniarum ſumma expendi ſolita in prandium, ſeu refectiones, & taxanda per Eminentiſſimum Præfectum: quo vero ad reliqua in Deciſis. Poſt hæc Parochus Carumbi, aliique litis Conſortes poſtularunt ab hoc Sacro Senatu, ut Epiſcopo Cavallicenſi mandaretur Juriſdictio, quo probari poſſet falſum eſſe Decretum latum anno 1633. aliaque oſtendi, quæ utilia videbantur ad revocandos Eminentiſſimos Patres in priorem ſententiam, & cum ſecundum poſtulata obtinuiſſent, advenit tandem epiſtola, & Judicialis proceſſus factus coram eodem Epiſcopo, reditque nunc Cauſa ad novum Ampliſſimorum Patrum Judicium, ut repetita lectione folii dati *Vol. XII. Theſaur. pag.* 19. perpenſiſque æqua, ut ſolent, Juſtitiæ libra, momentis rationum, quæ a Canonico Sacriſta in novo libello proponuntur, a Paro-

cho siquidem Carumbi, & litis consortibus nihil hactenus habuimus, respondeant.

An sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima mensis Junii.

Sess.14. c.13. de Ref. FAVENTINA PRÆEMINENTIARUM, ET JURIUM PAROCHIALIUM: Dedimus dudum hanc Causam in Folio Congregationis habitæ die 18. Julii anni 1744., quod editum fuit *Vol.XIII. Thesaur. Resolut. Sac. Congr. pag.*142. Ampliandum ea die censuit Sacrum Tribunal, rescripsitque -- Dilata, & scribatur novo Episcopo pro informatione, & Voto -- Auditus igitur fuit novus Episcopus, certantque æquo marte datis libellis duo Sacerdotes, qui suæ quisque Ecclesiæ Plebaniam vindicant Cæsar Antonius Laghius, & Carolus Rivalta. Non vacat, quæ, ut suæ quisque causæ serviret, in libellis congregarunt, excipere, ne folium in volumen excrescat, neve fastidio simus Amplissimis Patribus, quibus satis erit eorumdem libellorum lectio, ut XIII., quibus complexa hæc causa est, hic subjecta controversiæ capita definiant.

I. An Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ in octavo sit Ecclesia Plebana, & caput Congregationis, quam nonnullæ Parochiales Ecclesiæ ei propinquæ constituunt.

II. An Parochialis Ecclesia S. Petri Fugnani sit una ex Parochiis d. Congregationem constituentibus?

III. An Parochus d. Parochiæ Fugnani possit se alteri Congregationi adscribere, vel sese pro libito statuere independentem a cujuscumque Congregationis capite?

IV. An eadem Parochialis Ecclesia Fugnani ex asserto titulo Archipresbyteralis vere sit Plebana?

V. An ex eodem asserto titulo Archipresbyteralis exempta manserit ab illis oneribus, & obsequiis, quæ ante concessionem asserti tituli præstare tenebatur erga dictam Plebanam Ecclesiam Sancti Joannis, vel potius instar aliarum Ecclesiarum sit subordinata, & subjecta eidem Ecclesiæ Plebanæ?

VI. An constet de Matricitate saltem impropria d. Parochialis Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ in octavo.

VII. An Parochus dictæ Ecclesiæ Fugnani teneatur interesse conferentiis casuum conscientiæ, quæ habentur in Plebana Ecclesia, & in omnibus haberi debeat, ut unus ex Parochis Congregationis antedictæ?

VIII. An possit Sacra Olea a Cathedrali accepta alicui ex Parochis d. Congregationis dispensare?

IX. An possit in Functione Benedictionis Fontis Baptismalis, quæ fit ipsamet die Sabbathi Sancti adhibere assistentiam alicujus ex Parochis Congregationis?

X. An Plebano, seu Vicario perpetuo dictæ Plebanæ Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ competat jus, & præheminentia peragendi processionem ipso die Festo Sanctissimi Corporis Christi privative quoad Parochum Fugnani.

XI. An d. Plebanus possit eamdem processionem ab Ecclesia S.Petri inchoare, eamque ducere per limites ejusdem Paræciæ?

XII. An Parochus Ecclesiæ S. Petri teneatur instar aliorum Parochorum eidem processioni interesse?

XIII. An Plebanus posit, & debeat Missam solemnem in Ecclesia S. Petri celebrare, ac Parocho ejusdem Ecclesiæ S. Petri præcedere in singulis functionibus, quæ ibidem peraguntur?

Reliquæ non propositæ.

LYCIEN.

LYCIEN. CANTORATUS. Revocatus à parentibus ab urbe in patriam suam Lequilarum Lycienſis Diœceſis Sacerdos Nicolaus Antonius Carozzius Eccleſiæ ſervitium præſtare cœpit, ſive, ut, quem Romæ cæperat, curſum perageret, ſive ſpe, ut impleto triennio admitteretur ad participationem diſtributionum juxta morem, & longam conſuetudinem Eccleſiæ illius, quæ receptiva habetur. Anno nodum tranſacto Sacerdos Joſeph Carozzius libere reſignavit officium *Cantoratus*, quod in eadem Eccleſia tenebat; Epiſcopus igitur Officium illud contulit Sacerdoti Nicolao Antonio Carozzio. At hæc collatio graviter movit animum plurium Sacerdotum ejuſdem Eccleſiæ, & hac de re querelam propoſuerunt, dato libello, Ampliſſimis Patribus, querelam tamen improbante majori parte Cleri Lequilenſis; imo poſtquam ſive iræ, ſive invidiæ ardor deferbuit, plures ex iis, qui commoti fuerant, facti pœnitentes ſui publico, ſolemnique actu facultatem Procuratori judiciali datam ad litem agendam retractarunt, aliis contra in eadem ſententia perſiſtentibus. Horum itaque nomine quæſtio agitur de hac collatione, auditoque jam Epiſcopo Lycienſi, Eminentiſſimis Patribus nunc proponitur definienda. *Seſſ. 24. c. 18 de reform.*

Intentio diſſentientium eſt in conditione, & natura Eccleſiæ, quam dicunt Receptivam, diſputantque ob id ad ejus Officia eligendos eſſe Sacerdotum ſuffragiis eos, qui magis idonei, & digni fuerint reputati. Hanc tamen receptivam Eccleſiæ Lequilarum natutam, & qualitatem quod Dignitates & Officia valde dubiam, & incertam faciunt, ut differit Carozzius, duæ, vel tres poſtremæ Collationes factæ ab Epiſcopo Lycienſi jure ſuo ordinario. Nec mirum eſſe debere Eccleſiam hanc Lequilenſem receptivam quidem eſſe quoad Sacerdotes Patrimoniales, & Dignitates, ac Officia ad Epiſcopi collationem pertinere, cum id in aliis Eccleſiis Regni Neapolitani obſervari teſtificationem faciat *Card. de Luca de Canonic. diſc.* 18. 19. 20. & 21., atque hac ratione non poſſe Epiſcopum Lycienſem dejici e poſſeſſione, in qua eſt, conferendi. Diſputant etiam Diſſentientes Sacerdotes neceſſe eſſe, ut indicatur Concurſus, qui a Tridentino requiritur in Parochialibus Eccleſiis; ſed ipſa Tridentini diſpoſitio eos repellit, ait Carozzius, quæ hoc decernit de ſolis Parochiis, & Dignitatibus, quibus onus imminet, & cura animarum, nec veteres Canones, aut conſuetudines mutat in Officiis, & Dignitatibus liberis.

Sunt & alia, quæ hinc inde diſputantur, quæque plenius cognoſci poterunt ab Ampliſſimis Patribus ex Partium libellis, quibus omnibus perſpectis, quatuor, quæ ſequuntur, Dubia expedienda ſunt.

I. An electio Sacerdotis Carozzii ad officium Cantoratus facta ab Epiſcopo ſubſtineatur.

II. An dictum Officium in Eccleſia Lequilarum poſſit reſignari; *& quatenus negative*.

III. An dictum Officium debeat aſſignari per concurſum, ſeu potius arbitrio Ordinarii, *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam*.

IV. An ad Concurſum poſſit admitti, qui non expleverit Triennale ſervitium in caſu &c.

LARINEN. Poſtquam in Oppido Collis Torti extructum fuit magno ſumptu ſplendidum Monaſterium ſollicitudine Larinenſis Epiſcopi, in cujus Diœceſi Oppidum illud ſitum eſt, impenſis Marchionis Rota Oppidi Domini, & donatione facta a Clero ſæculari parui Conventus Ordinis, & Tituli S. Mariæ de Monte Carmelo cum Eccleſia, hortis, aliiſque adjacentibus, qui cognitiſſima Conſtitutione Innocentii X. Pontificis Maximi ſuppreſſus fuerat, & Clero donatus, traditum fuit idem Monaſterium anno *Seſſ. 25. de invoc. ven. & reliq. Sanct. & de reg. c. 43.*

anno 1741. PP. Minoribus ſtrictioris Obſervantiæ, qui *Reformati* nuncupantur. At poſtquam iiſdem Patres recepti fuerunt, plures continuo inter eos, & Clerum ſæcularem ejuſdem Oppidi exortæ controverſiæ quietem, quæ inter Eccleſiæ militiæ adſcriptos Homines, perpetua eſſe deberet, importune turbarunt. Delatis igitur ad hoc Ampliſſimum Tribunal his Controverſiis, auditoque Epiſcopo Larinenſi Cauſa omnis VIII. complexa Capitibus, e quorum ſola lectione quid in ea ſit, cognoſci facile poteſt, Eminentiſſimis Patribus nunc proponitur definienda.

I. An & cui competat Jus celebrandi Feſtivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo cum ſolemniori cultu die 16. Julii, nec non Feſtivitates SS. Antonii Abbatis, Antonii Patavini, Januarii, & Franciſci Xaverii, & in qua Eccleſia in caſu &c.

II. An conſtet de legitima erectione Tertii Ordinis de Pœnitentia in Eccleſia Ven. Conventus S. Mariæ de Monte Carmelo Oppidi Collis Torti in caſu &c. *Et quatenus negative.*

III. An dictus Tertius Ordo ſit abolendus, ſeu quomodo ſit providendum in caſu &c. *Et quatenus affirmative ad ſecundam.*

IV. An Confratres dicti Tertii Ordinis de Pœnitentia in publicis Proceſſionibus, & aſſociationibus cadaverum incedere poſſint ſub Cruce PP. Reformatorum, vel etiam ſub propria Cruce in caſu &c.

V. An Cadavera defunctorum ſepellienda in Eccleſia dicti Conventus debeant ad illam recto tramite deferri, ſeu potius ſint prius aſportanda ad Eccleſiam Parochialem, & eorum ibi fieri debeant Exequiæ in caſu &c.

VI. An Religioſi dicti Conventus teneantur ſingulis annis in perpetuum præſentare Archipresbytero Parochialis dicti Oppidi manipulum florum in Feſto Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, vel eadem die recitare orationem Panegyricam in honorem dicti Sancti in caſu &c.

VII. An conſtet de prætenſis exceſſibus P. Antonii a S. Bartholomæo, & Fr. Lucæ a Vulturara occaſione proceſſionis S. Marci, & quomodo ſit providendum in caſu &c.

Seſs. 24. c. 1. de ref. Matr.

TRIVENTINA NULLITATIS MATRIMONII: Inhoneſta Anna Jannantuono, antequam de nuptiis cogitaret cum Libero Japaulo, corporis ſui poteſtatem fecit Carolo Fonte, e quo etiam utero geſſit, quam infamiam ut tegeret, calumniam machina eſt contra Liberum illati ſibi violenti ſtupri: Hujus enim criminis reum eumdem detulit ad Baronem Terræ Caſalium Cyprani Triventinæ Diœceſis, qui officiis circumventus uxoris ſuæ, cui familiaris erat Annæ ſoror, juſſit Liberum in carceres detrudi, eumque tribus menſibus detinuit in ſquallore jacentem, donec oblatam ſibi conditionem ducendi ſtupratam in uxorem eam Liberus accepit, fatius hoc reputans, quam inedia & miſeriis intra carceres abſumi. Eductus itaque manicis, & catenis vinctus recta in Baronale Prætorium trahitur, & in aula coram Parocho Teſtibus, & conſanguineis, ſuperſtantibus Barone, & Uxore conſenſus ab eo exquiritur, an extorquetur incertum, quem miſer ille tremula voce, & vultu contorto præſtitit. Poſt has nuptias illico ad Judicem defertur, ut cautio a Libero præſtetur de bene tractando ſponſam Uxoremque, probe proſpiciente Barone juſtam Liberi contra illam futuram ultionem, & maximo cum diſcrimine vitæ permanſuram cum Viro.

Vix evaſerat in libertatem Maritus, cepit amicos teſtari, & rogare, ut ſibi præſto eſſent, & teſtimonium referrent illatæ vis, & metus incuſſi, ſuæque huic matrimonio omnino repugnantis voluntatis, quam ne mutatam fuiſſe cenſerent, aut dubium aliquod de ea ingereret cohabitatio, & vitæ

ac

ac lecti societas, cavit, ne cum Uxore esset, eamque alibi depositam rarissime adibat, nec blande cum ea agebat, sed dure ac rigide percutiens illam, verberans, & male habens; invenit enim eam actu conjugii fœdus violantem cum Carolo amico suo, qui sibi plaudebat absque ullo pudore, & reverentia violati Thori. Hæc patienter tulit infelix maritus, dum inter vivos fuerunt authores & patroni hujus connubii Baro ejusque Uxor, quibus defunctis, & cessato metu, recta perrexit ad Curiam Episcopalem, petiitque nullum declarari matrimonium vi metuque initum, Testesque plures numero, & dignitate spectandos edidit, quibus ea omnia, quæ supra narravimus, probabat; at cum in dies differret judicium Vicarius Triventinus, nec finem faceret ullum, appellavit Liberus ad Amplissimos Patres, a quibus nunc, quod sequitur, Dubium expediendum est. *An constet de nullitate matrimonii in casu &c.*

Die Sabbathi 14. Maii 1746.

EX *Folio* ultimæ *Congregationis* habitæ *die* 30. transacti *Mensis Aprilis* quatuor, quas hic subjicimus, supersunt Causæ, quæ proponi non potuerunt: Poterunt itaque Amplissimi Patres *Folium* illud iterum consulere, ut eas, quæ nunc proponuntur, definiant.

FAVENTINA PRÆEMINENTIARUM, ET JURIUM PAROCHIALIUM, cujus XIII. sunt Capita. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

I. An Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ in octavo sit Ecclesia Plebana, & caput Congregationis, quam nonnullæ Parochiales Ecclesiæ ei propinquæ constituunt.

II. An Parochialis Ecclesia S. Petri Fugnani sit una ex Parochiis d. Congregationem constituentibus?

III. An Parochus d. Parochiæ Fugnani possit se alteri Congregationi adscribere, vel sese pro libito statuere independentem a cujuscumque Congregationis capite?

IV. An eadem Parochialis Ecclesia Fugnani ex asserto titulo Archipresbyteralis vere sit Plebana?

V. An ex eodem asserto titulo Archipresbyteralis exempta manserit ab illis oneribus, & obsequiis, quæ ante concessionem asserti tituli præstare tenebatur erga dictam Plebanam Ecclesiam Sancti Joannis, vel potius instar aliarum Ecclesiarum sit subordinata, & subjecta eidem Ecclesiæ Plebanæ?

VI. An constet de Matricitate saltem impropria d. Parochialis Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ in octavo.

VII. An Parochus dictæ Ecclesiæ Fugnani teneatur interesse conferentiis casuum conscientiæ, quæ habentur in Plebana Ecclesia, & in omnibus haberi debeat, ut unus ex Parochis Congregationis antedictæ?

VIII. An possit Sacra Olea a Cathedrali accepta alicui ex Parochis d. Congregationis dispensare?

IX. An possit in Functione Benedictionis Fontis Baptismalis, quæ fit ipsamet

met die Sabbathi Sancti adhibere assistentiam alicujus ex Parochis Congregationis ?

X. An Plebano, seu Vicario perpetuo dictæ Plebanæ Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ competat jus, & prætheminentia peragendi processionem ipso die Festo Sanctissimi Corporis Christi privative quoad Parochum Fugnani.

XI. An d. Plebanus possit eamdem processionem ab Ecclesia S. Petri inchoare, eamque ducere per limites ejusdem Parœciæ ?

XII. An Parochus Ecclesiæ S. Petri teneatur instar aliorum Parochorum eidem processioni interesse ?

XIII. An Plebanus posit, & debeat Missam solemnem in Ecclesia S. Petri celebrare, ac Parocho ejusdem Ecclesiæ S. Petri præcedere in singulis functionibus, quæ ibidem peraguntur ?

Ad primum, & secundum affirmative. Ad tertium, & quartum Negative. Ad quintum negative ad primam partem, & affirmative ad secundam, & amplius. Ad sextum affirmative, & amplius. Ad septimam affirmative. Ad octavum, & nonum negative. Ad decimum affirmative, & amplius. Ad decimum primum, & decimum tertium servatur solitum, & amplius. Ad decimum secundum affirmative, & amplius.

Sess. 24. c. 18. de ref.

LYCIEN. CANTORATUS, in qua expedienda sunt IV. Dubia.

I. An electio Sacerdotis Carozzi ad officium Cantoratus facta ab Episcopo subsistineatur ?

II. An dictum Officium in Ecclesia Lequilarum possit resignari ; *& quatenus negative*.

III. An dictum Officium debeat assignari per concursum, seu potius arbitrio Ordinarii ? *Et quatenus Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam*.

IV. An ad Concursum possit admitti, qui non expleverit Triennale servitium in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 25. de Relig. cap. 15. de reg. c. 13.

LARINEN. cujus VII. sunt capita, quæ in controversiam veniunt.

I. An, & cui competat Jus celebrandi Festivitatem S. Mariæ de Monte Carmelo cum solemniori cultu die 16. Julii, nec non Festivitates SS. Antonii Abbatis, Antonii Patavini, Januarii, & Francisci Xaverii, & in qua Ecclesia in casu &c.

II. An constet de legitima erectione Tertii Ordinis de Pœnitentia in Ecclecleſia Ven. Conventus S. Mariæ de Monte Carmelo Oppidi Collis Torti in casu &c. *Et quatenus negative*.

III. An dictus Tertius Ordo sit abolendus, seu quomodo sit providendum in casu &c. *Et quatenus affirmative ad secundam*.

IV. An Confratres dicti Tertii Ordinis de Pœnitentia in publicis Processionibus, & associationibus cadaverum incedere possint sub Cruce PP. Reformatorum, vel etiam sub propria Cruce in casu &c.

V. An Cadavera defunctorum sepellienda in Ecclesia dicti Conventus debeant ad illam recto tramite deferri, seu potius sint prius asportanda ad Ecclesiam Parochialem, & eorum ibi fieri debeant Exequiæ in casu &c.

VI. An Religiosi dicti Conventus teneantur singulis annis in perpetuum præ-

præsentare Archipresbytero Parochialis dicti Oppidi manipulum florum in Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ, vel eadem die recitare Orationem Panegyricam in honorem dicti Sancti in casu &c.

VII. An constet de prætensis excessibus P. Antonii a S. Bartholomæo, & Fr. Lucæ a Vulturara occasione Processionis S. Marci, & quomodo sit providendum in casu &c.

Ad primum servetur pactum ad formam conventionis, & amplius. Ad secundum affirmative, servatis Decretis Sacrarum Congregationum quoad receptionem mulierum. Ad tertium provisum in secundo. Ad quartum affirmative sub Cruce PP. Reform. in publicis processionibus tantum. Ad quintum negative ad primam partem; & affirmative ad secundam. Ad sextum affirmative juxta conventionem, & amplius. Ad septimum ad mentem.

TRIVENTINA NULLITATIS MATRIMONII, in qua quæritur. *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.* *Sess. 24. c. 1. de ref. mat.*

Affirmative, & amplius.

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Repetenda est hujus Causæ species ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 12. *Februarii hujus anni*, qua tamen die Causa proponi non potuit: idem evenit in altera *Congregatione diei* 12. *Martii* nuper transacti, defectu examinis P. Joannis Baptistæ: Eo nunc peracto, causam ipse postulat definiri: Poterunt itaque Patres Amplissimi lecto iterum *Folio Congregationis diei* 12. *Februarii*, & expensis, quæ nunc proponuntur, respondere: *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* *Sess. 25. c. 12. de reg.*

Dilata, & scribat defensor Professionis.

VVORMATIEN. JURISDICTIONIS: Ortis inter Episcopalem Curiam Vvormatiensem, & P. Abbatem Eberbacensem Ordinis Cistercienſis, causa Monialium Monasterii *Marien-Munster* ejusdem Ordinis, pluribus Controversiis, oblati fuerunt ab eodem P. Abbate libelli S. Congregationi Episcoporum, & Aegularium, a qua auditus fuit Eminentissimus Elector Trevirensis uti Episcopus Vvormatiensis, sed delata Causæ hujus universæ cognitione ad hunc Amplissimum Ordinem auditus fuit Vicariatus Vvormatiensis, & Causa nunc VII. Capitibus collecta, a quorum lectione facile est eam conjicere, Eminentissimis Patribus definienda proponitur. Monemus tantum a P. Abbate Eberbacensi, & Monialibus Monasterii *Marien-Munster* nondum libellum Jurium datum fuisse: Capita Controversiarum hæc sunt. *Sess. 25. c. 19. de Reg.*

I. An Eminentissimus Ordinarius Vvormatiensis, seu ejusdem Vicariatus possit inhibere Regularibus Abbatiæ Eberbacensis Ordinis Cistercienſis, ne sine prævia ejus approbatione excipiant Confessiones Monialium Monasterii Marien-Munster ejusdem Ordinis.

II. An Eminentissimo Ordinario competat Jus intereſſendi, & præsidendi electionibus Abbatissarum dicti Monasterii.

III. An liceat eidem Eminentissimo Ordinario petere rationes Administrationis bonorum ipsiusmet Monasterii?

IV. An eidem Eminentissimo Ordinario competat jus explorandi voluntatem

puellarum admittendarum, tam ad habitum, quam ad professionem in dicto Monasterio? *Et quatenus affirmative.*

V. An occasione dictæ interessentiæ Redditionis Rationis, & explorationis teneatur Monasterium ad aliquam expensam pro Ministris Curiæ Episcopalis Vvormatiæ, sive ex quocumque alio titulo?

VI. An præfati Regulares, & Moniales cogi possint per mulctas pecuniarias in Casibus prædictis?

VII. An licita fuerit exactio centum imperialium facta a Reverendissimo Vicariatu Vvormatiensi, seu potius teneatur dictam summam Monasterio Marien-Munster restituere, & omnia damna reficere in casu &c.

Dilata, & proponatur in prima Julii etiam unica.

Sess. 21. c. 4. de Ref.

FERRARIEN. BENEPLACITI APOSTOLICI: Licet ab anno usque 1735, quo Ferrariensem regebat Ecclesiam Eminentissimus Thomas Ruffus S. R. E. Cardinalis Amplissimus a tribus Parochiis Villarum *Ficaroli*, *Stientæ*, *& Ravalli*, præstito ab earum Rectoribus consensu, facta fuerit separatio, & altera erecta fuisset Parochialis Ecclesia in Villa *Tomasellæ*, quæ deinde ob Populi commoditatem translata fuit in Villam *Gaibæ*, cujus Parochus titulo *Archipresbyteri* nuper auctus, honestatusque fuit, optimum tamen visum est novo huic Archipresbytero Joanni Sartio, & universo Populo Tomasellæ, & Gaibæ preces Amplissimis Patribus offerre, quibus postulabant Apostolica auctoritate confirmari separationem, novamque erectionem factam ab Eminentissimo Archiepiscopo: metuebant enim, ne Archipresbyter Ecclesiæ Matris S. Antonini Villæ Ficaroli, cui plurimum illatum fuit detrimenti, tum ob majorem Populi numerum a Parochia illa separatum, tum ob onus eidem injunctum solvendi novo Parocho annua scut. 40. iudicium inciperet, ut separatio irrita fieret, cum ei displicuisse putent novam Parochialem in Archipresbyteralem evectam, & Joannem Sartium Archipresbyteri Titulo insignitum, & liberatum ab onere accedendi ad Ecclesiam Matrem S. Antonini die Sabatho majoris hebdomadæ, quod onus a cæteris Parochis fertur. Auditus igitur fuit, ut par erat, Archiepiscopus, qui disertissima secundum Sartium respondit Epistola. qua monstrat & validitatem, & justitiam actæ separationis. Censet tamen unicam difficultatem oriri posse ex eo, quod in hujusmodi dismembratione non fuerit Parocho matricis Ecclesiæ reservatum Jus nominandi, & præsentandi novæ Parochialis Rectores juxta dispositta in Constitutione San. mem. Alexandri III. quæ incipit ad Audientiam de Eccles. Ædific. Ab Olivo Poletti Archipresbytero Parochialis Ecclesiæ S. Antonini Villæ Ficaroli nihil hactenus habuimus. Videant igitur Eminentissimi Patres, qua ratione Dubium, quod sequitur, expediendum sit.

An sit locus concessioni Beneplaciti Apostolici in casu &c.

Affirmative, & amplius.

Sess. 22. dec. de obs. & evit. in celeb. Miss.

FANEN. ORATORII. Facultatem habendi in Ædibus suis privatum Sacellum, sive Oratorium, ubi Sacrum agi posset, impetrarunt ab Optimo Sacratissimoque Pontifice nostro Carolus Bernardinus Mannius, & Isabella Mareotti Conjuges: At, cum Clausula in Pontificio Brevi adjecta esset, quæ solet apponi, *quod ipsi, ut asserunt, de nobili genere procreati existunt*, negavit Episcopus exequi mandatum principale, quod putaret, de hac nobilitate non constare. Conjuges itaque libellum obtulerunt

lerunt Eminentiſſimis Patribus, quo petebant definiri Breve Pontificis eſſe excquendum. Audito jam, ut fieri ſolet, Epiſcopo, Cauſa nunc Ampliſſimis Patribus proponitur, & ſumma petitionis eſt: Satis eſſe ad rem, de qua agitur, ſimplicem & meram ſanguinis nobilitatem, non opus eſſe equeſtri, non generoſa, illamque etiam, quæ Principis beneficio datur, ſatis eſſe, cum de nobilitate non diſquiratur, ut aſſequi poſſit honor, & Dignitas, & non agatur de re, in qua alteri poſſit iniqua conditio inferri, ut bene diſtinguentes tradunt uno conſenſu *Reinfeſt. in Jus Canon. Append. de diſpenſat.* §. 8. *n.* 31. *Pelizzar. Manual. Regul. tractat.* 8. *cap.* 2. *ſect.* 12. *n.* 139. *par.* 2. *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *diſput.* 19. *num.* 7. *De Juſt. de diſpenſat. matrim. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 142. *Clericat. de Sacrif. Miſſ. deciſ.* 8. *num.* 33. *Braſch. Promptuar. Synod. caſ.* 76. *n.* 28. *Joan. Baptiſta Gatticus De Orator. Domeſtic. cap.* 21. *num.* 12. *& ſeqq. optime Pignatell. vol.* 6. *conſultat.* 78. *n.* 45.

Hac Nobilitate gaudere pluribus monimentis Conjuges monſtrant; Nannius enim Vir probat Gentem ſuam ab anno 1500. cooptatam fuiſſe in Ordinem Terræ Mondavii, quæ ut ait *Ruin. conſ.* 15. *n.* 3. *quædam parva Civitas in Piceno eſt*, & ob id omnes, qui in illo Ordine ſunt, nobilium nomine tituloque decorantur, ut ipſe Nannius pluries nuncupatus fuit: Aſcendentes ſuos matrimonia contraxiſſe cum Fæminis Nobilium familiarum, atque hæc inter numerat illud a Baldo Nannio contractum cum Victoria Albani Nobili Civitatis Urbini Matrona; ipſe Bernardinus matrimonium contraxit cum Iſabella edita e nobili Gente Mareotti Civitatis Maceratæ, cujus Nobilitas ſola potis eſt, ut hoc privilegio frui Conjuges poſſint, eorumque filii, ut ad rem tradunt *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 37. *& ſeqq. Paſqualig. de Sacrif. nov. leg. vol.* 1. *quæſt.* 622. *num.* 2. *Pignatell. tom.* 6. *conſul.* 98. *n.* 44. *Clericat. De Sacrif. Miſſ. dicta dec.* 8 *n.* 32. *& 33. Braſch. Promptuar. Synod. dicto cap.* 78. *num.* 29. *Tamburin. de Celebrat. Miſſar. lib.* 1. *cap.* 6. §. 4. *num.* 3. *Gatticus de Orator. Domeſtic. cap.* 21. *num.* 17.

His, aliiſque rationibus, quæ a Conjugibus proponuntur, perpenſis, poterunt Ampliſſimi Patres cognoſcere.

An ſit locus executioni Brevis in caſu &c.

Affirmative.

CEPHALUDEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Poſtquam Vincentius Geracius, defuncta Uxore, duobus tamen ſuperſtitibus filiis, Novercam iis ſuperinduxit, & ab ea quatuor ſuſtulit liberos, nihil intactum prætermiſit, ut poſſet animum Dominici filii ex primo conjugio flectere, qui nomen daret Monaſticæ diſciplinæ exemplo Petri Fratris, qui ſponte ſeſe inter Patres Cappuccinos adſcripſerat. Cauſa hujus curæ Paternæ erat integrum dotis maternæ compendium. Minis itaque, & verberibus fractus Dominicus, qui nondum ad annum decimum nonum pervenerat, inter fratres Cappuccinos receptus fuit, impletoque probationis tempore die 1. Maii anni 1738. Profeſſionem emiſit in Monaſterio Civitatis Miſtrettæ, aſſumpto nomine Fr. Salvatoris a Petraglia. Licet vero munera omnia a Præfectis Monaſteriorum data impleverit, conſtante tamen fuit voluntate ab Ordine diſcedendi, a quo etiam aufugit. Expectabat Patris obitum, ſed tandem victa patientia poſtulavit ab Epiſcopo Cephaludæ, ut declararet Profeſſionem eſſe nullam; Ille, ut par erat decrevit, petendam eſſe prius a Sede Apoſtolica reſtitutionem in integrum. Adiit igitur Fr. Salvator Sanctiſſimum Principem noſtrum oblato libello, quo rogabat in integrum reſtitui, dataque hujus rei cognitione Ampliſſi- *Seſſ.* 23. *c.* 18. *de Ref.*

mo huic Ordini, mandata fuit Jurisdictio Episcopo Cephaludæ, ut processus judicialis instrueretur, audito Præfecto Monasterii. Munus implevit Episcopus, qui binas etiam ad Eminentissimos Patres dedit Epistolas: Quatuor sunt Testes in hoc processu, quos inter est Vincentius Geracius Pater: Horum dictis probe perpensis. respondendum est.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & Orator subjiciat se examini formali, & scribat defensor professionis.

Die Sabbathi 28. Maii 1746.

ANEN. PROCURATIONIS. Ut Causa hæc ad memoriam Amplissimorum Patrum revocari possit, repetenda est ex Folio Congregationis habitæ die 24. Augusti anni 1743. qua die controversiæ definitionem postulante Josepho Belluzio Parocho Castri Carticeti, qui obtinuit, duo, quæ sequuntur, Dubia præposita fuerunt. I. An omnes Visitationi subjecti, & signanter Confraternitates, necnon Beneficia simplicia, ac Cappellæ perpetuæ possidentes in Castro Carticeti teneantur per contributum ad Procurationem in casu &c. II. An Plebanus, qui substinuit totum pondus Procurationis in retroactis Visitationibus sit proportionabiliter reintegrandus ab aliis Visitatis in casu &c. Responderunt autem Eminentissimi Patres. Ad primum, affirmative. Ad secundum, affirmative pro Procurationibus præstitis ab anno 1735. citra: Revocatur nunc ad novum examen hæc definitio, ut Amplissimi Patres respondere possint.

Sess. 24. c. 3. de ref.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Prævio recessu a decisis in casu de quo agitur, Confraternitates comparentes non teneri.

TOLETANA JURIUM PAROCHIALIUM, SIVE HOSPITALIS, ET PRIVILEGIORUM. Pluries proposita hæc causa, definita tandem fuit in congregatione habita die 20. Novembris 1745. VII. quibus complectebatur, Capita, nempe I. An erectio Hospitalis S. Petri Villæ Matriti sub instituto Ven. Congregationis RR. Sacerdotum sit confirmanda, vel potius sit locus illius suppressioni, & quomodo? *Et quatenus affirmative quoad primam partem.* II. An concedendum sit Hospitali, & Congregationi Presbyterorum S. Petri Villæ Matriti indultum administrandi Sacramenta pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ etiam per Viaticum, retinendi oleum sanctum, illudque administrandi Sacerdotibus infirmis in eodem Hospitali independenter a quovis Parocho etiam S. Sebastiani? III An sub eodem indulto comprehendendi sint Ministri, seu servientes, & Familiæ dicti Hospitalis degentes tamen intra sepia ejusdem Hospitalis, & Ecclesiæ cum eadem independentia Parochi, sive Parochorum. IV. An concedendum sit indultum administrandi Sacramentum Eucharistiæ pro satisfactione præcepti Paschalis, tam Sacerdotibus, quam Mini-

Sess. 25. c. 8. de refor.

Miniſtris, aliiſque ſupradictis Perſonis intra ſepta Eccleſiæ, & Hoſpitalis degentibus, ſive infirmis, ſive non, in caſu &c. V. An indulgendum ſit eidem Congregationi, & Hoſpitali Jus ſepeliendi tam Confratres, Miniſtros, aliosque in Hoſpitali decedentes, quam alios decedentes in quacumque Parochia, & Sepulturam alias eligentes in dicta Eccleſia, & Hoſpitali cum eadem independentia Parochi, ſeu Parochorum eorumdem, abſque eorum interventu, & Cruce tam in aſſociando, quam in ſepeliendo cadavera, una cum emolumentis competentibus aliis Eccleſiis, & Hoſpitalibus exemptis a Juriſdictione Parochi? VI. An concedenda ſit exemptio ab omni, & quacumque ſolutione cujuſvis portionis, ſeu quartæ funeralis funerum dictorum Miniſtrorum, ſervientium, familiæ, ac Sacerdotum in Hoſpitali decedentium in caſu &c. VII. An concedendum ſit Hoſpitali & Congregationi prædictis indultum exponendi in illius Eccleſia publicæ Venerationi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, celebrandi divina officia in hebdomada majori, benedicendi candelas, cineres, & ramos olivarum, celebrandi quamcumque feſtivitatem, Miſſas cantatas, Prædicationes, Anniverſaria, & Officia Mortuorum, & peragendi quaſvis Eccleſiaſticas functiones fieri conſuetas ab aliis Hoſpitalibus exemptis, fruendique omnibus Privilegiis, & Prærogativis ad inſtar aliorum Hoſpitalium authoritate Apoſtolica exemptorum in caſu &c.

Septem inquam hæc Capita ita definita fuerunt ab Ampliſſimis Patribus, qui reſponderunt -- Ad primum, affirmative quoad primam partem, negative quoad ſecundam, ſalva authoritate Ordinarii ad formam Concilii, & dummodo redditus prioris inſtitutis erogentur in ejuſdem adimplementum, ad quem effectum fiat ſeparatio bonorum, cui incumbat Ordinarius. Ad ſecundum, & tertium, affirmative quoad Sacerdotes infirmos de licentia Parochi S. Sebaſtiani. Ad quartum, negative & quoad Sacerdotes infirmos de licentia Parochi. Ad quintum, Affirmative quoad infirmos Sacerdotes in Hoſpitali decedentes, in reliquis negative. Ad ſextum, proviſum in antecedenti. Ad ſeptimum, quoad expoſitionem Sanctiſſimi Sacramenti, & Præcicationem arbitrio Ordinarii, in reliquis idem Ordinarius provideat pro ſui prudentia, ſalvis Juribus Parochialibus -- Data fuit Partibus facultas jura ſua iterum deducendi, ideoque Ampliſſimi Patres, repetita lectione Folii ejuſdem Congregationis, quod in lucem editum eſt *Theſ. Reſolut. Sacr. Congr. Vol. XIV. pag* 90. *& ſeqq.* decernere poterunt. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.*

Ad primum in deciſis, & amplius. Ad ſecundum, tertium, & quartum in deciſis, dempta clauſula de licentia Parochi. Ad quintum, ſextum, & ſeptimum in deciſis, & amplius.

MILETEN. TAXÆ: Hæc quoque Cauſa pluries propoſita definita tandem fuit in Congregatione habita die 4. Decembris ſuperioris anni. Duo erant Dubia -- I. An per Monachos Monaſterii S. Mariæ de Patirio Ordinis Sancti Baſilii debeatur aliqua Taxa Seminario Mileten. pro Grancia, & Eccleſia Scaliti? *Et quatenus negative*. II. An idem Seminarium teneatur reſtituere Ducat. 27. a præfatis Monachis anno præterito exactos? -- Reſponſum fuit. Ad primum negative. Ad ſecundum affirmative: -- Redeunt nunc reſponſa iſthæc ad novum Judicium, & inſpecto iterum Folio Congregationis diei 8. Maii 1745. Quod eſt *Vol.* 14. *Theſ. Reſol. pag.* 38. reſpondendum eſt. *Seſſ. 23. c. 18. de reform.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima.

POLI-

Sess. 24. c. 18. de ref.

POLICASTREN. PRÆEMINENTIARUM, ET JURIUM PAROCHIALIUM. Ex XIV. Capitibus, quibus collecta fuerat omnis hæc Causa proposita in Congregatione habita die 22. Januarii hujus anni, Caput dumtaxat *nonum* responsum accepit: *Iterum proponatur*: Et ob id Archipresbyter & Clerus S. Nicolai Civitatis Rivaliæ ejusdem nunc definitionem postulant, atque etiam, ut Amplissimi Patres in eadem persistant sententia quoad alia Capita, quæ novo eorumdem Judicio subjiciuntur: Sunt autem hæc in Ordine -- VII. An in festo S. Nicolai teneatur Clerus S. Mariæ etiam non vocatus accedere ad ejus Ecclesiam juxta solitum, & assistere primis Vesperis, & Missæ solemni, & Clerus S. Nicolai ea occasione teneatur distribuere singulis de Clero S. Mariæ solitas Candelas in casu &c. VIII. An Clerus S. Nicolai saltem vocatus teneatur accedere ad Ecclesiam S. Mariæ, ibique assistere secundis Vesperis Dominicæ, & Missæ Solemni feriæ secundæ Pentecostes, ac etiam primis Vesperis, & Missæ solemni Assumptionis B. Mariæ Virginis in casu &c. X. An Archipresbyter S. Mariæ teneatur recipere olea Sancta ab Archipresbytero S. Nicolai, sive potius ei licitum sit ea sumere ab Ecclesia Cathedrali in casu &c. XI. An & cui Ecclesiæ competat jus antepulsandi Campanas in die Sabbathi Sancti, & quatenus Ecclesiæ S. Nicolai, An constet Clerum Sanctæ Mariæ antepulsasse Campanas anno 1744. & an inciderit in pœnam ducatorum centum in casu &c. XII. An Clero S. Mariæ liceat habere proprium Concionatorem tempore quadragesimali in propria Ecclesia, seu potius adhibendus sit unus idemque Concionator distinctis diebus in utraque Ecclesia in casu &c. XIII. An Presbyteri Cleri S. Mariæ teneantur cum assistentia ipsius Cleri primam Missam, sive lectam, sive cum Cantu celebrare in Ecclesia S. Nicolai in casu &c. XIV. An & sub qua pœna prohibendum sit Archipresbytero, & Clero S. Mariæ denominare propriam Ecclesiam Matricem majorem. ac collegiatam insignem in casu &c. -- Responsa ab amplissimis Patribus data hæc sunt: Ad septimum affirmative quoad utramque partem. Ad octavum affirmative, dummodo Clerus S. Nicolai invitetur. Ad decimum Servetur solitum. Ad undecimum competere Ecclesiæ S. Nicolai, & horam designandam esse ab Episcopo, & in reliquis negative. Ad duodecimum affirmative de licentia tamen Episcopi, dummodo stipendium solvatur ab Ecclesia S. Mariæ. Ad decimumtertium negative. Ad decimumquartum affirmative sub pœnis arbitrio. -- Videant igitur Eminentissimi Patres, qua Juris ratione expediendum sit Dubium IX. Et an mutandum sit Judicium in aliis Capitibus, de quibus iterum disputatio instituitur; est itaque Dubium.

IX. An Archipresbyter, & Clerus S. Mariæ tam in Vigilia Nativitatis Domini, quam in Sabatho Majoris Hebdomadæ teneatur præstare Archipresbytero S. Nicolai Candelas longitudinis palmorum septem ceræ usualis, bina bucellata panis, unamque Gallinam in casu &c.

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad VII. VIII. X. XII. XIII. XVI. Dubia in casu &c.

Ad nonum negative, & amplius, Ad septimum, octavum, decimum, duodecimum, & decimumtertium in decisis, salvis juribus Ecclesiæ S. Mariæ, quoad prætensas Ecclesias filiales tantum, prout de jure, & ampiius.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

POLICASTREN. PAROCHIALIS; Redit ad judicium Patrum Eminentissimorum hæc Causa, quæ proposita in Congregatione diei 28. Augusti anni transacti 1745. definita fuit in altera Congregatione diei 18. Septembris 1745. Disputatio omnis quatuor Capitibus complexa fuerat: *I. An constet de nullitate concursus Ecclesiæ Parochialis Lacus liberi in casu*

casu &c. & quatenus affirmative. *II. An supplicatio Sacerdotis de Gallottis sit relaxanda, seu potius sit locus sanationi?* & quatenus negative ad primum. *III. An constet de mala relatione Examinatorum in casu &c.* & quatenus affirmative. *IV. An sit locus provocationi Sacerdotis Turturella ad novum examen?* Placuit Sacro Tribunali respondere. *Ad I. & II. esse locum sanationi ad cautelam, & ad mentem: In reliquis satis provisum*, ut cognosci potest ex *Thes. Resol. Sacr. Congreg. vol. XIV. pag.* 81. Gallotus itaque, qui victus fuit, postulat, ut amplissimi Patres, mutata sententia, secundum eum nunc respondeant Libellum a Turturella hactenus non habuimus; Rogamus igitur Eminentissimos Patres, ut speciem Causæ repetant ex folio primæ propositionis, quod est in eodem *Vol. XIV. Thesaur. pag.* 76. ut cognoscant.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Ad primum, & secundum in decisis, & amplius. Ad tertium negative. Ad quartum provisum in Tertio.

PARISIEN. NULLITATIS ORDINIS SUBDIACONATUS: Summa ope curavit Mater Joannis Baptistæ Josephi Saveri, ut filius licet invitus in Ordinem Clericorum Consiliariorum supremi Senatus Parisiensis adlegeretur: Repugnantiæ causa erat, quod filius animum habebat aversum a Sacris Ordinibus, quos secum fert munus, & Dignitas Consiliarii. At Mater nihil intactum reliquit, ut filium flecteret, duritiemque ejus animi & voluntatis molliret; rationibus itaque politicis, assiduis contumeliis, & minis exhæredationis filium urgebat: His fractus adolescentis animus optimum duxit Matrem decipere, simulans ejusdem votis assensum, & & Subdiaconatus Ordinem lubentissime se susceperum, ut fecit die 23. Augusti anni 1639. Ut vero contrariæ suæ Voluntatis semper constare posset probatio, hac usus est cautione, ut pridie eam panderet Notario, & Testibus, quibus declaravit initiari Ordini Subdiaconatus, ut Matri placeret. Dum Mater vixit, abstinuit Joseph ab Ordinis exercitio, quod sciret Subdiaconum non esse, & ita constantem voluntatis suæ modum ostenderet Ordini aversum. Ubi vero mortem obiit Mater binas die 10. & 20. Julii anni 1744 edidit similes declarationes coram Notario, & Testibus, interpellata Sorore sua, & cohærede. Preces inde obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat declarari nullitatem hujus processus sui ad Ordinem Subdiaconatus, dataque postulationis hujus cognitione huic amplissimo Ordini, ejusdem nunc definitionem expectat. Quæ supra narravimus confirmat Nuncius Apostolicus, confirmat Archiepiscopus Parisiensis, qui dicunt omnia probari Testificationibus hominum, qui fide digni sunt: pertinet itaque ad Eminentissimos Patres definire. *Sess. 21. c. 2. de ref.*

An constet de nullitate Ordinis Subdiaconatus in casu &c.

Negative, & amplius.

JANUEN. MATRIMONII. Contracto Matrimonio die sexta mensis Septembris anni 1741., inter Liviam Mariam Gentilem, & Laurentium Centurionum Nobiles, Patriciosque Januenses, spatio mensium duodeviginti circiter in lecti societate fuerunt, sed inutilem eam agnoscentes, deficiente individua corporum conjunctione, preces obtulerunt Optimo Maximoque Pontifici nostro, quibus postularunt *Dispensationem Matrimonii rati, & non consumati*: Data fuit hujus rei cognitio *Congregationi particulari pro voto*, quæ mandavit Jurisdictionem Archiepiscopo *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

piſcopo Januenſi, ut proceſſus judicialis fieri poſſet: inde ſuperiori anno 1745. die 10. Julii. Propoſito Dubio; *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione Matrimonii rati, & non conſumati*: Reſponſum fuit: *Negative*: Quod reſponſum probavit idem Sacratiſſimus Princeps. Siluit Vir non Lucia, quæ iterum adito Summo, maximoque Pontifice obtinuit, ut quoad Matrimonii ſolutionem ob Viri imbecillitatem Cauſa Judicio ampliſſimi hujus Ordinis ſubjiceretur. Rationes, quas in univerſo libello ſuo Livia congregavit, ut imbecillem eſſe Virum monſtraret, hic dare nolumus, ne alicujus verecundiam pulſemus: Legent ea Eminentiſſimi Patres in eodem libello, & æquâ Juſtitiæ libra perpenſis iis, quæ tum a Livia, tum a Defenſore Matrimonii proponuntur, quod ſequitur dubium, expediant.

An ſit locus diſſolutioni Matrimonii in caſu &c.

Eſſe locum cohabitationi triennali.

Seſſ. 25. c. 13. de reform.

SEDUNEN. FUNERALIUM: Poſtulante populo Villæ Camperiaci ab hoc Sacro Senatu novæ Parochiæ erectionem, ac diviſionem a Parochiali Eccleſia Vallis Iliacæ, cum ſatis ſibi conſultum negaret deputatione Sacerdotis, qui in Eccleſia pridem erecta in eadem Villa Sacramenta Pœnitentiæ, & Extremæ unctionis miniſtraret, viſum eſt ampliſſimis Patribus die 15. Decembris anni 1742. Dubio propoſito. „ An popoulo „ Villæ, & Territorii Camperiaci ſatis conſultum ſit per deputationem „ presbyteri juxta inſtrumento fundationis ſtipulatum authoritate Ordina„ rii, ſeu potius ſit locus diſmembrationi Eccleſiæ Parochialis Vallis „ Iliacæ, & reſpective erectioni novæ Parochiæ in Cappella ſeu Ora„ torio ejuſdem Villæ Camperiaci? *Reſpondere* Affirmative ad primam „ partem, addita presbytero deputato facultate ſepeliendi cadavera in „ Oratorio Villæ Camperiaci, reſervatis tamen Parocho emolumentis „ ut patet ex *Theſaur. Reſol. vol. XI. pag.* 187. quod folium legere non abre erit. Ex hoc reſponſo, atque ex hac facultate ſepeliendi cadavera in Oratorio Villæ Camperiaci plurimæ ortæ ſunt contentiones inter Vicanos illos, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ Vallis Iliacenſis, quas cum datum non fuiſſet Epiſcopo componere, optimum putarunt Camperias cenſes eas ad ampliſſimum hoc Tribunal deferre. Auditus fuit, ut fieri ſolet, Epiſcopus, & nunc Cauſa omnis VI. Capitibus complexa definienda proponitur. Abſtinemus a rationibus referendis, ne folium excreſcat: Libellum Jurium Parochi nondum vidimus: Capita controverſiæ hæc ſunt.

I. An liceat Presbytero deputato in Oratorio Villæ Camperiaci in ipſo, ejuſve Cæmeterio celebrare omnia Officia funebria, omneſque functiones pro Cadaveribus defunctorum, quæ in eodem Oratorio, vel Cæmeterio ſepeliuntur in die Sepulturæ.

II. An eadem Officia, & functiones liceat eidem Presbytero deputato celebrare diebus infra octavam, Anniverſarii, ac etiam ex poſt? *Et quatenus affirmative*.

III. An dictus Presbyter deputatus excludere poſſit Parochum, ſeu Priorem Vallis Iliacæ a celebratione eorumdem Officiorum, & functionum in dicto Oratorio Camperiaci tam in die Sepulturæ, quam in reliquis.

IV. An taxa emolumentorum, ut prætenditur, præfixa per Statutum Epiſcopi confirmatum a Nuncio Apoſtolico Helvetiorum ſit ſervanda? *Et quatenus negative*.

V. An & quæ taxa emolumentorum ſubſtineatur, & ſit ſervanda.

VI. An eidem Presbytero liceat impedire Camperiacenſes volentes eligere Sepulturam in Eccleſia Parochiali Vallis Iliacæ in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Die

Die Sabbathi 18. Junii 1746.

DEfinitio duarum Cauſarum, quæ primo loco ſequuntur, in ultima *Congregatione* habita *die* 28. *tranſacti menſis Maii* dilata fuit *ad hanc Congregationem*: Poterunt itaque Ampliſſimi Patres *Folium dicti illius* conſulere, ut eas expediant.

MILETEN. TAXÆ, in qua reſpondendum eſt. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.* *Seſſ.25. c.18. de ref.*

In deciſis, & amplius.

SEDUNEN. FUNERALIUM, cujus VI. ſunt capita. *Seſſ.25. c.13. de reform.*

I. An liceat Presbytero deputato in Oratorio Villæ Camperiaci in ipſo, ejuſve Cæmeterio celebrare omnia Officia funebria, omneſque functiones pro Cadaveribus defunctorum, quæ in eodem Oratorio, vel Cæmeterio ſepeliuntur in die Sepulturæ.

II. An eadem Officia, & functiones liceat eidem Presbytero deputato celebrare diebus infra octavam, Anniverſarii, ac etiam ex poſt? *Et quatenus affirmative.*

III. An dictus Presbyter deputatus excludere poſſit Parochum, ſeu Priorem Vallis Iliacæ a celebratione eorumdem Officiorum, & functionum in dicto Oratorio Camperiaci tam in die Sepulturæ, quam in reliquis.

IV. An taxa emolumentorum, ut prætenditur, præfixa per Statutum Epiſcopi confirmatum a Nuncio Apoſtolico Helvetiorum ſit ſervanda? *Et quatenus negative.*

V. An & quæ taxa emolumentorum ſubſtineatur, & ſit ſervanda.

VI. An eidem Presbytero liceat impedire Camperiacenſes volentes eligere Sepulturam in Eccleſia Parochiali Vallis Iliacæ in caſu &c.

Ad primum, & ſecundum affirmative in abſentia Parochi. Ad tertium, & quartum negative. Ad quintum ſervandam eſſe Taxam factam ab Epiſcopo in viſitatione anni 1739. Ad ſextum negative, & amplius in omnibus.

CARPENTORACTEN. Imperio Sacri hujus Senatus definienda proponitur hæc Cauſa, quæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 30. *Aprilis hujus anni*, qua die, Parocho Carumbi, & litis Conſortibus dilationem poſtulantibus, reſcripſerunt Ampliſſimi Patres: *Dilata, & proponatur in prima menſis Junii*: Poterunt igitur *Folium illius Congregationis* iterum legere, ut perpenſis juribus, quæ nunc proponuntur, definiant. *An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis in caſu &c.* *Seſſ.21. c.24. de ref.*

In ſecundo loco deciſis, & amplius.

Sess. 21. cap. 3. Sess. 22. c. 3. Sess. 24. c. 12. de Ref.

ROSSANEN. JURIS PARTICIPANDI. Duo erant Capita hujus Causæ, quæ in *Congregatione* habita *die* 20. *Martii superioris anni* 1745. secundum Archiepiscopum definita fuerunt: *I.* An Archiepiscopus Rossanen. participare valeat de Massa Capitulari juxta solitum, etiamsi servitio Chori, & horis Canonicis non interfit? *Et quatenus negative*. *II.* An idem Archiepiscopus teneatur restituere portiones perceptas pro rata temporis, qua horis Canonicis non interfuit in casu &c. *Responderunt Eminentissimi Patres*: Ad *I.* Affirmative & amplius. Ad *II.* Provisum in primo: Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, quod tunc in judicio non erat, lis quippe agebatur a Canonico Cherubinio, læsa reputans hac definitione sua jura, postulavit facultatem ea proponendi, & ut par erat, obtinuit; Repetita igitur lectione Folii, quod editum fuit in lucem hominum *Vol. XIV. Thesaur. Resol. Sac. Congreg. pag.* 16. respondere poterunt Amplissimi Patres.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. de invoc. ven. & relig. Sanct. & de reg. c. 15.

LARINEN. Ad novum examen revocantur *quinque* ex *septem* Capitibus, quibus collecta fuerat omnis hæc Causa: Duo siquidem Capita *primum*, & *sextum* unanimi Amplissimorum Patrum sententia expedita fuerunt in *Congregatione* habita *die* 14. *transacti mensis Maii*: Alia de quibus iterum disputatur, erant *II.* An constet de legitima erectione Tertii Ordinis de Pœnitentia in Ecclesia Ven. Conventus S. Mariæ de Monte Carmelo Oppidi Collis Torti in casu &c. *Et quatenus negative* - *III.* An dictus Tertius Ordo sit abolendus, seu quomodo sit providendum in casu &c. *Et quatenus affirmative ad secundum* - *IV.* An Confratres dicti Tertii Ordinis de Pœnitentia in publicis Processionibus, & associationibus Cadaverum incedere possint sub Cruce Patrum Reformatorum, vel etiam sub propria Cruce in casu &c. *V.* An cadavera defunctorum sepellienda in Ecclesia dicti Conventus debeant ad illam recto tramite deferri, seu potius sint prius asportanda ad Ecclesiam Parochialem, & eorum ibi fieri debeant exequiæ in casu &c. *VII.* An constet de prætensis excessibus P. Antonii a S. Bartholomæo & Fr. Lucæ a Vulturara occasione Processionis Sancti Marci, & quomodo sit providendum in casu &c. *Amplissimi vero Patres responderunt* - Ad *I.* affirmative servatis Decretis Sacrarum Congregationum quoad receptionem mulierum. Ad *III.* Provisum in secundo. Ad *IV.* affirmative sub Cruce Patrum Reformatorum in publicis Processionibus tantum: Ad *V.* negative ad primam partem affirmative ad secundam: Ad *VII.* ad mentem, & mens est quod removeantur a Conventu. Perpensis itaque iis, quæ nunc proponuntur, amplissimus hic Ordo decernet.

An sit standum, vel recedendum a Decisis, quoad II. III. IV. V. & VII. Dubium in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 15. de reg.

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Causa ista hæc pluries proposita, in *Congregatione* tandem *diei* 14. *Maii nuper elapsi* - Responsum accepit: *Dilata, & scribat defensor Professionis*: Quod cum impletum fuerit, urget nunc actor controversiæ definitionem. Consulant itaque Patres Eminentissimi *Folium Congregationis* habitæ *die* 12. *Februarii hujus anni*, quo primum Causa proposita fuit, ut respondeant.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Iterum proponatur.

CON-

CONSTANTIEN. JURIS APPROBANDI CONFESSARIOS: Consulti ampliſſimi Patres ab Epiſcopo Conſtantienſi, an Confeſſarii ſive Sæculares, ſive Regulares Monaſteriorum etiam exemptorum, non obſtante approbatione ad alias Confeſsiones audiendas ab Ordinario obtenta, ſpeciali adhuc indigeant approbatione ad audiendas Confeſsiones Monialium reſcripſerunt *die* 13. *Junii anni* 1744. ut ſervarentur Decreta alias edita præſertim in *Cadurcen* 12. *Julii* 1658. *& in Pharaonen. Juriſdictionis* 14. *Novembris* 1733. quibus definitum fuit non licere Confeſſariis, ſine Epiſcopi approbatione Confeſsiones audire Sanctimonialium, etiamſi ſubjectæ ſint regimini Regularium. Epiſcopus igitur Conſtantienſis ſumma ope curavit, ne in Diœceſi ſua audiendis Sanctimonialium Confeſsionibus ulli præponerentur, niſi probati ad id eſſent; At cum plures parere renuerent, fortem præ cæteris ſe præſtitit contradictorem Abbas Einſildenſis Ordinis D. Benedicti Congregationis Helveticæ, qui ut jura ſui Ordinis defenderet, expreſſe declaravit, Sacrum hunc Senatum adire velle: Preces itaque obtulit ampliſsimis Patribus, quibus poſtulabat, ut contradicto judicio rationum momenta expenderentur, paratus oſtendere nulla opus eſſe Epiſcopi Conſtantienſis approbatione quoad Confeſſarios trium Monaſteriorum *Vahara*, *Augiæ*, *& S. Lazari*, quæ ipſi ſubjecta ſunt. Auditis igitur, ut fieri ſolet, & Epiſcopo Conſtantienſi, & Nuncio Apoſtolico ad Helvetas, controverſiam definiri nunc petit Epiſcopus. *Seſſ.25. c.22. de regul.*

Ait itaque conſtantem fuiſſe poſt cognitiſsimam Gregorii XV. Pontificis maximi Conſtitutionem, cujus initium eſt *Inſcrutabili*, Sacri hujus Senatus Sententiam, ut Regulares, qui Sanctimonialium Confeſsiones excipere debent, ab Epiſcopo ſpecialiter approbari debeant, licet alias probati ſint Confeſsionibus excipiendis, aut earumdem Sanctimonialium Confeſſarii fuerint, ut monſtrant Decreta Sacri hujus Tribunalis integre edita præ cæteris a *Tamburrin. de Jur. Abbatiſſ. & Monial. diſputat.* 16. *quæſt.* 3. *De dubiis circ. Bull. Gregor. XV.* & plura reſponſa ampliſsimorum Patrum præſertim in *Vratislavien* definita *die* 30. *Januarii* 1723. ut in *Theſaur. reſol. Sac. Congreg. vol. II. pag.* 266. & in cauſis *Gadurcen.* & *Pharaonen*, cujus *Folium*, quod editum fuit *vol. VI. ejuſdem Theſaur. pag.* 79. *&* 80. non inutile erit evolvere; Rationes enim, quæ a Regularibus proponebantur, tum privilegiorum Ordinis, tum contrariæ conſuetudinis ſpretæ prorſus, & rejectæ fuerunt, & ſecundum Epiſcopos controverſiæ hæ definitæ. Pertinet igitur ad Eminentiſſimos Patres, perpenſis iis, quæ in Libello Epiſcopi proponuntur, ab Abbate ſiquidem nihil hactenus habuimus, Dubio, quod ſequitur, reſpondere.

An Confeſſarii electi ſeu deputati a Reverendiſſimo P. Abbate Einſildenſi ad audiendas Confeſſiones Monialium Monaſteriorum Vahara, Augiæ, & S. Lazari indigeant ſpeciali approbatione Ordinarii Conſtantienſis, ita ut Decretum editum die 13. Junii 1744. ſit exequendum in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

ALBINTIMILIEN. CENSURARUM: Suſpectum famoſi cujuſdam Carminis authorem Horatius Roſtagnius habens Sacerdotem Petrum Mariam ſecundum Sineſium, eum per univerſum Mentoni Oppidum iratus quærebat eo, ut creditur, mentis propoſito injuriam illatam ulciſcendi, & cum Sacerdotem inveniſſet hora vigeſima tertia diei 25. Novembris anni 1744. minis, verbiſque aſperrimis, injectaque manu in pectus, ſuſte Sacerdos percuſſus fuiſſet, niſi, qui præſentes erant, iratum hominem detinuiſſent. Cum ad hoc facinus Populi pars maxima conveniſſet; re ad Promotorem Fiſcalem delata, cenſuit hic poſtulandum eſſe in Tribunali *Sess.25. c.3. de reform.*

Episcopi, ut Rostagnius excommunicatus declararetur, Episcopus rei hujus cognitionem dedit Vicario Foraneo ejusdem Oppidi, qui prævio judiciali Processu, & auditis Testibus, sententiam tulit, qua declaravit Rostagnium incidisse in excommunicationem indictam in *Can. si quis suadente 17. quæst. 4.* Ideoque relaxandos esse *Cedulones*, qui juxta morem ad valvas Ecclesiæ Parochialis affixi fuerunt. Appellavit Rostagnius ab hac sententia ad hoc Sacrum Tribunal, & pluries, ut fieri solet, absolutus fuit cum reincidentia, & transmisso jam ab Episcopo Processu judiciali, de viribus Censurarum coram Amplissimis Patribus instituitur nunc disputatio.

Hæc summa est libelli, quem dedit Rostagnius: Nullitatis vitio infectam esse Sententiam: *Primo* defectu jurisdictionis, qua caret Vicarius Foraneus, cui gravium Causarum cognitio mandari nequit, ut habet *Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc. 23. n. 2.* Et ideo cum Causa isthæc gravissima esset, cognosci ab eo non potuisse: *Secundo* defectu citationis, quæ necessaria est, ut reus jura sua deducere possit etiam in hoc judicio, in quo si omittatur, nullitas sententiæ consequitur, ut late differit *Monacell. Formul. legal. tom. 3. tit. 1. n. 4.*: Injustam quoque sententiam esse, cum non concurrant *injectio manus, animus injuriam inferendi, & violentia*, quæ simul requiri, ut in Censuram *Can. si quis suadente*, reus incidat tradunt *Grass. de Effect. Cleric. effec. 9. n. 311. Monacell. dicta form. 1. n. 2.* atque alii; Verbis igitur & conviciis tantum egisse, quæ ex animo irato veniebant, & ob id in gravem hanc excommunicationem incidisse non recte a Vicario Foraneo pronunciatum.

Contra Promotor Fiscalis monstrat judicii ordinem, tuto sperni potuisse a Vicario Foraneo, qui non ex querela Sacerdotis, sed ex delatione Fisci extrajudicialiter processisse videtur: Nec mutare quod processus factus fuerit, & Testes auditi, factum enim censetur, ut veritas rei gestæ apertius pateat, utque animus Judicis certior fiat, ut pluribus relatis tradit Eminentissimus *Petra ad Constit. I. Leonis IX. sect. 2. n. 3. & seq. vol. 1.* Eoque amplius, quod facinus illud publicum fuit; Rostagnium quippe oculis, vultuque furentem Populus respiciebat, & occurrente Sinesio, qui cum Amicis erat, statim, ut evenire solet, factus est plurium concursus, & Conventus hominum, qui Rostagnium iratum, & in eum maledicta fundentem viderunt, audiveruntque; hoc igitur casu nulla prævia citatione, publicari posse excommunicationem monent. *Fagnan. in cap. non potest n. 13. & seq. De Sentent. & Re Jud. Belled. disquisit. Clerical. par. 1 de favor. Cleric. Canon. §. 4. n. 26. Monacell. formul. Legal. annot. ad form. 2. num. 6. tom. 3.* Justitiam denique Sententiæ apertam esse; Eo siquidem animi proposito Ecclesiasticum Virum offendendi, vel si in ipsa Templi Ara eum invenisset, properabat Rostagnius, qui non maledicta tantum, & convicia fudit, sed violentas in eum manus injecit, elevato fuste, quo Sacerdotem percuteret, ut plures Testes testificationem faciunt, ideoque manus injectione, animo injuriam inferendi, & violentia concurrentibus justam esse sententiam, quæ declarat Rostagnium in Censuras incidisse.

Sunt & alia, quæ Promotor Fiscalis congregat, ut gravitatem facinoris augeat, quorum præcipua sunt, Sinesium a Secretis esse Episcopi, cui ob id injuriam illatam esse; Absolutionem cum reincidentia Rostagnium obtinuisse ab hoc Sacro Tribunali directam Episcopo Niciensi, in cujus Diœcesi falso asseruit morari: Cedulones etiam proscidisse, demum eos, qui secum versari, atque alloqui renuebant, risu excepisse, & ob id postulat, ut Acta ad Tribunal Sac. Inquisitionis remittantur, in quo discuti possit, quid Rostagnius sentiat de Ecclesiæ Potestate, Omnibus igitur, quæ hinc atque inde proponuntur, perspectis, videant Eminentissimi Patres.

An Censuræ subsistineantur in casu &c.

Negative, & Episcopus procedat ex integro.

BER-

BERGOMEN ORDINATIONIS, SEU LITERARUM TESTIMONIALIUM. Sacros Ordines suscipere cupiens minoribus jam initiatus Joseph Ambrosionius pluries Episcopo preces obtulit, ut Ecclesiasticæ militiæ adscriberetur, & semel, iterum, tertio, defectu scientiæ, cujus periculum factum fuit examine, rejectus est; idem ei accidit in alio examine acto coram Episcopo Cremæ, idem in altero coram duobus Patavinæ Academiæ Professoribus, quibus hanc Provinciam mandaverat Episcopus rogatus ab Ambrosionio, qui literas, quas Sacer Ordo postulat, didicisse narrabat. Igitur Joseph Veglam profectus, & Episcopi illius servitio addictus, eam Theologiæ partem, quæ ad mores pertinet, excolendam sumpsit, & novo sese subjicienti judicio Examinatorum illius Diœcesis secundo ei fors arrisit. Postulavit itaque ab Episcopo Bergomi Literas Dimissoriales, ut ab Episcopo Veglæ Subdiaconatum, aliosque Sacros Ordines accipere posset; Renuit Episcopus Bergomensis, & ob id Joseph adiit hoc Sacrum Tribunal, a quo nihil obtinere potuit, audito Episcopo Bergomensi. Demum Joseph ab Episcopo Veglæ auctus fuit Ecclesiastico Beneficio, & Cappellania perpetua, quæ Patrimonii Sacri redditum excedunt, ideoque petiit Literas *Testimoniales* ad formam Innocentianæ Constitutionis, cujus initium est *Speculatores*, quas cum negasset Episcopus Bergomensis, ad amplissimos Patres iterum Joseph confugit, dato libello, quo postulabat injungi eidem Episcopo, ut Literas daret; Eo igitur, ut par erat, iterum audito, in *Congregatione diei* 27. *Martii hujus anni* rescriptum fuit: *Lectum, & acquiescat*: Rescriptum hoc non placuit Ambrosionio, qui instaurato certamine controversiæ definitionem nunc postulat. Contendit itaque ita ignarum dici non posse, ut ad Sacerdotium promoveri nequeat; colligi id posse ex decennali tempore, quo Theologiæ operam dedisse monstrat, & clarius ex approbatione Synodalium Examinatorum Veglæ: nihil mutare indoctum eum deprehensum fuisse ab Examinatoribus Bergomi, & Accademiæ Patavinæ professoribus, cum fallax, & incerta sit illa probatio scientiæ, quæ educitur ex responsis datis in hisce Judiciis, pendent enim a casu, & fortuna quæstionis, quæ proponitur, quæque si cognita est, & perspecta respondenti, etiamsi alias imperitus sit, doctus reputabitur, si vero ignota, & nunquam audita respondenti, etiamsi alias sapiens, & doctus sit, imperitus judicatur, ut ex Text. *in l. Unica Cod. de Atlct. lib.* 10. observarunt *Felin. cap. cum Venerabilis sub num.* 49. *de except. Gonzalez ad Reg.* 8. *Cancellar. Gloss.* 4. *num.* 119. *& seq.* præsertim cum mente concepto metu verecundiæ, & reverentiæ, & ob id turbata memoria, mirum esse non debeat, si non bene respondit: non esse igitur Testimoniales denegandas differit, hæ siquidem Literæ non respiciunt scientiam, sed tantum Natales, ætatem, vitam, ac mores, ut tradunt *Monacell. formul. legal. par.* 1. *form.* 9. *tom.* 4. *Lamper. ad Constit. Speculatores n.* 344. *Rigant ad Regul.* 24. *Cancellar.* §. 3. *n.* 85. 85. *&* 98. Et satis consultum sit, ut tollantur fraudes, quas non raro in Diœcesi sua fieri refert Episcopus Bergomensis, in quam *illiteratissimi Sacerdotes redeunt, qui reprobati Clerici quondam abjerunt* facultate illa, qua uti possunt Episcopi originis, ut examini subjiciant eos, qui in suam Diœcesim redeunt, ut si minus idonei comperiantur, ab exercitio Ordinis interdici, possint, quod ex ipsa Constitutione *Speculatores* §. *Porro* docent *Lamper. in explicat. ejusd. Constit. part.* 47. *num.* 449. *Morin. de Promov. ad Eccles. Ordinat. quæst.* 5. *n.* 330. *& seq. Rigant. ad Reg.* 24. *Cancell.* §. 3. *n.* 87. His igitur, aliisque, quæ tum Joseph, tum Episcopus habent, perpensis, respondendum erit.

Sess. 23. c. 13. & 16. de Ref.

An Episcopus Bergomen teneatur concedere Testimoniales Literas pro Ordinatione Josephi in casu &c.

Dilata, & Orator se subjiciat novo examini coram Metropolitano in casu, de quo agitur.

Die

Die Sabbathi 9. Julii 1746.

DUarum, quæ ſequuntur, Cauſarum definitio ampliata fuit in ultima *Congregatione* habita *die* 18. *tranſacti menſis Junii*, reſcripſerunt enim Eminentiſſimi Patres -- *Dilata ad ſequentem* : Poſtulamus igitur, ut *Folium illius Congregationis* iterum legant, quo eas expedire poſſint.

Seſſ.21.cap.3. Seſſ.22. c.3. Seſſ.24.c.12. de Ref.

ROSSANEN. JURIS PARTICIPANDI, in qua reſpondendum eſt. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.*

In Deciſis, & amplius, comprehenſa etiam hæreditate Archiepiſcopi Adeodati.

Seſſ.25. de relig. Sanct. & de reg. c. 13.

LARINEN. in qua quæritur.
An ſit ſtandun, vel recedendum a Deciſis quoad II. III. IV. V. & VII. dubium in caſu &c.

Ad ſecundum, tertium, & quartum in deciſis, addita quoad quartam clauſula dummodo non utantur Sacco, vel alio particulari habitu, & amplius. Ad quintum, & ſeptimum in deciſis, & amplius.

Seſſ.25.c.22. de reg.

VVORMATIEN. JURISDICTIONIS : Proponitur hæc Cauſa in *hac Congreg.* imperio hujus Senatus, qui in *Congreg.* habita *die* 14. *ſuperioris menſis Maii* reſcripſit - *Dilata, & proponatur in* 1. *Julii etiam unica.* Poterunt itaque Ampliſſimi Patres Folium illius Congregationis iterum conſulere, ut VII. quæ ſequuntur, controverſiæ capita definiant.

I. An Eminentiſſimus Ordinarius Vvormatienſis, ſeu ejuſdem Vicariatus poſſit inhibere Regularibus Abbatiæ Eberbacenſis Ordinis Ciſtercienſis, ne ſine prævia ejus approbatione excipiant Confeſſiones Monialium Monaſterii Marien-Munſter ejuſdem Ordinis ?

II. An Eminentiſſimo Ordinario competat Jus intereſſendi, & præſidendi electionibus Abbatiſſarum dicti Monaſterii ?

III. An liceat eidem Eminentiſſimo Ordinario petere rationes Adminiſtrationis bonorum ipſiuſmet Monaſterii ?

IV. An eidem Eminentiſſimo Ordinario competat jus explorandi voluntatem puellarum admittendarum, tam ad habitum, quam ad profeſſionem in dicto Monaſterio ? *Et quatenus affirmativè.*

V. An occaſione dictæ intereſſentiæ redditionis rationis, & explorationis teneatur Monaſterium ad aliquam expenſam pro Miniſtris Curiæ Epiſcopalis Vvormantiæ, ſive ex quocumque alio titulo ?

VI. An præfati Regulares, & Moniales cogi poſſint per mulctas pecuniarias in Caſibus prædictis ?

An

VII. An licita fuerit exactio centum imperialium facta a Reverendiſsimo Vicariatu Vvormatienſi, ſeu potius teneatur dictam ſummam Monaſterio Marien-Munſter reſtituere, & omnia damna reficere in caſu &c.

Ad primum, ſecundum, tertium, & quartum affirmativè. Ad quintum negative. Ad ſextum affirmative. Ad ſeptimum affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam.

AQUILEJEN. SUSPENSIONIS A DIVINIS: Poſtquam in Congregatione habita die 12. Menſis Martii Dubio, quod propoſitum fuit -- *An abſolutio per Reverendiſſimum Venetiarum Nuncium conceſſa Sacerdoti Andreæ Gatti a ſuſpenſione a divinis contra eum promulgata per Reverendiſſimum Patriarcham Aquilejæ ſubſtineatur in caſu &c.* -- Reſponderunt ampliſsimi Patres -- *Abſolutionem conceſſam die 12. Julii 1738. ſubſtineri* -- Propoſita iterum Cauſa fuit in Congregatione habita die 30. Aprilis, ſed reſcriptum accepit -- *Dilata* -- Redit nunc iterum ad Judicium Sacri Tribunalis, ut Eminentiſsimi Patres, repetita lectione Folii Congregationis habitæ die 12. Februarii, in quo primum expreſſa fuit, reſpondere poſsint.

Seſſ. 25. c. 12. de regul.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata, & proponatur in prima etiam unica.

LYCIEN. CANTORATUS. In Congregatione habita die 14. Maii propoſita quidem fuit hæc Cauſa, ſed viſum eſt ampliſsimis Patribus eſſe reſcribendum -- *Dilata, & ad mentem, & mens eſt, quod tranſmittantur omnia Acta extrahenda citata Parte* -- Impletis igitur mandatis Sacri Tribunalis, Cauſa iterum proponitur, ut conſulto iterum Folio Congregationis habitæ die 30. Aprilis, in quo primum data fuit, poſsint Eminentiſsimi Patres IV. controverſiæ Capita expedire.

Seſſ. 24. c. 18. de Ref.

I. An electio Sacerdotis Carozzii ad officium Cantoratus facta ab Epiſcopo ſubſtineatur?

II. An dictum Officium in Eccleſia Lequilarum poſsit reſignari; *& quatenus negative.*

III. An dictum Officium debeat aſſignari per concurſum, ſeu potius arbitrio Ordinarii? *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negativè quoad ſecundam.*

IV. An ad Concurſum poſsit admitti, qui non expleverit Triennale ſervitium in caſu &c.

Dilata, & ad D. Secretarium juxta mentem.

TOLETANA JURIUM PAROCHIALIUM, SIVE HOSPITALIS, ET PRIVILEGIORUM. Redit ad novum Judicium ampliſsimorum Patrum hæc Cauſa, quæ licet definita in Congregatione habita die 20. Novembris ſuperioris anni 1745. iterum tamen propoſita fuit in Congregatione habita die 28. tranſacti menſis Maii; Redit vero non in omnibus Capitibus, quibus fuerat complexa, ſed quoad ſecundum, tertium, & quartum Dubium. Secundum eſt. „ An concedendum ſit Hoſpitali, & „ & Congregationi Presbyterorum S. Petri Villæ Matriti indultum adminiſtrandi Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctiſsimæ Euchariſtiæ, etiam per „ Viaticum, retinendi oleum Sanctum, illudque adminiſtrandi Sacerdoti-

„ bus

Seſſ. 22. c. 8. de reform.

„ bus infirmis in eodem Hospitali independenter a quovis Parocho etiam „ Sancti Sebastiani? Tertium. An sub eodem indulto comprehendendi „ sint ministri, seu servientes, & familiæ dicti Hospitalis degentes tamen „ intra septa ejusdem Hospitalis & Ecclesiæ cum eadem independentia „ Parochi sive Parochorum? Quartum. An concedendum sit indultum „ administrandi Sacramentum Eucharistiæ pro satisfactione Præcepti Pas- „ chalis degentibus, sive infirmis, sive non in casu &c.„ Variavit in his Sacrum Tribunal, nam in Congregatione diei 20. Novembris 1745. respondit „ Ad secundum, & tertium affirmative quoad Sacerdotes infirmos „ de licentia Parochi„. At in Congregatione diei 28. Maii respondit, „ Ad secundum, tertium, & quartum in decisis dempta clausula de li- „ centia Parochi„ -- In hac igitur rescriptorum varietate videant, omnibus perpensis, Eminentissimi Patres.

An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis quoad secundum, tertium, & quartum Dubium in casu &c.

Dilata.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Testamento, quo decessit Maximilla Bronconia integri Patrimonii sui Canonicos Congregationis Lateranensis Sanctæ Mariæ de Pace in Urbe nostra hæredes instituit, dato onere perpetuo, ut singulis annis die sui obitus Filiabus natis, & nascituris Laurentii Boccalarii Patruelis sui dotem scutorum 25. juxta ætatis ordinem distribuerent, quousque, vel ad Religiosum, vel ad Matrimonialem statum animum appellarent; iis vero sive sæcularis, sive spiritualis Connubii nexu constrictis, idem Dotale subsidium præstari ab hæredibus voluit alteri puellæ ex proximioribus sibi conjunctis, quæ monasticam tantum Vitam eligeret, exclusis expresse ab hoc compendio cæteris, quibus hunc statum non placeret amplecti. Laurentius Boccalarius præter filias tres, quæ dudum ad secularia vota transierunt, reliquit filium Clementem, a quo ortum habuerunt Cæcilia, & Rosa, quæ nedum Parentibus, sed omnibus fortunæ bonis carerent; Preces itaque obtulerunt Optimo Sacratissimoque Principi nostro, quibus postulabant, ut subsidium dotale iis præstetur, etiam ut nubere possint, servato eodem ordine indicto favore filiarum Laurentii, & si de intellectu Testamentariæ dispositionis aliqua superesset dubietas, suprema Pontificis authoritate capaces redderentur. Data hujusce rei cognitio fuit amplissimis Patribus, rogatusque fuit de sententia animi sui Eminentissimus Cardinalis Urbis nostræ Vicarius, qui ea, qua præstat, prudentia, auditis Canonicis Regularibus Latheranensis Congregationis, aliisque puellarum conjunctis, quibus interesse poterant, rem omnem eleganti, differtissimaque epistola narrat; Hoc itaque amplissimi Cardinalis Vicarii Voto perspecto, responso Abbatis, & Canonicorum Regularium Lateranensium, ac iis, quæ a puellis, a quibus tantum libellum habuimus, proponuntur, ab Eminentissimis Patribus duo hæc controversiæ capita, quæ sequuntur, definienda sunt.

I. An subsidia dotalia relicta a Maximilla Bronconi debeantur Cæciliæ, & Rosæ Boccalari etiam ad effectum nubendi, singulisque annis, donec in Domino, vel in sæculo nupserint, *& quatenus negativè*.

II. An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione ipsorum subsidiorum Dotalium earum favore in casu &c.

Consulendum Sanctissimo pro applicatione quatuor subsidiorum dotalium pro qualibet oratricibus, etiam ad effectum nubendi in sæculo.

GEBEN-

GEBENNEN. Postulat Nuncius Apostolicus ad Helvetas ut hoc in casu quid faciendum esse censeant Amplissimi Patres respondeant: Casum hunc ita diserte, ita eleganter, ita docte Nuncius expressit, ut piaculum nos facturos putemus, nisi integrum suis verbis hic adjiciamus: Quidam Calvinista, *inquit Nuncius*, nomine Bartholomæus Dimier, Patria Genevensis, novem circiter ab hinc annis, Matrimonio Genevæ se junxerat cum Puella ejusdem sectæ, sed invitis suis Parentibus, quorum, aliorumque Consanguineorum continuas molestias, ac vexationes cum ferre diutius nequiret, post annum, suscepto jam uno filio, Uxorem reliquit, & militiæ sese addixit. *Sess. 24. c. 1. de ref. mat.*

Tertio fere post anno, cupiditate Patriam, & fortassis etiam uxorem invisendi vehementer incensus, accepta missione, iter illuc instituit: At vix Patriam attigit, ac a sua matre intellexit uxorem, absentes se, tres suscepisse liberos, eamque, cognito illius reditu, ut ab ira se subduceret, fugam arripuisse; Postea vero sibi notitia delata fuit, illam, & Pedemontium concessisse, atque ibi, hæresi abjurata, Catholico cuidam nupsisse. His in circumstantiis Bartholomæus divortii literas a Consistorio, ut vocant, Genevensi 24. ministris, seu Prædicantibus compositio, aliam Bernensem Patria ducturus, uxorem petere parabat: sed ejus mater, quæ aliam Puellam Genevensem ei in uxorem destinabat, ne instantiam hanc promoveret, inhibuit; Itaque cum Matrem, ut suæ voluntati cederet, inducere non posset, Geneva aufugit, & Neocastrum ad Lacum vulgo Neufchatel concessit, ubi ab iis, quos mater constituerat, deprehensus emissariis, rebusque omnibus, quas secum traduxerat, ad matrem pertinentibus spoliatus, nomen suum denuo militiæ dare coactus fuit.

Alios 18. menses circiter Castra secutus fuit, sed tandem cum ipsam Bernensem Puellam convenisset, vagus cum ea per biennium huc illuc erravit: Denique cælesti lumine illustratus ipsa cum Bernense Lucernam se contulit, & errores cum sua socia abjuraturus, & matrimonium cum ipsa contracturus. Uterque ad Fidei institutionem admissus est, sed cognito præcedenti matrimonio per dictum Bartholomæum Genevæ contracto, separatus, & Fidei Professionis susceptio dilata, donec examinaretur, an licitum ei foret, vivente adhuc sua prima uxore, quamvis alteri Viro adscripta, hoc novum contrahere matrimonium.

In hujus quæstionis examine duas in sententias contrarias scissi reperiuntur Doctores, alii nempe Diana, Gonzalez, Espazza, cum Tannero, Layman, Stalen, & pluries alii, quos refert, & sequitur Picler in Compend. Jurisprud. Sac. ad lib. 4. Decretal. tit. 3. num. 4. favent validitati matrimonii inter Acatholicos contracti absque solemnitatibus Sacrosancti Concilii Tridentini (ex quo solo defectu de nullitate dubitari posset) nimirum absque præsentia Parochi, & consequenter clandestine; hancque matrimonii validitatem tuentur pro iis præsertim locis Acatholicis, in quibus hæreticalis sectæ liberum servatur exercitium, ut Genevæ contingit, ob rationem, tum generalem, quæ docet contractus secundum leges, & consuetudines loci esse celebrandos, tum specialem, quod nimirum Concilium Tridentinum illis in locis non fuit publicatum, & ejus leges hæretici prorsus ignorant.

Hæc secunda ratio non publicationis an Genevæ adaptari possit, me latet, dum licet Concilium mandasset illud esse publicandum per singulas Parochias, adhuc tamen superesset videre, si sufficiat publicatio facta per Episcopum Anesenii, quæ Civitas est caput, & Cathedra Diœcesis Genevensis.

Alii e contrario, quos ordine longo adducit, & sequitur Gobat. in Theolog. Experim. tractat. 9. de impedim. matrim. Generat. cas. 1. sect. 1. nullitatem hujusmodi matrimoniorum inter Acatholicos initorum, Sacri Concilii

cilii forma non ſervata, defendunt; & quamvis iſti Doctores in eam ſententiam inclinent, quod vitium clandeſtinitatis nulla non reddat matrimonia in locis, ubi dictum Concilium publicatum non fuit, tamen pro manifeſta nullitate contendunt in aliis, ubi publicatio fuit peracta, ut videre eſt in dicto Picler loco citat. n. 58. §. Reſpondi autem, & n. 458. Præter horum in ſe contrariorum Doctorum opiniones inveniuntur etiam tres Sacræ Congregationis Reſolutiones contra validitatem matrimoniorum editæ: Prima refertur a dicto Picler loc. citat. n. 5. & hæc data fuit die 10. Junii 1605. Nuncio Apoſtolico in Belgio commoranti: ſecunda refertur per la Croix ad Buſembau. in lib. 6. par. 3. de matrim. n. 768. pag. mihi 502., quidam enim Joannes Epiſcopus Caſtorienſis Vicarius per Hollandiam conſtitutus ſupplicavit anno 1671. Sacræ Congregationi Sancti Officii, ut reſponderet ſuper propoſito Caſu, quem ipſe pro validitate matrimonii reſolvendum putabat, & tamen reſponſum accepit, non convenire, ut quæſtio illa a S. Officio definiatur, verum ſtatueret ipſe, quod animarum ſibi creditarum ſaluti crederet magis expedire -- Tertia quæ refertur per Reinfeſtuel ad dictum lib. 4. Decretal. tit 3. num. 141. eſt caſus in Ruremonden Matrimonii 2. Maii 1676. in qua Sacra Congregatio Concilii reſpondit -- Cenſuit dictum matrimonium fuiſſe nullum.

His rationibus pro negativa validitatis matrimonii addi debet etiam quædam circumſtantia facti, quæ eſt, quod Genevæ matrimonia contrahantur, ut narratur, ſub lege diſſolubilitatis, quando mulier adulterium committit, unde cum hæc conditio diſſolubilitatis adverſetur naturæ matrimonii, quod eſſe debet perpetuum, ita matrimonia hujuſmodi cum his reſolubilibus conditionibus inita irritantur omnia, ac nulla declarantur per Text. in cap. fin. de condit. appoſ.

Potiſsimum cum prima uxor in adulteria jam inciderit, unde nec ratione contractus Vir teneretur ſtare dicto matrimonio nulliter cum dicta diſſolubilitatis lege contracto: In his igitur anfractibus quæritur, quid agendum? Hæc Nuncius: nos nihil addimus, cum hæc quæſtio Eminentiſsimis Patribus probe ſit perſpecta ex aliis, qui evenerunt, caſibus. Videant itaque.

An conſtet de impedimento Matrimonii, & quomodo ſit ſcribendum in caſu &c.

Scribatur Nuncio Apoſtolico juxta mentem.

Die Sabbathi 6. Auguſti 1746.

Seſſ. 2. c. 12. de Reg.

AQUILEJEN. SUSPENSIONIS A DIVINIS: In ultima ampliſſimi Ordinis Congregatione habita die 9. tranſacti menſis Julii reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres in hac cauſa -- *Dilata, & proponatur omnino in Prima etiam unica* -- proponitur nunc itaque, ut reſpondere poſſint.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

SAN-

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Diſtractis in hac Cauſa, quæ pluries propoſita eſt, Eminentiſſimorum Patrum ſuffragiis, reſcriptum fuit in Congregatione habita die 18. Junii - *Iterum proponatur* -- Iterum nunc proponitur, ut expediant Dubium, quod ſequitur. *Sess.25.c.19. de regul.*

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmative.

CONSTANTIEN. JURIS APPROBANDI CONFESSARIOS: Cauſa iſthæc data in folio Congregationis habitæ die 18. Junii reſponſum accepit -- *Dilata ad ſequentem* -- Poterunt itaque Ampliſſimi Patres Folium illud iterum conſulere, ut definiant. *Sess.25. c.22. de Reg.*

An Confeſſarii electi, ſeu Deputati a Rev. P. Abbate Einſildelſi ad audiendas Confeſſiones Monialium Monaſteriorum Vaharæ, Augiæ, & S. Lazzari indigeant ſpeciali approbatione Ordinarii Conſtantienſis., itaut Decretum editum die 13. Junii 1744. ſit exequendum in caſu &c.

Ad mentem.

LICIEN. CANTORATUS. Poſtquam Cauſa hæc pluries propoſita fuerat, data demum in Folio ultimæ Congregationis habitæ die 9. ſuperioris Menſis Junii reſponſum accepit -- *Dilata, & ad Secretarium juxta mentem* -- Proponitur nunc iterum, ut quatuor, quæ ſequuntur, Controverſiæ capita expediantur. *Sess.24.c.18 de reform.*

I. An electio Sacerdotis Carozzii ad officium Cantoratus facta ab Epiſcopo ſubſtineatur?

II. An dictum Officium in Eccleſia Lequilarum poſſit reſignari; *& quatenus negative.*

III. An dictum Officium debeat aſſignari per concurſum, ſeu potius arbitrio Ordinarii? *& quatenus affirmative quoad primam partem, & negativè quoad ſecundam.*

IV. An ad Concurſum poſſit admitti, qui non expleverit Triennale ſervitium in caſu &c.

Ad primum negative, & amplius. Ad ſecundum affirmative. Ad tertium negative ad primam partem; affirmative ad ſecundam. Ad quartum proviſum in tertio.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI: Duo fratres Franciſcus, & Auguſtinus Judiniani, eorumque ſoror Maria Aura Altomira, quæ in Monaſterio S. M. Pacis Viterbii profeſſionem emiſit, dubium proponi curarunt in Congregatione habita die 2. decembris anni 1741., quo quærebatur -- *An, & quæ ſumma ſubminiſtranda ſit ex Legato Marchionis Vincentii Juſtiniani in caſu &c.*, & reſpondit ampliſſimus Ordo -- *Ex hactenus deductis negative* -- ut cognoſci poteſt ex *Vol.X. Theſ. Reſol. Sacr. Congr. pag.*182. & 194. nova igitur Jura iidem fratres propoſuerunt in Congregatione habita die 16. Januarii anni 1745. cujus ſolium impreſſum eſt die 19. Decembris anni 1744. atque in hominum editum *Vol.13. Theſ. Reſ. pag.*210. Ex iis putabant Eminentiſſimos Patres a Deciſis recedere poſſe, ſed propoſito dubio -- *An ex noviter deductis ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.* reſponſum acceperunt -- *In Deciſis* *Sess.22.c.9. de refor.*

ex hactenus deductis -- Repertis vero nunc novis Juribus, quibus monstrant per singulos gradus se recta descendere a Jacopo Justiniano, a quo ipsi suam originem ducunt, novum periculum faciunt: onus erit amplissimorum Patrum expendere tum ea, quæ a duobus Fratribus, & Maria Aura sorore proponuntur, tum ea quæ contra ferunt Gubernatores familiæ Justinianæ, ut æqua Judicii libra decernant.

An ex aliis noviter deductis sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c:

Dilata ad sequentem.

Sess. 211. c. 4. de Ref.

URBEVETANA ATTENTATORUM: adversus Duo Decreta, quibus Episcopus Urbevetanus in Visitationibus habitis anno 1735., & 1739. novum extrui jusserat Sacri Baptismatis Fontem in Ecclesia Collegiata S. Christinæ Oppidi Vulsinii, Incolæ Regionis Castelli, quæ montana pars est ejusdem Castri, in qua sita est Ecclesia S. Salvatoris, quæ sola in illo oppido Baptismatis Fontem hactenus habuit, preces obtulerunt Sacro huic Tribunali, & proposito die 1. & 22. Septembris anni 1742. hoc Dubro -- *An sit locus novæ constructioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali. & Collegiata SS. Georgii, & Christinæ Martyrum Terræ Vulsinii juxta decreta in Visitatione edita ab Episcopo Urbevetano diebus 19. Aprilis 1735. & 12. Aprilis 1739. in casu etc.* Responsum acceperunt -- *Negative, et amplius* -- ut perspici potest ex Foliis editis in *Thesaur. Resolut. Sac. Congreg. Vol. 11. pag. 149.* & 156. Lata inde fuit ab A. C. sententia, qua definitionem hanc exequi jubebat, & duo illa Episcopi decreta revocabantur, Capituloque S. Christinæ, & Promotori Fiscalis Curiæ Episcopalis novi Fontis ædificatio vetabatur, quæ sententia Capitulo præsentata etiam fuit.

Ultima huic rei manus imposita videbatur: at cum idem Episcopus Urbevetanus in Visitatione habita mense Majo anni 1745. novo decreto non tantum novum ædificari jusserit Fontem in Ecclesia Collegiata S. Christinæ, sed quod deterius est, destrui jusserit veterum illum, atque unicum in Ecclesia parochiali Sancti Salvatoris, iidem incolæ Regionis Castelli Sacri hujus, totoque Orbe verendi Senatus authoritatem implorant, ut majestatem suam ab Episcopo spretam vindicet; utque nulla, irrita, atque attentata declarentur omnia, quæ ab Episcopo Decreta, & a Capitulo gesta fuerunt. Sane actum erit de Majestate Tribunalium, & præsertim Supremi hujus, si post res judicatas licere poterit Episcopis, & contrarium decernere, & facto ipso agere id quod legibus, ratione, & re judicata vetitum ipsis est, ut faciant: Legant igitur amplissimi Patres Folium illud *Thesaur: Resol. Sac. Cong. Vol. 11. pag. 149.* inde decernant.

An constet de attentatis in casu &c. & quatenus affirmative, *quomodo sint purganda.*

Affirmative, & fontem esse reponendum in Ecclesia Sanctissimi Salvatoris sumptibus Episcopi, & ad mentem.

Sess. 22. decr. de obs. & ev. in cel. Miss.

ABELLINEN. ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Abellinæ octo Canonicorum, & trium Dignitatum numero componebatur. Anno 1645. placuit Episcopo, Capitulo, & Rectoribus trium Cappellaniarum SS. Annunciationis, ut hæ Cappellaniæ in Canonicatus erigerentur. Id factum est ea lege a Capi-

tulo

tulo indicta novis Canonicis pactoque convento, ne participes essent fructuum atque obventionum sive ordinariarum, sive extra ordinem, utque per vices suas servitium præstarent cum aliis antiquæ, primæque institutionis Canonicis absque ullo compendio, sive eleemosyna, aut Sacri Conventualis, aut aliorum Ecclesiæ Officiorum: contra vero novos Canonicos participes fecerunt Juris sedendi, honoris Cappæ magnæ, & honorum similium. Post has Cappellanias in Canonicatus erectas nova facta fuit accessio Canonicatuum duabus Cappellaniis Rectorum Sodalitii SS. Sacramenti, & alterius Canonicatus fundationem, & dotem contulit Franciscus Imbibo, quæ novæ accessiones factæ fuerunt iisdem Legibus, conditionibus, & oneribus, quæ data, atque impositа fuerant primis novis Canonicis. Demum alterum incrementum factum fuit anno 1701. a Sodalitio Montis Mortuorum erectione novem Cappellaniarum in Canonicatus: his vero superadditis Canonicis Montis Mortuorum placuit veteribus Canonicis præter illud agendi per turnum sacrum conventuale, aliud onus adiicere implendi ministerium Diaconi, & Subdiaconi in sacris solemnibus, quod ea mente facere expresserunt veteres, ut ipsi, qui de Corpore, seu de Massa appellantur, levarentur inde onere Sacrorum Conventualium, & Diaconalis ministerii, totum illud rejicientes in alios quos nuncupabant Adjunctos, seu della giunta contra morem, & consuetudinem retroacti temporis, quo soli primum, inde cum primis adjunctis partiebantur Sacrorum, atque Ecclesiæ servitium, retinentes tamen semper stipendium, & eleemosynam, quæ præstatur ex massa distributionum.

Ab anno 1701. tam primi, quam secundi adjuncti impleverunt onus indictum, conventumque Sacri conventualis agendi cum vero anno 1744. edita fuisset Constitutio Cum semper Optimi Sacratissimique Pontificis Benedicti XIV. quæ data fuit *Vol.* 13. *Thes. Res. Sac. Cong. pag.* 122. & quam servari jussit Episcopus Abellinensis, adjuncti constitutionis illius aperta lege veteres sive de Corpore, & ad Sacrum Conventuale agendum, & sibi ipsis pendendam esse eleemosynam rati preces hac de re obtulerunt amplissimis Patribus, auditoque, ut fieri solet, Episcopo, qui secundum Adjunctos respondit, causa definienda proponitur. Veteres urgent pactum conventum: novi urgent pacti iniquitatem: Judicium itaque erit Eminentissimorum Patrum in hac controversia, ut expediant caput unicum, quod subjicimus.

An soli Canonici supranumerarii, sive de Adjuncta teneantur subire onus Hebdomadæ in Ecclesia Cathedrali, ac celebrationis Missæ Conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere absque eo, quod petere valeant eleemosynam a Canonicis antiquioribus in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

PRAGNEN. DISPENSATIONIS: Coactum se fuisse asserens Franciscus Rocchus Bieschin Bohemus Eques vi, metuque exhæredationis a Matre illato ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem suscipiendum petiit precibus Summo Pontifici oblatis declarationem nullitatis Ordinis suscepti: mandata fuit hujusce rei cognitio amplissimis Patribus, & auditus ut fieri solet Archiepiscopus Pragensis, respondit die 3. Augusti anni 1736. censere preces veritate non niti. Iterum itaque Franciscus Rocchus Sacrum hoc Tribunal libello adiit, testes plurimos edens, quibus probari metus potuisset: Auditus iterum Archiepiscopus testibus examinatis, instructoque processu refert aversum Franciscі animum ab Ordinibus Ecclesiasticis & præsens periculum, ne, ut ab aliis factum est, ad vicinos Hereticos dila-

Sess. 23. c. 2. & 3. de ref.

dilabatur: poterunt igitur Eminentiſſimi Patres omnibus, quæ a Franciſco Roccho proponuntur, perpenſis, & ad memoriam revocata nupera definitione ſimilis, imo longe vehementioris cauſæ *Pariſien.* Dubium, quod ſequitur, expedire.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro Diſpenſatione in caſu &c.

Seſſ. 25. c. 13. de Reg.

ROSSANEN: RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Severitate Præceptoris Collegii, ſeu ut vocant, Seminarii, in quo erat, Michael Angelus Framonti conſilium cæpit evadendi, ut ſe improbæ huic diſciplinæ ſubduceret. Dilapſus igitur fuga ſeſe in Monaſtrium Depiniani Ordinis Cappuccinorum recepit, in quo ſacras Veſtes ſuſcepit nomine Fr. Franciſci Antonii a Roſſano, & poſt annum falſa quadam, & commentitia teſtificatione Baptiſmatis ab amico conficta, ſe tamen ignorante, Profeſſionem emiſit. Aliquid interim ſuboluerat P. Provinciali de legitimæ ætatis defectu, ideoque mandavit Præfecto Novitiorum, ut curaret ratam haberi a P. Franciſco profeſſionem ſuam, quod ab illo æque improvide, ac ignoranter factum eſt. Pertæſus inde ſeveritate diſciplinæ omnem lapidem movit, ut ab ordine diſcederet, ab experimentis hoc habuit commodi, ut in carceres conjiceretur; quibus ſolutus, cum præfecturam peteret Monaſterii, repulſam accepit defectu gravis ætatis; hinc ille mentis oculos aperuit, & tenebris, caligineque rerum geſtarum diſpulſis, accepta vera ætatis ſuæ teſtificatione, cognovit ſe natum die 8. Octobris anno 1711. profeſſionem ſuam ratihabuiſſe die 10. Decembris 1726. & conſequenter nulla omnia, atque irrita fuiſſe ex aperto Tridentini Decreto: agebat enim annum ætatis decimumquintum, & menſes duos. Poſtulavit itaque a Summo Pontifice, ut in integrum reſtitueretur, & data rei hujus cognitione ampliſſimis Patribus, mandata tandem fuit anno 1744. poſt litem actam Juriſdictio Archiepiſcopo Roſſanenſi, inſtructoque proceſſu, e quo probationes, tum veræ ætatis, tum ignorantiæ ejuſdem veræ ætatis duci poſſent, cenſuit Archiepiſcopus P. Franciſcum in integrum eſſe reſtituendum. Idem nunc ipſe poſtulat ab Eminentiſſimis Patribus, qui perſpectis, perpenſiſque omnibus, quæ ab eo proponuntur, nihil enim hactenus habuimus ſive ab Ordine, ſive a Defenſore Profeſſionis, reſpondere poterunt.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Die Sabbathi 27. Auguſti 1746.

QUæ ſequuntur, *quatuor* Cauſæ in ultima Ampliſsimi hujus Ordinis *Congregatione* habita *die 6. hujus menſis* propoſitæ non fuerunt, rogamus igitur Eminentiſsimos Patres, ut *Folium illius Congregationis* iterum conſulant, quo definiri poſsint.

Seſſ. 22. c. 6. de Ref.

ROMANA, SEU JANVEN. LEGATI; cujus Dubium eſt.

An ex aliis noviter deductis ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes.

ABEL-

ABELLINEN. ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTVALIS : cujus unum caput eſt. *Seſſ.22. dec. de obſ. & evit. in celeb. Miſ.*

An ſoli Canonici ſupranumerarii, ſive de Adjuncta tencantur ſubire onus Hebdomadæ in Eccleſia Cathedrali, ac celebrationis Miſſæ Conventualis, illiuſque applicationis pro Benefactoribus in genere, abſque eo, quod petere valeant elecmoſynam a Canonicis antiquioribus in caſu &c.

Negative.

PRAGEN. DISPENSATIONIS : in qua quæritur. *Seſſ.23. c.12. & 13. de Ref.*

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro Diſpenſatione in caſu &c.

Negative.

ROSSANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM : in qua ambigitur. *Seſſ.25. c.12. de reg.*

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmative.

TOLETANA JURIUM PAROCHIALIUM, SIVE HOSPITALIS, ET PRIVILEGIORUM : Poſtquam Cauſa iſthæc definita fuerat in *Congregatione* habita *die* 20. *Novembris* ſuperioris *anni* 1745. iterum propoſita fuit in *Congregatione* habita *die* 28. *menſis Maii hujus anni* ; At cum in Reſponſis variaverit hoc Sacrum Tribunal, Cauſa rediit ad novum Ampliſſimorum Patrum Judicium in *Folio Congregationis* habitæ *die* 9. tranſacti menſis *Julii* non in omnibus tamen Capitibus, quibus fuerat complexa, ſed quoad II. III., & IV. Dubium : Placuit ea die Eminentiſſimis Patribus definitionem differre, & beneficio hujus dilationis in novam venit diſputationem etiam V. Dubium, itaut Ampliſſimi Patres reſpondere debeant. *Seſſ.25. c.8. de Ref.*

An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis quoad II. III. IV., & V. Dubium in caſu &c.

In ſecundo loco deciſis in omnibus, & amplius.

TRIVENTINA NULLITATIS MATRIMONII : Data fuit hæc Cauſa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 30. *Aprilis* hujus anni, cui ſpecies ejus repeti debet : ſed cauſa ea die proponi non potuit. Propoſita fuit in *Congregatione* habita *die* 14. ſequentis menſis *Maii*, & Dubio -- *An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.* Reſponderunt Ampliſſimi Patres -- *Affirmative, & amplius* -- Quia vero implenda eſt cognitiſſima Conſtitutio de Cauſis Matrimonialibus Sacratiſſimi Principis Noſtri, ideo Cauſa iſthæc iterum proponitur, ut Eminentiſſimi Patres cognoſcere poſſint. *Seſſ.24. c.1. de ref. Matr.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Dilata, & ad mentem.

RO-

Sess. 25. c. 4. de reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS : Expressa fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 12. *Martii* hujus anni postulatio Mariæ Attiliæ Franciscæ Palluzziæ, qua petebat dotem, impensas Paraphernali, & annuam præstationem e substantia Advocati Masetti, ut Monasterio *S. Silvestri* Urbis nomen dare posset. Proposita fuit Causa in *Congregatione* habita *die* 26. ejusdem mensis : Duo erant Dubia - *I.* An & quomodo subsidium, seu assignamentum relictum a bon. mem. Josepho Masetti pro Virginibus educandis sit applicandum pro dote spirituali D. Mariæ Attiliæ Paluzzi in casu &c. *II.* An debeatur Acconcium, & Livellum in casu monachationis ejusdem ? *Responderunt Eminentissimi Patres* : Ad *I.* affirmative juxta Votum Eminentissimi Vicarii : Ad *II.* negative, & amplius. At cum Maria Attilia non posset sine Parapherno, atque annua præstatione Monasterium ingredi, preces obtulit Sanctissimo Principi Nostro, a quo utrumque impetravit. Cum hæc omnia resciverit Silvester Postumi, cujus Filiæ in pari consanguinitatis gradu sunt, ac Testatori erat Maria Attilia Paluzzia, libellum obtulit Summo Pontifici, quo narrabat falsa suggestione Mariam Attiliam impetrasse dotem, Paraphernum, annuam præstationem ; Data itaque fuit ab Optimo Principe omnis hujusce rei cognitio nova Eminentissimis Patribus, qui, perspectis Juribus Filiarum Postumi, respondere poterunt.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 25. c. 22. de reg.

VVORMATIEN. JURISDICTIONIS. Causa hæc frustra novam dilationem postulante Abbate Eberbacensi, proposita, & definita fuit in *Congregatione* habita *die* 9. transacti *mensis Julii*. Controversiæ Capita VII. erant. *I.* An Eminentissimus Ordinarius Vvormatiensis, seu ejusdem Vicariatus possit inhibere Regularibus Abbatiæ Eberbacensis Ordinis Cistercienſis, ne sine prævia ejus approbatione excipiant Confessiones Monialium Monasterii Marien-Munster ejusdem Ordinis ? *II.* An Eminentissimo Ordinario competat Jus interessendi, & præsidendi electionibus Abbatissarum dicti Monasterii ? *III.* An liceat Eminentissimo Ordinario petere rationes administrationis bonorum ipsiusmet Monasterii ? *IV.* An eidem Eminentissimo Ordinario competat Jus explorandi voluntatem Puellarum admittendarum tam ad Habitum, quam ad Professionem in dicto Monasterio ? *& quatenus affirmative*. *V.* An occasione dictæ Interessentiæ, Redditionis rationis, & explorationis teneatur Monasterium ad aliquam expensam pro Ministris Curiæ Episcopalis Vvormatiæ, sive ex quocumque alio titulo ? *VI.* An præfati Regulares, & Moniales cogi possint per mulctas pecuniarias in Casibus prædictis ? *VII.* An licita fuerit exactio centum Imperialium facta a Reverendissimo Vicariatu Vvormatiensi, seu potius teneatur dictam summam Monasterio Marien-Munster restituere, & omnia damna reficere in casu &c. *Responsum dederunt Eminentissimi Patres* : Ad *I. II. III.*, & *IV.* affirmative. Ad *V.* negative. Ad *VI.* affirmative. Ad *VII.* affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Post hæc Abbas Eberbacensis non solum audiri postulavit, sed nova etiam Dubia disputanda proposuit ; Augetur itaque nunc onus Amplissimis Patribus accessione aliorum Capitum, quæ hic subjiciuntur.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 9. Julii anni currentis 1746. ? *& quatenus affirmative ad primam partem*.

II. An posita facultate per Constitutionem Gregorianam Episcopis concessa interessendi, & præsidendi Electionibus Abbatissarum per se, vel per alium,

alium, liceat Eminentiſsimo Ordinario Vvormatienſi intereſſe, & præſidere per plures Commiſſarios ab ipſo deputatos?

III. An ad actum electionis conſcribendum admitti etiam debeat notarius, vel Cancellarius Curiæ Epiſcopalis Vvormatien., ſeu potius P. Secretarius Abbatis Regularis tantum.

IV. An completa Canonica electione, liceat eidem Eminentiſsimo Ordinario, vel ejus Viceſgerenti neoelectam inſtallare, eique poſſeſsionem dignitatis, & officii Abbatialis tradere.

V. An ipſi Eminentiſsimo Ordinario competat Jus Abbatiſſas electas confirmandi.

VI. An eidem Eminentiſsimo Ordinario Jus competat denunciandi, & determinandi diem electionis faciendæ, ſeu potius Reverendiſsimo Abbati Eberbacenſi? *& quatenus negative quoad primam, & affirmative quoad ſecundam partem.*

VII. An elapſa die præfinita, & nemine ex parte Eminentiſsimi Ordinarii comparente, liceat Reverendiſsimo Abbati Eberbacenſi ad electionem procedere in caſu &c.

VIII. An poſt mortem Abbatiſſæ liceat Reverendiſsimo Ordinario claudere, proprioque ſigillo obſignare cubicula Abbatialia, atque de ſubſtantia Monaſterii Inventarium conficere in caſu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima.

NARNIEN. MATRIMONII. Nupta menſe Februario anni 1740. Lavinia Cardoli nobilis Virgo nobili Viro Philippo Racani poſt quinquennoctium concubitum Virginem ſeſe adhuc novit, fatente Viro imbecillitatem ſuam, licet neuter aliquid omiſiſſet, quo poſſent jacentem Venerem excitare. Divertit igitur Uxor ab imbelli Viro, quem die 16. Menſis Maii ejuſdem anni in Jus vocavit, oblataque querela nullitatis Matrimonii, poſtulavit, ut Vir, eo ſoluto, res ſuas ſibi haberet. Negavit Vir ſeſe ineptum, inutilemque Veneris ludo; Judex diem dixit inſpiciendo Virili corpori, ſed qui ſe ferocem cupidumque præſtiterat in poſtulanda inſpectione, defuit Vir, nec periculum virium ſuarum facere voluit, & ut moras necteret, appellavit a decreto, quo Judex indicta æris pœna jubebat, ut ſeſe inſpiciendum præſtaret: ſed ope, conſilio Amicorum, & conſanguineorum victa puella rediit ad domum mariti, novum de viribus ejuſdem factura periculum. Pharmaca omnia, & quæ medicæ artis præcepta ſuggerunt, medicamenta, & præſidia in irritum ceſſere, retuſa ſemper, & jacente haſta Virili, fruſtraque opem ferente uxore oſculis, mollibuſque amplexibus, aliiſque Veneris irrita mentis. Victa itaque annorum patientia judicium repetiit uxor; Corpus Viri inſpexere Periti, optima quidem erat partium omnium conformatio, ſed jacuit ſemper truncus ingens, blanditiis licet, mollique tactu tum ipſius Viri, tum Peritorum invitaretur ad attollendum caput, & quod magis eſt, licet nobilis fervidique vini fomentis cierentur artus, & nervi, muſculique ad officium revocarentur; Rogatus Vir ſe verbis fortem dixit in Paleſtra Veneris, jactavit fœminas, etiam contracto Matrimonio, cognoviſſe, ante illud contractum morbo gallico laboraſſe, cujus tamen nulla veſtigia, nullaque ſigna Periti agnoverunt, faſſus eſt uxorem intactam, inviolatamque eſſe non virium ſuarum infirmitate, ſed metu verecundiæ, quod Patruus, qui matrimonii conciliator fuerat, proximo cubiculo dormiret. Judicium jurati dederunt Periti Philippum Racanum Uxore ſua potiri non poſſe, nec muliebria clauſtra perrumpere vitio muſculorum, qui molem arrigere non poſſint, nec extendi aut turgeſcere valeant præpediti paralyſi, aut

Sef.24. c.18. de ref. Mat.

aut abdito alio, latentique, quod manibus oculisque non subjicitur, impedimento; id ipsum formali examine confirmarunt; accessit septem consanguineorum Sacramentum, & testificationes aliæ formales duorum nobilium Conjugum, qui Viri imbecillitatem ab ipso Philippo, & Lavinia resciverant: Judex demum sententiam tulit, qua declaravit nullum Matrimonium, Appellavit Philippus ad hoc Sacrum Tribunal, nondum tamen nobis Jurium suorum libellum dedit, quod factum fuit a Lavinia, e cujus libello hæc excepimus. Quid consilii capiendum sit, videant ea, qua præstant, prudentia, Amplissimi Patres, a quibus expediendum est Dubium.

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Esse locum cohabitationi Triennali, & amplius.

Die Sabbathi 17. Septembris 1746.

Sess. 25. c. 12. de regul.

VORMATIEN. JURISDICTIONIS: In ultima Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 27. transacti Mensis *Augusti* placuit Eminentissimis Patribus in hac Causa rescribere -- *Dilata, & proponatur omnino in Prima* -- Proponitur nunc itaque, & ad eam expediendam *ejusdem Congregationis Folium* iterum consulere poterunt. Dubia sunt, quæ subjicimus.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 9. Julii anni currentis 1746.? *Et quatenus affirmative ad primam partem.*

II. An posita facultate per Constitutionem Gregorianam Episcopis concessa interessendi, & præsidendi Electionibus Abbatissarum per se, vel per per alium, liceat Eminentissimo Ordinario Vvormatiensi interesse, & præsidere per plures Commissarios ab ipso deputatos?

III. An ad actum electionis conscribendum admitti etiam debeat Notarius, vel Cancellarius Curiæ Episcopalis Vvormatien., seu potius P. Secretarius Abbatis Regularis tantum.

IV. An completa Canonica electione, liceat eidem Eminentissimo Ordinario, vel ejus Vicesgerenti neoelectam installare, eique possessionem dignitatis, & officii Abbatialis tradere?

V. An ipsi Eminentissimo Ordinario competat Jus Abbatissas electas confirmandi?

VI. An eidem Eminentissimo Ordinario Jus competat denunciandi, & determinandi diem electionis faciendæ, seu potius Reverendissimo Abbati Eberbacensi? *& quatenus negative quoad primam, & affirmative quoad secundam partem.*

VII. An elapsa die præfinita, & nemine ex parte Eminentissimi Ordinarii comparente, liceat Reverendissimo Abbati Eberbacensi ad electionem procedere in casu &c.

VIII. An post mortem abbatissæ liceat Reverendissimo Ordinario claudere, proprioque sigillo obsignare cubicula abbatialia, atque de substantia Monasterii inventarium conficere in casu &c.

Ad I. II. III. IV., V. In Decisis & amplius. Ad VI., & VII. ad mentem. Ad II. Negative. Ad III. Negative quoad primam partem. Affirmative ad secundam. Ad IV., & V. Negative. Ad VI. Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam. Ad VII. Affirmative, ad VIII. Negative.

RO-

ROMANA SUBSIDII DOTALIS : Reſcripſerunt Ampliſſimi Patres in hac Cauſa, quæ data quoque fuit in *Folio ultimæ Congregationis -- Dilata*, *& ad mentem* -- Mens Sacri hujus Tribunalis expreſſa fuit Sacratiſſimo Principi, qui *die* 31. tranſacti menſis *Remiſit Inſtantiam ad Sac. Congregationem Concilii prout de jure*: Poterunt itaque Eminentiſſimi Patres nunc reſpondere. *Seſſ.25. c.4. de regul.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

HISPALEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM : Cauſa hæc toties in hoc Sacro Tribunali propoſita, reſponſum accepit in *Congregatione* habita *die* 26. tranſacti menſis *Martii -- Dilata*, *& ſcribatur Archiepiſcopo Adminiſtratori juxta Inſtructionem*: Data itaque fuit Epiſtola ad Archiepiſcopum adminiſtratorem, qua id ei negocii dabatur, *ut recognitis Documentis*, *& Inſtrumentis authenticis referret, an eadem ita, prout exhibita ſunt, exiſtant, & quæ ſumma ad Oratricem ſpectare, & pervenire poterat ex hæreditatibus tum Paterna, tum Materna* -- Implevit ille ampliſſimorum Patrum deſiderium, ideoque nunc Eleonora Laſſo Vega poſtulat ab hoc Sacro Tribunali Cauſæ definitionem, urgens apertam eſſe deceptionem, dolumque malum, qua timore defectus Alimentorum, & Dotis perducta fuit a Patre, Patruo, Amitiſque ad emittendam Profeſſionem, eumque vitæ, & diſciplinæ ſtatum amplectendum, a quo vehementiſsime refugiebat : Videant igitur Eminentiſsimi Patres, re nunc ex facto in lucem redacta. *Seſſ.25.c.19. de Reg.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Prævio receſſu a Deciſis eſſe locum reſtitutioni in integrum.

FRISINGEN. Data fuit hujus Cauſæ ſpecies in *Folio Congregationis* habitæ *die* 3. *Aprilis ſuperioris anni*, quod editum fuit in lucem hominum *Vol. XIV. Theſau. Reſol. Sac. Congreg. pag.* 27. nulla ea die data fuit Definitio, reſponderunt enim Ampliſſimi Patres -- *Dilata*, *& ad mentem* -- eaque pandita ab Eminentiſsimo Præfecto, Abbas Vejarenſis libellum obtulit Sacratiſsimo Principi Noſtro, quo poſtulabat, ut declararet Jus eſſe Abbatibus conferendi Tonſuram, & Minores Ordines Subditis Regularibus abſque Epiſcopi Benedictione : ſed a Sanctiſsimo Pontifice data iterum hujus rei cognitio fuit ampliſsimo huic Ordini ; rogat itaque Abbas Vejarenſis, ut duo, quæ ſequuntur, Dubia definiantur. *Seſſ.23. c.10. de reform.*

I. An Abbates Monaſterii Sanctorum Petri, & Pauli Vejaren. primam Tonſuram, & Minores Ordines ſuis Subditis Regularibus conferre valeant, *& quatenus affirmative*.

II. An hujuſmodi facultas competat antedictis Abbatibus abſque Benedictione Epiſcopali in caſu &c.

Ad primum negative, & amplius. Ad ſecundum proviſum in primo.

LISBONEN. Hæc quoque Cauſa data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 28. *Auguſti ſuperioris anni*, quod editum fuit eodem *Vol. XIV. Theſaur. pag.* 78., ſed Cauſa ea die proponi non potuit : Propoſita quidem fuit in *Congregatione* habita *die* 18. *Septembris*, ſed non definita, reſpondentibus Eminentiſsimis Patribus -- *Dilata & fiant diligentiæ jux-* *Seſſ.25. c.19. de Reg.*

ta mentem -- ut in eodem *Vol. XIV. Thesaur. pag. 71. & seq.* Urget nunc Cajetanus Torres Causæ definitionem, & Amplissimi Patres, consulto iterum *folio primæ Congregationis diei 28. Augusti*, respondere poterunt.

An Constet de nullitate Professionis Fratris Cajetani de Torres Conversi Ordinis Christi, seu potius sit ad cautelam absolvendus, eique concedendum Indultum permanendi in sæculo ad effectum se itidem promovendi ad Sacerdotium in casu &c.

Negative in omnibus.

Sess. 25. c. 19. de regul.

PATAVINA RESTITUTIONIS IN INTEGRVM: Postulat in integrum restitui adversus Professionem, quam emisit anno 1731. in Monasterio S. Mariæ Montis Ortoni Ordinis Eremitarum D. Augustini P. Joannes Baptista Barbetta, qui Antonius Joseph nuncupabatur, priusquam Monasterio nomen daret. Ratio Postulationis hujus est in nullitate ejusdem Professionis, quod vi, metuque, & vulneribus etiam inflictis a Parentibus adactus fuerit ad Sacras Vestes suscipiendas, averse hujus voluntatis certissima dedisse argumenta ipso Probationis tempore, & post Professionem emissam; fugit enim omnia, quæ præceptis, & Regulis Ordinis imperata sunt; pluries e Monasterio fugisse; revocatus tamen semper, in carceres conjectus fuit; tandem omnibus superatis, Romam venit ad hoc Sacrum Tribunal, a quo mandata fuit Jurisdictio Amplissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Rezzonico Episcopo Patavino. Processu Judiciali confecto, Eminentissimus Epifcopus secundum eum respondit, ea præsertim ratione: *nempe Fratrem Barbetta*, verba sunt Epistolæ, *quamvis ad Religionem tamquam Clericus, & Vocalis fuerit assumptus, numquam tamen ad primam Clericalem Tonsuram suscipiendam induci potuisse, ex quo, ut reor, satis constat, ipsum aut non vocatum a Deo, aut Religionis statum non voluntarie suscepisse* -- neque ab Ordine, neque a Defensore Professionis libellum Jurium hactenus habuimus: Dubium est.

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Negative ex hactenus deductis.

Sess. 24. c. 12. de ref.

VIGILIEN. SERVITII CHORI: Species hujus Causæ repetenda omnino est e *Vol. XII. Thes. Resol. Sac. Congregat. pag. 95.* luculenter enim expressa fuit, ut actum agere videri possimus, si nova ejusdem narratione membranas impleamus. Dubium tunc propositum illud erat -- *An Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Vigiliarum sit concedenda gratia inserviendi eidem Ecclesiæ alternatim, & per hebdomadas in casu &c.* Respondit Sacrum hoc Tribunal his verbis -- *Facta erectione sex Cappellaniarum, permittendas esse vacationes ad tres menses, ita tamen ut Canonici iis frui nequeant tempore Adventus, & Quadragesimæ, aliisque diebus exciti solitis, & duæ saltem ex tribus partibus Choro semper interfint* -- ut cognosci potest ex eodem *Vol. XII. Thesau. pag. 98.* Post hæc Capitulum redditus annuos Cappellaniarum, quæ jam in eadem Ecclesia erectæ fuerant, auxit Ducatis octo, ut earum Rectores Choro, divinisque Officiis interessent alternatim & per hebdomadas, duasque alias Cappellanias cum annuo redditu Ducatorum quindecim, eodemque onere erexit. Ægre id tulerunt Cives Vigilienses. Magistratus, & Parochi Ecclesiarum ejusdem Civitatis, & querelam nullitatis omnis hujusce rei propofuerunt, oblato libello, Amplissimis Patribus, a quibus auditus fuit, ut moris est, Epi-

scopus,

scopus, qui secundum Capitulum respondit. Parochi igitur, & Cives nullitatem rerum gestarum monstrare conantur, contra Capitulum validitatem tuetur. Amplissimorum Patrum onus erit cognoscendi, quænam potiores sint rationes, ut tria, quæ sequuntur, Dubia definiant.

I. An sit standum, vel recedendum a decisis, *& quatenus affirmative*.
II. An subsistineatur Erectio jam facta, seu potius alia sit facienda? *& quatenus negative ad secundam partem*.
III. An sit ex integro concedenda Gratia perfectæ alternativæ, & per hebdomadas, attento numero auctо aliarum sex Cappellaniarum in casu &c.

In Decisis, facta tamen prius erectione aliarum quatuor Cappellaniarum ad formam Decreti 18. Maii 1746. Ad secundum, & tertium provisum in primo.

UGENTINA CENSVRARVM: Duo sunt fratres Patrueles ambo Sacerdotes Franciscus, & Paschalis Gretii incolæ Lucuniani Oppidi Diœcesis Vgentinæ, quorum alter decennalem, alter sexennalem consuetudinem habere dicuntur cum duabus mulieribus vidua altera, altera nupta; neque ab iis divelli potuisse monitis, & suasionibus præcedentium Episcoporum. Idem factum fuit ab eo, qui nunc Ecclesiæ illi præest, Episcopo, sed vicit amor, & mos inveteratus: hinc eos Vgentum advocavit Episcopus, & graviter increpuit. Promissis tamen non steterunt, nam Lucunianum reversi, iterum reversi sunt ad mulieres: Ira commotus Episcopus Vgentum eos revocavit, per duos menses suspendit, solvitque post acceptam, signatamque ab iis syngrapham, qua cautione pecuniariæ pœnæ morem gesturos ipsius imperio promiserunt. Reduces in Patriam sese continuerunt, donec discedente Vicario Generali, penes quem syngrapha erat, & a quo eam, oblato munere, habuisse ajunt Testes, ad priorem consuetudinem redierunt. Episcopus itaque Processum judicialem contra eos, quos Vgentum vocaverat, instrui jussit, quo confecto, spatium temporis concessit, quo defensiones proferrent, sed illi spreto præcepto, ne Vrbe discederent, Lucunianum repetierunt; lata igitur sententia fuit suspensionis a Divinis, donec resipiscerent. Illi ad Metropolitam Hydruntinum appellarunt, a quo circumscripta fuit sententia ex defectu formæ Conciliaris non servatæ, aliisque nullitatum capitibus. Promotor Fiscalis Curiæ Vgentinæ appellavit ad hoc Sacrum Tribunal, & auditus Metropolita Hydruntinus epistola sua factum tuetur: Subsistinet nunc tamen apud Eminentissimos Patres validitatem, & justitiam sententiæ Promotor Fiscalis Vgentinus, negans rem esse de casu, quo dispositi Tridentinum, quod hic res sit de mitiori pœna, & quasi paterna, quam cuique Episcopo, prout illi satius visum fuerit, præmittere licet rigidiori, & graviori; neque enim Tridentini Decreto Episcopis necessitas imposita fuit infligendi eas pœnas, sed possunt minores infligere, quæ solemniis illis a Tridentino statutis non egent; præsertim cum unus nullum Beneficium habeat, alter vero ex his Sacerdotum habeat quidem, sed tenue. Cujus nam potiores rationes sint, vel quæ pro sententia, vel quæ contra sententiam differuntur, judicent Eminentissimi Patres lectione libelli Promotoris Fiscalis Vgentini, quem solum habuimus, ut Dubio, quod hic damus, respondere possint. *Sess. 25. c. 14. de ref.*

An Censuræ relaxatæ per Curiam Episcopalem Vgenti subsistineantur in casu &c.

Affirmative.

MA-

Sess. 25. c. 9. de Ref.

MACERATEN. CAPPELLANIÆ: Pertinet ad Communitatem Montis Milonis Jus Patronatus Ecclesiæ, quæ prope Oppidum est, & S. Mariæ de Pace nuncupatur; a solo namque ædificata ab ea fuit anno 1644.. nominationes Cappellani hujus Ecclesiæ, qui amovibilis est ad nutum, factæ fuerunt a Generali Concilio: si plures Cappellaniam peterent, mos erat, ut singuli per turnum nominarentur, qui triennio exacto, alter alteri succedebant. Inter redditus est pars dimidia obventionum existipe collecta in arca parieti ejusdem Ecclesiæ infixa, dimidia parte altera destinata in opus fabricæ Ecclesiæ. Gregorius Crocetti, qui, repetitis confirmationibus, Cappellaniam, quoad vixit, retinuit, ædificium ad utrumque Ecclesiæ latus incæpit, quod tamen morte occupatus absolvere non potuit. Anno 1740. Cappellaniam petierunt quinque Sacerdotes Philippus Palmuccius, Ignatius Palmesianus, Ludovicus Lazzarinius, Cajetanus Facetus, & Gaspar Bidollius, qui ex annuis Ecclesiæ redditibus annua sc. 10. dimittere obtulerunt, quo reparari posset Ecclesia, quæ, non perfecto opere incæpto a Gregorio Crocetti, vitia aliqua in parietibus contraxerat. Omnes admissi fuerunt, & Philippus Palmuccius primo nominatus, cum biennio Cappellaniam tenuisset, depositi sc. 20.: repente vero omnia turbavit Ludovicus Lazzarinius, qui moræ pertæsus Amplissimo huic Ordini Libellum obtulit nomine Populi, quo Cappellaniam hanc sibi perpetuo, & quoad viveret, dari postulabat, obtendens necessariam Ecclesiæ reparationem, cui satis consultum non fuerit dimissione annua sc. 10., dimissurus ipse, si Cappellaniam perpetuam obtineret, redditus omnes Ecclesiæ, ut in illius reparationem, & fabricam erogarentur. Placuit Eminentissimis Patribus Episcopum Maceratensem audire, qui sententiam animi sui aperiret audita Communitate. Respondit ille, accepta sententia Priorum Communitatis, censere rem utilem Ecclesiæ futuram, si conditio a Lazzarinio proposita acciperetur: Hinc Eminentissimi Patres *die* 24. *Novembris* 1741. Episcopo Jurisdictionem mandarunt, ut veris existentibus narratis, & facta per Sacerdotem Ludovicum Lazzarini obligatione in forma Juris valida de adimplendo omnes conditiones oblatas eumdem Lazzarinium de Cappellania instituret ad ejus vitam, quod prævio decreto factum fuit, & Lazzarinius in possessionem ejusdem immissus est.

Commovit hæc res quatuor Sacerdotes a possessione dejectos, qui querelam continuo proposuerunt Sacro huic Tribunali: Auditus Episcopus, licet lex aperta esset verbis illis auditis interesse habentibus, Cappellanos tamen non audivit, & ad primam Epistolam, in qua sensa animi sui aperuerat, se retulit; Postulant nunc itaque quatuor Cappellani rescindi, & retractari Gratiam, quam tacita veritate, & expressis pluribus falsis, obtinuit Lazzarinius. Rationes eorum cognoscere poterunt Amplissimi Patres e libello Jurium; a Lazzarinio nihil hactenus habuimus. Dubium, quod proponitur, expediendum est.

An Perpetuatio Cappellaniæ ad vitam Sacerdotis Ludovici Lazzarinii subsistineatur in casu &c.

Affirmative.

Die

Die Sabbathi 19. Novembris 1746.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI: Causa hæc pluries in hoc Sacro Tribunali proposita, ut cognosci potest ex *Thes. Res. Sac. Congr. Vol. X. pag.* 182. *&* 194. *Vol. XIII, pag.* 210. *& ex Folio Congregationis* habitæ die 4. transacti mensis Sextilis; proposita iterum in Congregatione diei 27. ejusdem mensis responsum accepit -- *Dilata, & coadjuventur probationes* -- his itaque, ut putamus, utrinque coadjuvatis amplissimis Patribus definienda proponitur eodem Dubio. *Sess. 22. c. 6. de ref.*

An ex aliis noviter deductis sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

ABELLINEN. ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS. Data fuit hujus Causæ species in Folio Congregationis habitæ eadem die 4. superioris mensis Augusti, sed ea die proponi non potuit. Proposita itaque fuit in sequenti Congregatione diei 27. Dubium erat -- An soli Canonici supranumerarii, sive de adjuncta teneantur subire onus Hebdomadæ in Ecclesia Cathedrali, ac celebrationis Missæ Conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere absque eo, quod petere valeant eleemosynam a Canonicis antiquioribus in casu &c. -- Responderunt Eminentissimi Patres -- Negative -- Pugna nunc instauratur, & respondendum est. *Sess. 22. decr. de ev. & obs. in cel. Miss.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

VENAFRANA PLURIUM. Triplex est in Cathedrali Venafrana Ecclesia species Canonicorum: prima eorum est, qui Præbendati vocantur, ex uberiori fortasse præbenda nuncupati: horum quindecim numerantur extra Archidiaconum, & duos Primicerios: altera eorum est, qui vocantur Hebdomadarii ab obeundo per hebdomadas Sacri munere, nec excedunt numerum novem: tertia denique eorum est, qui appellantur Expectantes, seu Sperantes, vel Supranumerarii, quod præter ordinem cooptentur in spem futuræ successionis ad præbendas, quæ vacent morte Præbendatorum. Horum Canonicorum, qui Ecclesiæ servitium præstant, non una conditio est, diversoque jure censetur in honorificis juribus, atque emolumentis. Maxima vero differentia est (nam cæteras persequi molestum est) quod Præbendati suffragium soli habent in Capitulo, soli decernunt quidquid ad Ecclesiam, & Bonorum œconomiam pertinet, soli recipiunt tertii Ordinis Sperantes Canonicos, soli cum Episcopo decernunt de regimine ecclesiastico, & de disciplina, summotis penitus, atque eliminatis Hebdomadariis, quos uti pares, & æquales recipiunt intra sepia Ecclesiæ, simili veste utentes, eodem sedentes gradu, non genu, sed humeros flectentes Episcopo, eique conjunctim facientes coronam; itaut, si vel *Sess. 24. c. 12. de ref.*

vel in choro ſedentes, vel Epiſcopo adſtantes intueantur, omnino pares reputentur, nulla inter eos diſtinctione, niſi quod Præbendati primas ſemper teneant ſedes, & in pompis ſubſequantur Hebdomadarios, unica præeunte Cruce, quæ eſt Præbendatorum.

In hac honorum æqualitate jurium, & lucri differentiam ferre noluerunt Hebdomadarii, negarunt ſe Canonicos ad ſacrum per Hebdomadas agendum, & ad reſidentiam obſtrictos eſſe: quæ concepta opinio ita valuit, ut duo Hebdomadarii non dubitaverint ſervitium dimittere, & Eccleſiam deſerere, contra quos Epiſcopi Venafrani pœnis a Tridentino inflictis egerunt, obdurati tamen illi ultimam quoque privationis Canonicatuum ferre voluerunt: horum exemplo fracti animo alii in commodius tempus diſtulerunt remedium. Accidit hoc anno 1680., quo ad hoc Sacrum Tribunal confugerunt, reſcriptumque fuit -- Ex deductis non teneri ad Reſidentiam, ſed ad ſervitium Chori -- Neutri partium hoc placuit reſponſum, contra quod aperta fronte primus pugnavit Coppa Hebdomadarius, qui vale dixit Eccleſiæ, nec ad ipſam eum reducere potuerunt repetitæ monitiones, & pœnæ ab Epiſcopo inflictæ, qui tandem eum e Canonicatu dejecit. Hujus periculo prudentioribus redditis aliis, quies aliqua affulſit; tandem omnia iterum turbata ſunt, derelicta ab Hebdomadariis Eccleſia, qui ſeſe aliis Eccleſiis adſcribere tentarunt, ut refert Epiſcopus in epiſtola ſua, qua, ut moris eſt, rogatus ſenſa aperit animi ſui. Longum igitur nunc Præbendati libellum offerunt Eminentiſſimis Patribus, quo XX., quæ proponuntur, Dubia definiantur. Ab Hebdomadariis nihil hactenus habuimus: Capita controverſiæ ſunt, quæ ſequuntur.

I. An Canonici Hebdomadarii Eccleſiæ Venafranæ perfrui debeant Jure Canoniæ, & partem conſtituant Capituli in caſu &c.

II. An iidem Canonici Hebdomadarii aſſequi valeant Canonicatus præbendatos in caſu &c.

III. An iidem Hebdomadarii teneantur ad Reſidentiam, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub die 23. Nov. 1680. in caſu &c.

IV. An iidem Hebdomadarii teneantur præſtare Eccleſiæ Venafranæ ſervitium Chori cum Habitu Canonicali iiſdem diebus, iiſque functionibus, ac eodem modo, quo tenentur Dignitates, & Canonici Præbendati? *& quatenus negative.*

V. An, & quomodo teneantur præſtare ſervitium chori in caſu &c.

VI. An iidem Hebdomadarii teneantur in ſuis reſpective Hebdomadis non ſolum Miſſam Conventualem canere, ſed etiam in Officio Hebdomadariorum aſſiſtere omnibus Horis Canonicis uſque ad completorium inclusive, noctuque reſpective Nativitatis Domini, necnon diebus Hebdomadæ majoris Lectiones canere, aliaque peragere in ſervitium Chori, quæ a Magiſtro cœremoniarum præſcribuntur? *& quatenus affirmative.*

VII. An omnia præmiſſa expleri etiam debeant per turnum a dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac Expectantibus in caſu &c.

VIII. An, & in quo numero aſſiſtere teneantur cum pluvialibus Archidiacono, & Primicerii Veſperas, & Laudes celebrantibus, & reſpective Officium Diaconi, & Subdiaconi facere, una, vel altera ex dictis tribus Dignitatibus Miſſas celebrante? *& quatenus affirmative.*

IX. An ad eamdem aſſiſtentiam teneantur Canonici Præbendati, & reſpective Expectantes in caſu &c.

X. An, & in quibus functionibus, dum celebrant Canonici Præbendati, teneantur Canonici Hebdomadarii ſupplere vices Canonicorum Expectantium, qui ſunt abſentes, & loco eorum aſſiſtere in caſu &c.

XI. An iidem Canonici Hebdomadarii teneantur etiam non invitati intereſſe pro-

processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis Ecclesiæ Cathedralis? *& quatenus affirmative*.

XII. An, & a quo indici valeant processiones extraordinariæ in casu &c.

XIII. An iidem Canonici Hebdomadarii participare debeant de emolumentis dd. processionum, & quando in casu &c.

XIV. An Hebdomadarii in peragendis funeribus teneantur non solum defunctorum cadavera associare ad Ecclesiam, verum etiam una cum Dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac supranumerariis ipsorum Exequiis assistere? *& quatenus affirmative*.

XV. An, & de quibus emolumentis participare debeant in casu &c.

XVI. An prædicti Hebdomadarii teneantur omnes Missas Conventuales canere, quando ex præscripto Rubricarum non una, sed duæ, vel tres erunt canendæ, sive potius ad unam tantum teneantur in casu &c.

XVII. An ad omnia prædicta servitia Chori teneantur per se ipsos, vel potius eadem supplere possint per substitutos in casu &c.

XVIII. An iidem Hebdomadarii insimul retinere possint quodcumque Beneficium, vel Officium tam in Civitate, quam in Diœcesi, quod quomodolibet impediat, vel incompatibile sit cum servitio dicti Chori in casu &c.

XIX. An pro implemento omnium prædictorum iidem Canonici Hebdomadarii teneantur sibi ipsis constituere Massam distributionum, & respective punctaturarum, sive potius distributiones Hebdomadariorum constituendæ sint ex massa capitulari? *& quatenus negative quoad secundam partem*.

XX. An, & quomodo providendum sit pro dictis distributionibus in casu &c.

Dilata ad sequentem.

BRIXIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Rei Familiaris angustia compulsus Fr. Franciscus Nolfius sese in parvo Monasterio Sancti Petri Ordinis Servorum B. Mariæ in Oppido Castilionis recepit, ibique suas præstitit operas uti Commissus sæcularis juxta morem illius Ordinis. Et primo & sequentibus annis, diu, noctuque a Monasterio discessit indulgentia præfectorum, & ad amicos divertit, quibuscum Choreis, & Saltationibus intererat, cœnabatque laute, cubavitque etiam veste sæculari; ivit, redivitque, quoties collibuit, nullo monente, nullo increpante eorum, quorum suberat imperio. Cum illi fratre ab intestato defuncto legitima hæreditas obvenerit, continuo Patres Fr. Franciscum repetierunt, & ad claustra revocarunt, reluctantem in vincula conjecerunt. Solutus opera, & manu amicorum Sacratissimum Principem Nostrum libello adiit, a quo data fuit cognitio rei Amplissimis Patribus. Contendit igitur Fr. Franciscus professionem nunquam emisisse, provocatque ad libros capitulares Monasterii, in quibus professiones scribi debent, nihil enim in iis de Votis conceptis emisisque repertum est. Addit Testes, qui ajunt eum post annum ab ingressu Monasterii regressum fuisse, & per solidos menses moratum esse in patria sua vestibus sæculi, & anno præsertim 1726. novem integris mensibus in patria degisse. Quæ sint momenta rationum, quibus Ordo, & professionis Defensor professionem Fr. Francisci monstrare possint, ignoramus, libellum enim nullum ab iis habuimus. Dubium hoc est, quod proponitur definiendum. *Sess. 25. c. 19. de ref.*

An sit concedenda restitutio in integrum in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 5. de ref.

CULMEN. Bellis, incendiis, & vastationibus eversa, atque attrita Culma Urbs intra fines Borussiæ in quamdam quasi solitudinem conversa est: Qui pura fidei præcepta servent ad sexcentos redacti; Unica quæ supersuit Parochialis, & Mater Ecclesia damna tulit quam plurima: Sacerdotes, & Ministri eam deseruerunt, pavimentum, scamna, & sacra supellex attrita erant, & absumpta, superstite tantum Sacerdote, qui Parochi munera ferret. Culmenses Episcopi, ut Ecclesia pristino splendori restitueretur, eam Patribus Congregationis Missionis concesserunt, qui veteri, in quo jacebat, squallore deterso, quantum temporis iniquitas patiebatur, ad antiquum genium, & primam dignitatem eam revocarunt, restituto pavimento, parietibus incrustatis, scamnis constructis, & renovato ornatu, & vestibus sacris: Deerat, ut populi frequentia, & erga matrem cultus revocaretur. Episcopi in Visitatione editis Decretis restituerunt jus privativum canendi lamentabilem Sanctissimi Salvatoris nostri Jesu Christi Passionem diebus Dominicis Quadragesimæ, quod jus ob Ecclesiæ Matris miseram conditionem Patribus Dominicanæ, & Franciscanæ Familiæ, primis feria quarta, aliis vero sexta permissum fuerat, canebantque Polonica lingua, & Ritmico versu contextam passionem. Paruere Decretis Franciscani, recusarunt Dominicani, impetrata inhibitione a Nunciatura Polonica, qua vetabatur Patribus Missionis, ne canere pergerent passionem diebus Dominicis; Obtinuerunt tamen Patres Missionis, ut inhibitio revocaretur, & utraque Ecclesia Parochialis nempe, & Sancti Dominici stetit in possessione canendi; Sed putantes Patres Missionis obstare legem Tridentini, quæ, sublata quacumque etiam immemorabili consuetudine, jus asserit Parochialibus Ecclesiis Sacrorum solemniter agendorum, & populum Sacro eloquio, piis precibus, aliisque ritibus ad pietatem pertinentibus, docendi, & pascendi, expedito coram A.C. Monitorio prohibuerunt Patribus Dominicanis, ne possessionem servarent canendi. Nihil permoti Dominicani incæptum cursum tenuerunt, donec oblato à Patribus Missionis Libello Sacratissimo Principi Nostro, data fuit hujusce rei cognitio Amplissimis Patribus, a quibus auditus, ut fieri solet, Episcopus Culmensis, hic secundum Patres Missionis, & Parochialem Ecclesiam respondit. Proponitur nunc itaque Dubium.

An liceat Patribus Sancti Dominici canere in diebus Dominicis Quadragesimæ Passionem Domini Nostri Jesu Christi, sive potius id privative spectet ad Ecclesiam Parochialem Congregationis Missionis, & in feria quarta ad dictos Patres Dominicanos in casu &c.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Sess. 25. c. 11. de ref.

BURGI S. DONNINI EMPHYTEUSIS. Post contractam anno 1731. Emphyteusim quatuor, quæ ad Padi Ripas sedent, prædiorum sterilium, & fluvialiarena intectorum, post longam culturam ingentesque impensas ab emphyteuta factas, post receptam solutionem sc. 225. Laudemii titulo, post constitutum, exactumque annuum Canonem sc. 15. Abbas Monasterii S. Mariæ Castionis Dominus directus locatorum Agrorum, & ille idem, qui prædia in emphyteusim concesserat, tactus scrupulo defectus beneplaciti Apostolici de nullitate contractus interpellavit Sacerdotem Petrum Parentium, qui ea conduxerat pro se, & tribus fratris filiis ad tertiam masculinam generationem. Gravi damno excitus emphyteuta post Judicium in Curia Episcopali cœptum, ut se tutius expediret, adiit Legum, & Justitiæ vindicem Sacratissimum Principem Nostrum, oblatoque libello, quo cuncta narrabat, postulavit, ut contractus, vel probaretur, vel sana-

fanaretur Beneplacito Apoſtolico. Data fuit cognitio Eminentiſsimis Patribus, & auditus fuit Epiſcopus, contenditque nunc Parentius ex ipſa *Extrav. Ambitioſæ de Reb. Eccleſ. non alienand.* contractus validitatem probari; Excipiuntur enim alienationes bonorum, quæ locari ſolent, qualia hæc ſunt, de quibus agitur, cum a ſexaginta, & ultra annis aliæ Familiæ ea in emphytheuſim conduxerint, & vel voluntaria dimiſsione, vel gradibus generationum defectis, reciderint in Monaſterium, cui, cum exiguæ eſſent utilitatis, viſum eſt novo dare emphytheutæ, qui nullis parcens impenſis; brevi 15. annorum ſpatio, ea coegit avido parere colono. Addit alias rationes, & præſertim deceptionis, quas tranſgredimur; urget enim concedendum eſſe Beneplacitum Apoſtolicum, & ſanationem contractus, ſi nullus dici poſſet, ex æquitate, & bona fide, qua tantum impendit pecuniarum, ut ſterilium agrorum naturam vinceret; ſatis namque eſſet iniquum, ut Monaſterium ex ipſius jactura lucrifaceret, ideoque, ſi nullus ſit contractus, ſi ſanationi etiam locus eſſe non poſſet, cogendum eſſe Monaſterium, ut pretium ſolvat meliorationum, impenſaſque omnes, & damna ſarciat, præſtetque id, quod ei intereſt nullum eſſe contractum, ipſius Monaſterii culpa, quod debebat Beneplacitum obtinere. Tria igitur quæſtionis Capita ſunt. Ab Abbate, & Monaſterio nondum ilbellum habuimus. Capita definienda ſubiicimus.

I. An conceſsio de anno 1731. in emphytheuſim facta Bonorum, de quibus agitur, ſubſtineatur in caſu &c. *& quatenus negative*.

II. An ſit locus ſanationi ejuſdem conceſsionis per Beneplacitum Apoſtolicum deſuper implorandum, & cujus expenſis ſit illud impetrandum in caſu &c. *& quatenus negative*.

III. An Monaſterium S. Mariæ Caſtionis teneatur ſolvere R. D. Petro Parentio pretium melioramentorum in dd. Bonis hucuſque factis, ac reſpective reficere omnes expenſas, damna, & intereſſe in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Reges.

AQUINATEN. Archipresbyteratum, cui adnexa eſt cura animarum in Eccleſia Cathedrali Aquinatenſi, obtinuit à S. Sede anno 1740. Alexander Capozella, & poſſeſsionem nactus fuit. Ut autem Decreto pareret, quod in Litteris Apoſtolicis adiici ſolet -- „ Quod infra annum pro- „ ximum Gradum Magiſterii in Theologia, vel Doctoratus, aut Licen- „ tiaturæ in Decretis in aliqua approbata Univerſitate Studii Genera- „ lis &c. ſuſcipere omnino tenearis „ obtinuit a Collegio Protonotariorum Apoſtolicorum, cui à Xiſto V. Pontifice Maximo cognitiſsima Conſtitutione 12. *vol. 2. Bullar. in declarat. Privileg.* §. 3. facultas data fuit *Doctorandi*, itaut Gradus hic haberi debeat, ac ſi collatus ſuſceptuſque fuiſſet *in aliqua famoſa Univerſitate*, obtinuit, inquam, *Commiſſionem*, quæ poſt longas moras exequi tandem potuit ab Epiſcopo Alatrino, a quo Archipresbyter probatus fuit, atque inde die 8. Februarii anni 1743. literas idem Collegium dedit Archipresbytero, quibus Doctor in Utroque Jure renunciatus fuit. Epiſcopus Aquinatenſis in perſonali Viſitatione, hac re comperta, dubitavit, an ſatis eſſet ad Dignitatem retinendam *Doctoratus* a Collegio Protonotariorum collatus, juſſitque Archipresbytero, ut vel in publica Academia Gradum ſuſciperet, vel Preces Sacratiſſimo Principi noſtro offerret, quibus impetraret, ut Privilegium a Collegio Protonotariorum indultum admitteretur. Oblatæ preces fuerunt, & rei hujus cognitio data fuit ampliſſimo huic Tribunali, a quo auditus, ut fieri ſolet, Aquinatenſis Epiſcopus ſecundum Archipresbyterum reſpondit. Ve- *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

nit interim Sacerdos Franciſcus Protus, qui propoſita ratione, quod Alexander Capozzella Literis Apoſtolicis non paruiſſet, quibus decretum fuerat, *quod Doctoratum in aliqua approbata Vniverſitate Studij Generalis ſuſcipere teneretur*, Archipresbyteratum in Dataria Apoſtolica impetrare tentavit; ſed res dilata fuit ad exitum Cauſæ in hac S. Congregatione. Proponuntur itaque Eminentiſſimis Patribus duo, quæ ſequuntur, Dubia. Rem quidem conficere videtur Conſtitutio Sacratiſſimi Principis noſtri, cujus initium eſt inter Conſpicuos Ordines edita anno 1744. qua veterem inter duo Collegia Protonotariorum Apoſtolicorum, & Advocatorum Conſiſtorialium Controverſiam de hoc Jure Doctorandi definivit: A Protonotariis nihil habuimus: Dubia ſunt.

I. An Gradus Doctoratus obtentus a Ven. Collegio Protonotariorum Apoſtolicorum ſuffragetur in caſu. *Et quatenus negative*.

II. An ſit conſulendum Sanctiſsimo pro Gratia, vel ſaltem habilitandus ſit Orator ad novum Doctoratum obtinendum in publica Vniverſitate in caſu &c.

Affirmative ad primum, facto verbo cum Sanctiſsimo. Ad ſecundum proviſum in primo.

Seſſ. 24. c. 1. de ref. mat.

STAGNEN. Matrimonium contraxit Chriſtophorus Longhus anno 1739. cum Catharina Rachliza, ignorantibus conjugibus impedimentum dirimens conſanguinitatis in quarto gradu. Re judicialiter comperta, ſeſe ſepararunt, & licet nulla a Parocho omiſſa fuerit diligentia, quo Matrimonium novo conſenſu convalidarent, recuſarunt illi ſemper, ut defunctus Stagnenſis Epiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis declaraverint nullum fuiſſe Matrimonium, & Contrahentes liberos eſſe. Ancilla erat domi Simeonis Simonetti fratris Antonii Simonetti Parochi Tarpani Franciſca Pauſcina; Compreſſit hanc virginem Chriſtophorus, diu res latuit, ſed ubi Venter intumuit, Conſanguinei mulieris quærelam propoſuerunt, ut cogeretur Chriſtophorus ad injuriam illatam reparandam uxorem eam ducere; hinc Parochus Simonetti curavit, ut Frater domo, ſervitioque illam dimitteret, inde mollire animum cæpit Conſanguineorum, ut differrent, donec Sententiam nullitatis Matrimonii inter Chriſtophorum, & Catharinam Curia Eccleſiaſtica ferret. Urgebant illi, Parochus contra moras iniciebat, quo denunciationes fieri poſſent, quas Tridentinum requirit. Tandem Conſanguinei moræ & verborum pertæſi in eam venerunt furoris audaciam, ut die 14. Menſis Septembris anni 1744. armati ad Parochum accederent, eique indixerunt, ut niſi continuo Chriſtophorum & Franciſcam conjungeret, ambos morti dare ſtatuerant.

Blandis verbis eos retinere tentavit Parochus, ſed illi verba amplius ſibi dare velle negantes diſcedebant occiſuri fœminam, & virum. Parochus in his anguſtiis conſilii expers, ut duo homicidia vitaret, eos revocavit, promiſitque illico Tarpanum adire, quod octavo lapide diſtabat, & Chriſtophorum ac Franciſcam in Matrimonium conjungere. Ita factum fuit, vetuitque Conjugibus Parochus, ne ſimul habitarent, atque illi paruerunt. Vicarius Capitularis ab Epiſtola Parochi de omni hac re certior factus Proceſſum judicialem contra eum inſtituit, eoque pluries audito, non vero, ut facere debuiſſet, Conſanguineis Franciſcæ, Sententiam tandem tulit, qua Parochum ab Officio per triennium ſuſpenſum voluit, & per duos menſes carceribus eſſe mancipandum. Appellavit Parochus ab hac Sententia; Vicarius vero appellationem in devolutivo tantum admiſit, & vetuit, ne Sacrum faceret. Parochus adito Sacratiſsimo Principe noſtro,

ſtro, obtinuit Breve appellationis ſuſpenſivæ, qua mandabatur Juriſdictio Epiſcopo Mercanenſi, ut re perſpecta, cauſam auctoritate Apoſtolica definiret. Epiſcopus Judex decretum tulit, quo jubebat Parochum *interim in Officio Parochiali reintegrandum eſſe, donec, & quouſque in ea Cauſa, terminatum, & deciſum fuerit*; Sed Promotor Fiſcalis Curiæ Stagnenſis ſuſpectum declaravit Epiſcopum Mercanenſem, obtinuitque aliud Breve appellationis ſuſpenſivæ, qua Juriſdictio mandata fuit Archiepiſcopo Raguſæ, quem Judicem Parochus non recuſans poſtulavit ab eo, ut rem definiret, ſed fruſtra, nam Judex ille nullum unquam decretum ferre voluit. Iterum igitur adiit Parochus Sanctiſsimum Pontificem, a quo Juriſdictio mandata fuit Sacro huic Tribunali, & duo nunc, quæ ſequuntur, Dubia proponuntur. Pendet autem omnis hujuſce rei definitio ab una cognitione, an in hac ſpecie, in qua verſamur, locus ſit diſpoſitioni *Cap. cum Inhibitio de Cland. Deſponſ.* quod negat Parochus rationibus, & authoritatibus, contendens, vel in iis, in quibus erat anguſtiis, ita faciendum fuiſſe ad evitanda graviſsima mala, vel factum excuſandum eſſe, cum prudentiſsimi etiam in re ſubita, & ancipiti, quid conſilii capiant, ignorent; Idcoque, cum injuſte damnatus fuerit a Vicario Capitulari, ſarcienda illi eſſe damna omnia, & impenſas, & declarandum eſſe in Sententia Vicarii ſuſpenſionem a Divinis non contineri. A Promotore Fiſcali Curiæ Stagnenſis nihil hactenus nobis datum fuit.

I. An ſubſtineatur Sententia lata a Vicario Capitulari Curiæ Stagnen., ſeu potius ſit locus ejus moderationi, & refectioni reſpective expenſarum, & damnorum paſſorum a Parocho Antonio Simonetti in caſu &c.

II. An in dicta Sententia contineatur ſuſpenſio a Divinis in caſu &c.

Sacerdotem Simonetti eſſe abſolvendum, ex quo ſatis, & reintegrandum ad curam animarum. Ad ſecundum negative.

Die Sabbathi 10. Decembris 1746.

DUarum, quæ ſequuntur, Cauſarum definitio *in ultima Congregatione* habita *die* 19. tranſacti menſis *Novembris* dilata fuit *ad hanc Congregationem*: Rogantur itaque Eminentiſsimi Patres, ut *Folium Congregationis ultimæ* iterum conſulant.

VENAFRANA PLURIUM: in qua XX. hæc Dubia diſputantur. *Seſs. 24. c. 12. de reform.*

I. An Canonici Hebdomadarii Eccleſiæ Venafranæ perfrui debeant Jure Canoniæ, & partem conſtituant Capituli in caſu &c.

II. An iidem Canonici Hebdomadarii aſſequi valeant Canonicatus præbendatos in caſu &c.

III. An iidem Hebdomadarii teneantur ad Reſidentiam, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub die 23. Nov. 1680. in caſu &c.

IV. An iidem Hebdomadarii teneantur præſtare Eccleſiæ Venafranæ ſervitium Chori cum Habitu Canonicali iiſdem diebus, iiſque functionibus, ac eodem modo, quo tenentur Dignitates, & Canonici Præbendati? *& quatenus negative*.

V. An

V. An, & quomodo teneantur præstare servitium chori in casu &c.

VI. An iidem Hebdomadarii teneantur in suis respective Hebdomadis non solum Missam Conventualem canere, sed etiam in Officio Hebdomadariorum assistere omnibus Horis Canonicis usque ad completorium inclusive, noctuque respective Nativitatis Domini, necnon diebus Hebdomadæ majoris Lectiones canere, aliaque peragere in servitium Chori, quæ a Magistro cœremoniarum præscribuntur? *& quatenus affirmative.*

VII. An omnia præmissa expleri etiam debeant per turnum a dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac Expectantibus in casu &c.

VIII. An, & in quo numero assistere teneantur cum pluvialibus Archidiacono, & Primicerii Vesperas, & Laudes celebrantibus, & respective Officium Diaconi, & Subdiaconi facere, una, vel altera ex dictis tribus Dignitatibus Missas celebrante? *& quatenus affirmative.*

IX. An ad eamdem assistentiam teneantur Canonici Præbendati, & respective Expectantes in casu &c.

X. An, & in quibus functionibus, dum celebrant Canonici Præbendati, teneantur Canonici Hebdomadarii supplere vices Canonicorum Expectantium, qui sunt absentes, & loco eorum assistere in casu &c.

XI. An iidem Canonici Hebdomadarii teneantur etiam non invitati interesse processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis Ecclesiæ Cathedralis? *& quatenus affirmative.*

XII. An, & a quo indici valeant processiones extraordinariæ in casu &c.

XIII. An iidem Canonici Hebdomadarii participare debeant de emolumentis dd. processionum, & quando in casu &c.

XIV. An Hebdomadarii in peragendis funeribus teneantur non solum defunctorum cadavera associare ad Ecclesiam, verum etiam una cum Dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac supranumerariis ipsorum Exequiis assistere? *& quatenus affirmative.*

XV. An, & de quibus emolumentis participare debeant in casu &c.

XVI. An prædicti Hebdomadarii teneantur omnes Missas Conventuales canere, quando ex præscripto Rubricarum non una, sed duæ, vel tres erunt canendæ, sive potius ad unam tantum teneantur in casu &c.

XVII. An ad omnia prædicta servitia Chori teneantur per se ipsos, vel potius eadem supplere possint per substitutos in casu &c.

XVIII. An iidem Hebdomadarii insimul retinere possint quodcumque Beneficium, vel Officium tam in Civitate, quam in Diœcesi, quod quomodolibet impediat, vel incompatibile sit cum servitio dicti Chori in casu &c.

XIX. An pro implemento omnium prædictorum iidem Canonici Hebdomadarii teneantur sibi ipsis constituere Massam distributionum, & respective punctaturarum, sive potius distributiones Hebdomadariorum constituendæ sint ex massa capitulari? *& quatenus negative quoad secundam partem.*

XX. An, & quomodo providendum sit pro dictis distributionibus in casu &c.

Ad primum negative, & amplius. Ad secundum negative jure optionis, & amplius. Ad tertium in decisis, & amplius. Ad quartum, & quintum teneri tantum juxta solitum, & amplius. Ad sextum, & septimum iterum proponatur. Ad octavum, & nonum servetur solitum. Ad decimum negative, & amplius. Ad decimum primo affirmative quoad Processiones tantum solemnes ordinarias, & extraordinarias indicendas ab Episcopo ex causa publica, & amplius. Ad decimum secundo provisum in undecimo, & am-

amplius. Ad decimum tertio negative, & amplius. Ad decimum quarto, & decimum quinto ſervetur ſolitum. Ad decimum ſexto negative ad primam partem. Affirmative ad ſecundam, & amplius. Ad decimum ſeptimo negative ad primam partem. Affirmative ad ſecundam, dummodo ſuſtituendi ſint de gremio Hebdomadariorum. Ad decimum octavo negative. Ad decimum nono negative, & amplius. Ad vigeſimum proviſum in nono, & Epiſcopus utatur jure ſuo, & amplius.

BRIXIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, cujus hoc unum caput eſt. *Seſſ. 22. c. 5. de ref.*

An ſit concedenda reſtitutio in integrum In caſu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes, & examinetur Orator.

MINERBIEN. ARCHIPRÆSBYTERATUS. Si qua unquam Cauſa fuit, in qua tenui quidem re ageretur, ſed alteri litigantium per ſummam injuriam inimica omnia, atque infeſta fuerint, hæc profecto eſt, in qua agitur de Archipresbyteratu Eccleſiæ Oppiduli Montis Milonis, qui redditum annuum præſtat ducatorum trium Auri Camcræ: Dimiſſa hac Parochiali a Franciſco Græco, propoſita fuerunt Edicta, & præfinita dies habendi Concurſum. Cum intra ſpatium octo menſium nullus acceſſiſſet, Epiſcopus Minerbinenſis ad Sanctam Sedem, ad quam devoluta fuerat collatio, direxit Sacerdotem Januarium Bellezza, qui eam impetravit, commiſſa Epiſcopo exequutione. Contradictorem repente hic invenit Sacerdotem Franciſcus Fagilla, cui ſimiles Teſtimoniales lireras tradiderat Epiſcopus, ſed ſuperata contradictione iſthac provido decreto Eminentiſſimi S.R.E. Cardinalis Aldobrandi, qui tunc munere Pro Datarii fungebatur, Sacerdos Bellezza ad examen acceſſit: Tres ab Epiſcopo dati Examinatores propoſitis novem, quos vocant, Conſcientiæ caſibus, implicitis equidem, atque involutis, dura facie, gravi ſupercilio, reſponſum illico poſtularunt, non conceſſa mora aliqua, aut quiete in ſepoſito, & ſecretiori loco, ut fieri mos eſt. *Seſſ. 24. c. 18. de ref.*

Quantum temporis anguſtia, & Judicum iniquitas patiebatur, quæſtionum nodos docte ſolvit Bellezza, quem tamen Examinatores morum cenſuram ſibi vindicantes reprobarunt adjecta nota ,, Et tamquam indignum Cura animarum exiſtimamus ,,. Dum miſer ille ita habitus interpoſita ad hoc Sacrum Tribunal appellatione, famam, & jus ſuum defendere parat, Sacerdos Carminus Cicoria ſimilibus literis Teſtimonialibus habitis ab Epiſcopo, Archipresbyteratum a Dataria impetravit uti vacantem. Emiſſa poteſtatione a Sacerdute Bellezza, Epiſcopus ea ſpreta Cicoriam admiſit, ſed ob imperitiam rejectus fuit addita clauſula: ,, Ne amplius ad examen accederet: ,, Provocavit Cicoria ad hoc Sacrum Tribunal, eumque Epiſcopus, ut fieri ſolet, rogatus, ut ſenſa animi aperiret, imperitiſſimum dixit, & gravibus criminibus irretitum. Reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres, ut acta examinis tranſmitterentur: Cum vero Sacerdos Bellezza Romam petere vellet, dimiſſoriales literas habuit ab Epiſcopo, quibus eum probatæ vitæ eſſe dixit.

Ad-

Adventus Romam Sacerdos Bellezza preces obtulit Eminentiſſimis Patribus, quibus poſtulabat, ut acta examinis quæ pervenerant, remitterentur ad examinatores Urbis, qui cognoſcerent, an juſte reprobari potuiſſet, & petitioni huic annuentes Ampliſſimi Patres reſcripſerunt. „ Eminentiſſimo Urbis Vicario, qui auditis examinatoribus Urbis „ dignetur rem perpendere, & votum ſuum aperire „. Re igitur ab examinatoribus Urbis perſpecta, cenſuerunt juſte reprobatum Sacerdotem Cicoria, inique vero Sacerdotem Bellezza, reſponditque Eminentiſſimus Urbis Vicarius literas Apoſtolicas ejuſdem Sacerdotis Bellezza exequendas eſſe; juſſerunt itaque Ampliſſimi Patres, uti in Folio Cauſa deſcriberetur citato Cicoria. Dum jura utrinque parabantur, Sacerdos Victorinus Villari novis Teſtimonialibus literis ab Epiſcopo habitis, Archipresbyteratum obtinuit a Dataria ſilentio præterita lite, quæ in hoc Sacro Tribunali pendebat. Proteſtationem emiſit Sacerdos Bellezza, ſed Epiſcopus ea ſpreta, deſpectaque Majeſtate Sacri hujus Tribenalis, Sacerdotem Villari in poſſeſſionem Archipresbyteratus immiſit, ideoque Sacerdos Bellezza, & re ſua cenſuit circumſcriptionem poſſeſſionis poſtulare a R. P. D. Datario, qui poſtulationem hanc cognoſcendam remiſit ad hanc Sacram Congregationem, & decreto Reverendiſſimi P. D. Secretarii vitioſa illa atque attentata poſſeſſio circumſcripta fuit. Proponitur nunc cauſa Eminentiſſimis Patribus, ut definiatur, cujus nam literæ ſint exequendæ: Neque a Villari, neque a Ciccoria quicquam hactenus habuimus: Dubium vero eſt.

An, & quæ Litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ, & cui ſunt reficiendæ expenſæ, & damna in caſu &c.

Ad primum, Exequendas eſſe literas Apoſtolicas favore Januarii Bellezza. Ad ſecundum, Expenſas, & damna reficienda eſſe ab Epiſcopo.

Seſſ. 6. c. 5. de ref.

ARIMINEN. SEU FERETRANA ORDINATIONIS: Ad Majores Ordines aſcendere cupiens Clericus Petrus Guidi incertus eſt cujus Epiſcopi auctoritate, Feretrani, vel Ariminenſis fieri debeat: ipſe neutrius Epiſcopi dignitatem, & jura lædere volens ad hoc Sacrum Tribunal confugit, oblato libello, quo re diligenter narrata, definitionem quæſtionis inter Epiſcopos exortæ poſtulabat, rationes proponens, quibus moveretur ad ſe ſubjiciendum Ariminenſi potius, quam Feretrano Epiſcopo. Auditi igitur fuerunt utrique. Ariminenſis judicium Eminentiſſimorum Patrum expectat: Feretranus jus ſibi aſſerit: Clericus vero Guidi rationibus late in ſuo libello propoſitis, diſputat jurisdictionem eſſe non Faretrani Epiſcopi, ſed Ariminenſis. Cum ex facto Jus veniat, factum paucis narrandum eſt. Clerici Pater anno 1712. emancipatus, & Patria poteſtate ſolutus Turricellam Patriam ſuam, quæ intra fines eſt Feretranæ Diœceſis, deſeruit, uxorem duxit, ſubſtantiam, Lareſque ſuos fixit in Caſtro, ſeu Podio Hybernorum in Diœceſi Ariminenſi, ædes ampliavit, reſtituitque, locationes, conductiones, emptioneſque contraxit, onera realia, & perſonalia penſitavit, & in albo Decurionum Podii deſcriptus fuit: Contra vero Turricellam Patriam ne a longe quidem

poſt

post discessum salutavit, & redeundi animum ita deposuit, ut electionem ad Munus Decurionatus Turricellæ ratam non habuerit, sed omnino respuerit, & demum inter Cives Ariminenses fuerit allectus. Inter liberos, quos suscepit, Petrus fuit natus in Castro, sive Podio Hybernorum, qui postquam ex ephæbis egressus est Turricellam translatus fuit, ubi per biennium studiis operam dedit, & Tonsuram, minoresque Ordines hac occasione ab Episcopo Feretrano suscepit: Ubi vero ad Sacros Ordines ascendere voluit, inconsulto susceptos Minores reputavit ab Episcopo illo, & Ariminensem adiit, qui Feretranum certiorem fecit de Clerici hujus desiderio; Feretranus sibi jurisdictionem asserebat, ut res infecta fuerit; tandem defuncto Episcopo Ariminensi, novus suffectus non sibi tantum vindicabat Jurisdictionem in Clericum Guidi, sed suspensum, & irregularem judicabat, quod illegitime a Feretrano Episcopo Tonsura, & Minoribus Ordinibus fuisset auctus atque honestatus, ut ad hanc inter Episcopos dirimendam controversiam opus fuerit Clerico Sacrum hoc Tribunal adire, ut initio narravimus. Disputatio omnis, ut videtur, conficitur a dispositione *cap. cum Nullus De Temp. Ordinat. in 6.* & a celebri Constitutione Innocentiana, cujus initium est -- Speculatores --, ut cognoscere poterunt Amplissimi Patres ex libello dato a Clerico Guidi; a Promotore siquidem Fiscali Curiæ Feretranæ nihil habuimus hactenus. Dubium, quod proponitur, est.

An & ad quem spectet Ordinario Petri Guidi in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

MONTIS POLITIANI ERECTIONIS CAPPELLANIÆ, Quæstio Iuris, & voluntatis agitur in hac causa; Vincentius Rugesius Cathedralis Ecclesiæ Montis Politiani Canonicus Testamentariis Tabulis, quas scripsit anno 1709. hæredem esse voluit Laurentium Rugesium fratris filium, ejusque filios, & descendentes masculos tantum, fœminis semper exclusis, injuncto hæredibus omnibus onere trium Sacrorum singulis hebdomadis, & octo in festo Sanctissimæ Annunciationis in Cappella ejusdem Cathedralis agendorum; fundum oneri suppositi certum, nomine, finibus & mensura designatum. Si deficeret linea masculina Laurentii, hæreditatem integram detulit ad solos masculos prorogatos a Braccio Bracci diverso onere, diversaque lege, ac conditionibus. His enim Sacrum quotidianum imposuit, fundos oneri, & facultates subjecit universas, jussitque fieri erectionem Cappellaniæ in verum Titulum, dato nominationis Iure hæredi masculo Braccio, & si plures essent hæredes, digniorem ex iis jus habere voluit nominandi. Defecta vero quandocumque secunda hac substitutorum linea masculina, locum fecit Capitulo Cathedralis, cujus arbitrio, & religioni reliquit, vel Cappellaniam prius erectam servare, vel bona hæreditaria sua Capitulari mensæ adjungere, & permiscere, salva semper, atque integra lege Sacri quotidiani peragendi. Decessit Laurentius hæres scriptus sine masculis, delataque successione ad Braccios, in secunda cera scriptos hæredes, Locus factus est erectioni Cappellaniæ in Titulum: De fide eorum, qui proxime veniebant,

Sess. 25. c. 8. de Ref.

bant, hæredum dubius Laurentius sese convertit ad Com. Cervinium, eumque rogavit, ut urgeret apud ipsos hæredes pium Cappellaniæ opus juxta votum Testatoris Vincentii, & penes Episcopum legitimum ultimarum voluntatum exequutorem, & vindicem. Obstiterunt Bracci erectioni Cappellaniæ. contendentes verba Testamenti accipienda esse de Cappellania sæculari, non ecclesiastica, nihilque additum a Testatore defendentes in secunda substitutione præter numerum Sacrorum. Cervinius tamen exequutor Testamentarius nec sibi defuit, nec testatori suo Laurentio: Episcopus re perspecta, erexit Cappellaniam in titulum vere ecclesiasticum, reservato jure nominandi Braccis masculis. Res delata est ad hoc Sacrum Tribunal, & pro vera Cappellaniæ ecclesiasticæ natura pugnat Cervinius, ut Eminentissimi Patres in ejus libello legere poterunt: Braccius nihil hactenus nobis dedit: Quæstio definienda uno Dubio concluditur.

An erectio Cappellaniæ sub titulo Sanctissimæ Annunciationis B.M.V. facta per Ordinarium in Ecclesia Cathedrali Montis Politiani substineatur in casu &c.

Sess. 5. c. 1. ac ref.

THEATINA ERECTIONIS THEOLOGALIS. Tanta est inter duo Capitula, & Canonicos duarum insignium, & Parochialium Ecclesiarum Vasti, quarum una S. Mariæ Majoris, altera S. Petri nuncupantur, emulatio, & contentio, ut perpetuo contradicant, & Populus, ac Clerus unius Parochiæ ne Ecclesiam alterius ingrediatur. Cogitarunt Canonici Parochialis Ecclesiæ D. Petri Præbendam Theologalem in eadem Collegiata erigere: Continuo sese Contradictores præstiterunt Canonici alterius Ecclesiæ S. Mariæ Majoris. Rogatus itaque fuit ab Amplissimis Patribus Archiepiscopus Theatinus, ut sententiam diceret animi sui; hic, audito utroque Capitulo, secundum Canonicos S. Petri respondit, eam tamen putat legem adiciendam, ut Lectio S. Scripturæ diversa die fiat in Ecclesia S. Petri, qua fit in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris.

Proponitur itaque nunc Eminentissimis Patribus Controversia hæc definienda: Et Canonici S. Petri urgent Tridentini dispositionem, aliamque Concilii Romani tit. 10. cap. 6. pag. 10. quibus Theologalis Præbendæ erectio præcipitur: Urgent rationem numeri, tum Capitularium, tum aliorum Ecclesiasticorum, qui servitio hjus Ecclesiæ adscripti sunt, tum demum populi hujus Parochiæ, quos omnes imbui scientia Sac. Scripturæ, bonisque moribus, & Disciplina Ecclesiastica maxime convenit; Præsertim cum utriusque Parochiæ Populus studia in contraria scissus ita disconveniat, ut Populus Parochiæ S. Petri ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris non accedat, atque ideo careat fructu Lectionis Sacræ Scripturæ.

Nec mutare, quod in Collegiata Ecclesia S. Mariæ Majoris, quæ antiquior est, Præbenda Theologalis erecta fuerit, itaut satisfactum jam sit Decretis Tridentini; nam quod antiquior illa Ecclesia Collegiata sit, non facit, ut jus habeat prohibendi, ne in alia Collegiata Ecclesia recentiori Præbenda Theologalis erigi possit: Neque ob id, quod in una ex Collegiatis Ecclesiis erecta dudum hæc fuerit Præbenda, vetitum est aliis eam erigere, cum contrarium voluerit Tridentini

tini Decretum verbis illis „ Ac etiam in Collegiatis exiſtentibus in „ aliquo inſigni Oppido „ unde inferunt Interpretes eam fuiſſe mentem Concilii, ut in ſingulis Collegatis Eccleſiis erigeretur: *Fagnan. in cap. quia nonnullis n.24 de Magiſt. Piringh- in Jus Canon. lib.5. tit.5. §.1.2.6. verſ. notandum Garzia de Benef. part.5. cap.4. 2. 154. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg.56. n.2.*

Sunt & alia, quæ a Capitulo S. Petri proponuntur, ut Ampliſſimi Patres cognoſcere poterunt libelli. Capitulum Eccleſiæ S. Mariæ Majoris nondum Jura ſua nobis dedit. Dubium, quod proponitur definiendum eſt.

An ſit locus Erectioni Præbendæ Theologalis in inſigni Collegiata Eccleſia S. Petri Vaſti in caſu &c.

SAGONEN. Poſtulat Pro Vicarius Apoſtolicus Sagonenſis, ut quid fieri debeat in his, quos adjicimus, caſibus, Eminentiſſimi Patres decernant; At ille „ Inter alia, quæ hic illacrymanda inveni, ſunt „ non pauci Diaconi, & Sacerdotes nulliter promoti ad Sacros Ordines defectu Patrimonii ſufficientis: Alii, quia nulliter aſſignatum a mulieribus deſtitutis conſenſu Agnatorum juxta ſtatuta loci, „ & Laudemio Poteſtatis Laicæ fuit illegitimæ confirmatum a Vicario Generali, & ideo non pauca hujuſmodi Patrimonia irritanda „ veniunt: Alii ratione abuſus introducti per Epiſcopos aſſignandi „ Clericis in Patrimonium quaſdam Cappellanias Laicales Juriſpatronatus Laici contra mentem fundatorum, qui fere omnes in unum „ conſentiunt, ut Cappellani pro tempore aſſignandi ſint Cives Calvi, hic inhabitent, & Miſſas celebrent in Eccleſiis Calvi, quorum „ voluntas clare patens ex Tabulis Teſtamentariis raro locum habuit, „ & ut plurimum nondum conſecuta fuit ſuum effectum „. Hæc ille. *Sess.21. c.2. de reform.*

Nos autem, ut Eminentiſſimorum Patrum juriſprudentiam excitemus, modum expendendum iiſdem proponimus, quo ex his incommodis occurri poſſit, & voluntates Teſtatorum ſervari, ſalvo tamen, quantum fieri poteſt, ſacerdotali decore, & honeſtate eccleſiaſtica. Certum equidem eſt, eos, qui ad Sacros Ordines promoti fuerunt Patrimoniis illegitimè aſſignatis, aut Cappellaniis amovibilibus, ipſo jure ab ordinum exercitio ſuſpenſos eſſe; At cum magnus ſit horum numerus, qui promoti fuerunt ab Epiſcopis a quibus per errorem obſervatus fuit abuſus, non conſuetudo, quam invenerant, videant Ampliſſimi Patres, a ſuggerat æquitas hoc caſu „ ut ſit conſulendum Sanctiſſimo pro temporaria diſpenſatione in exercitio Sacrorum Ordinum donec ſibi conſulant ſufficienti Patrimonio „ eademque providentia utendum ſit in iis, quibus Patrimonium nulliter ab aliis aſſignatum fuit „ ut diſpenſentur ad tempus, donec renovetur legitima aſſignatio „ . Exemplum equidem ſuppetunt pauperes Religioſi Diaconi, aut Sacerdotes, qui nullam declarari impetrarunt, quam emiſerant, profeſſionem, & Monaſterio egreſſi carent Patrimonio; ſolet enim his Summus Pontifex gratiam diſpenſationis ad tempus indulgere. Hæc dicta volumus, ut Eminentiſſimi Patres ea, qua præſtant prudentia, atque uſu rerum, tutius cognoſcant.

An & quomodo ſit referibendum in caſu &c.

URBI-

Sess. 21. c. 8. sess. 24. c. 12. de ref.

URBINATEN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM: Inter alia Dubia, quorum solutionem postulabat Archiepiscopus Urbinas in Relatione suæ Ecclesiæ duo erant, quæ digna visa sunt, ut judicio Amplissimorum Patrum subjicerentur. Solent Canonici illius Cathedralis, dum Archiepiscopum Sacrum facit minus solemniter pro habendis Ordinationibus eum deferre, & redire, cum Sacras peragit Ordinationes. Ratio, quam allegant hujus consuetudinis est, quod Archiepiscopus Sacrum non faciat solemne, nec proprie Officia Pontificalia exercere dicatur, nisi cum manus imponit. Pendet itaque Dubii hujus definitio ab interpretatione verborum Tridentini sess. 24. cap. 12. „ Omnes vero Divina per se, & non per substitutos compel„ lantur obire Officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia „ exercenti assistere, & inservire „ quibus jungi debent alia sess. 23. cap. 8. „ Convocatis præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis „ Alterum Dubium Archiepiscopi respicit Archidiaconum, qui tamquam dignior substinet, utcumque Canonici reliqui assistere, & inservire teneantur, se tamen obstrictum non esse, Dignitatis, & præeminentiæ suæ causa. Hic etiam nodus est in interpretatione verborum Concilii, quod ait, omnes, an verbum illud ad necessitatem obeundi per se, & non per substitutos Divina Officia referri tantum debet? An etiam cæteris, quæ sequuntur? Iudicent Sapientissimi Patres, ut duo quæ subjicimus, Archiepiscopi Dubia definire possint.

I. An Missa Pontificalis non solemnis possit assistentia Canonicorum destitui, itaut tantummodo in acta conferendi ordines Canonici ad præstandam Archiepiscopo assistentiam revertantur?

II. An pariter Archidiaconus teneatur assistere in casu &c.

INDEX

CONCLUSIONUM, ET RESOLUTIONUM,

Quæ in singulis Foliis Anni 1746. *fuerunt adnotatæ.*

A

Applicatio Missæ Conventualis in Ecclesia Collegiata quotidie peragenda, attenta tenuitate redituum ad solos dies festos de præcepto est restringenda. pag. 12. cum seq. §. Multis.

Archiepiscopus Sacrum non facit solemne, nec proprie Pontificalia Officia exercere dicitur, nisi cum manus imponit. pag 76. §. Urbinaten. circa med.

C

EX Cadaveris 48. horarum spatio inhumati signis atque indiciis colligi potest an illius mors alicujus opera evenerit. pag. 22. §. Rem. neq; obest rumor Vicinia, circa illius mortem non naturalem, quoties Testes, qui proponuntur id non habeant. ibid. in fin.

Caducitatis pœna ex oneris Sacrorum inadimplemento, procedit tantum contra quos eam interminatus est Testator, non vero contra eos, qui veniunt ex aliena vocatione; legis scilicet, post defectos hæredes Testamento vocatos: cum onus & pœna odiosissima, in jure nostro strictissime sint intelligenda. pag. 18. cum seq. §. Primo.

In Censuram Reus ex sola injectione manus in Clericum, atque ex animo, & violentia injuriam illi inferendi incidit. pag. 44. §. hæc summa in princip. & in fine.

Quod tenet etiam si Vicarius Foraneus cui gravium Causarum cognitio nequit mandari, extrajudicialiter nulla prævia citatione processerit ad excommunicationem; quoties enim jussu Episcopi, & ex delatione Fisci causam assumpserit, hoc factum censetur ut veritas rei gestæ apertius pateat, utque animus Judicis certior fiat. pag. 44. §. Contra in princip.

Eoque amplius si factum publicum, & ad omnium cognitionem, scientiamque fuerit, quo casu nulla prævia citatione publicari potest excommunicatio. Ibid. circa med.

Clericus, qui ab Examinatorum Synodalium judicio rejectus fuerit, ob hoc imperitus prorsus, literarumque ignarus dici nequit, cum pendant omnia a casu, & fortuna quæstionis, quæ proponitur. pag. 45. §. Contendit circa med.

Neque ob id literæ testimoniales ab Episcopo sunt denegandæ; dum illæ non scientiam Oratoris, sed tantum natales, ætatem, vitam, moresque respiciant. ibid. in fin.

Hisce autem casibus, ne illiteratissimi Sacerdotes redeant, qui reprobati Clerici quondam abjetunt, facultate propria uti possunt Episcopi ortignis, ut examini subjiciant eos, qui in suam redeunt Diœcesim, & si minus idonei compe-

riantur ab Ordinis exercitio possunt suspendi. Ibid.

Collegium Prothonotariorum Apostolicorum facultatem habebat doctorandi. pag. 67. cum seq. §. Aquinaten.

Consuetudines, & Præscriptiones, non tam adversus Episcopos, quam contra eos, qui procurationis onus rejiciunt, opponi nequeunt. p. 22. cum seq. §. Contra.

Conventus Patrum S. Francisci, Monialium Monasteria, & Hospitale procurationem solvere non tenentur. pag. 25. §. Ceterum.

Quod militat etiam pro Cappellis laicorum, tum quia nihil possident, tum quia laici procurationis oneri non sunt subjecti. ibid.

D

DOctorali laurea quemcumq. decorare transactis annis poterat Collegium Prothonotariorum Apostolicorum. pag. 67. cum seq. §. Aquinaten.

E

ECclesia Collegiata antiquior in erectione præbendæ Theologalis, nullum habet jus prohibendi ne in alia Collegiata Ecclesia recentiori, præbenda Theologalis erigi possit; dum hæc in singulis Collegiatis Ecclesiis esse potest. pag. 74. cum seq. §. Nec mutare.

Ecclesia, cujus erectio in Collegiatam non constat factam fuisse auctoritate Apostolica cum onere quotidianæ recitationis horarum Canonicarum in Choro, quæq. ex longissimo usu, & consuetudine præscripserit omnem contrariam, omnemque juridicam obligationem, ad quotidianam Missæ Conventualis applicationem non est adstrigenda. pag. 12. cum seq. §. Multis.

Præsertim si nulla adsit communis Massa, vel aliqua redditui n adsignatio in Causam hujus quotidiani Sacrificii ejusq. applicatione. ibid.

In Ecclesiis pluribus Regni Neapolis, licet receptivis quoad Sacerdotes Patrimoniales, dignitates tamen ac Officia ad Episcopi collationem pertinent. pag. 29. §. Intentio.

Ecclesiasticæ res in Emphyteusim dari, & ad generationes concedi cum Beneplacito Apostolico possunt. pag. 65. cum seq. §. Culmen.

In Electione Parochi investiganda diligenter est, doctrina, pietas, morum integritas, concivitas, cæteraq. quæ ex sacris juribus, sacrisque Canonibus nobis spectanda relinquuntur. pag. 21. cum seq. §. Contra.

Episcopus procurationis nomine nihil a Locis Piis inopia, & paupertate laborantibus exigere potest. pag. 23. §. Eoque.

Episcopo specialiter approbate competit Regulares ad Sanctimonialium Confessiones excipiendas electos; licet etiam alias probati sint, aut earumdem Sanctimonialium Confessarii fuerint. pag. 43. §. Ait.

I

Impotentia viri ex defectu hastæ virilis, necessatio caussat separationem thori, ne conjuges ex contubernio illo, & lecti societate ad illicitos actus, quiq. peccatum involvant, devenire possint. pag. 3. §. Plocen.

M

Missæ Conventuali applicatio in Ecclesia Collegiata quotidie peragenda, attenta tenuitate redditumum ad solos dies festos de præcepto est restringenda. pag. 12. cum seq. §. Multis.

Mors alicujus, an opera, vel Casu communi evenerit, ex ejusdem cadaveris 48. horarum spatio inhumati signis atq. indiciis clare, aperteq. colligi potest. pag. 22. §. Rem.
Neq. obstabit rumor vicinæ circa illius mortem non naturalem, quoties testes qui proponuntur, id non habeant. ibid.

O

Oratorium privatum ad Sacrum peragendum per Pontificium Breve impetrari potest ex alterutrorum Conjugum postulantium nobilitate. pag. 35. §. Hac.
Observa quod ad tale privilegium obtinendum sufficit simplex, & mera sanguinis nobilitas, non opus est equestri, non generosa, illaq. etiam, quæ Principis beneficio datur, satis est; cum de nobilitate non disquiratur ut assequi possit honor, & dignitas; & non agatur de re in qua alteri possit iniqua conditio inferri. pag. 34. §. Fanen.

P

Parochus eligendus, alios non tantum doctrina, quantum pietate, morumque integritate præcellere debet. pag. 16. §. Contra.

Parochus quibuscumq. rationibus, & angustiis etiam ad evitanda gravissima mala, ad clandestinam desponsationem devenire nequit, pag. 69. §. Iterum.

In Parochi electione investiganda diligenter est doctrina, pietas, morum integritas, concivitas, cæteraq. quæ ex Sacris Ritibus, Sacrisq. Canonibus nobis spectanda relinquuntur. pag. 16. §. Contra.

Parochialibus ex Concilio Tridentino adversus quamcumq. immemorabilem consuetudinem, jus est Sacrorum solemniter agendorum. pag. 66. §. Culmen.

Paupertas vindicat Loca pia a contributione procurationis. pag. 23. §. Eoque.

Pœna caducitatis ex oneris Sacrorum inadimpleto procedit tantum contra quos eam interminatus est Testator, non vero contra eos, qui veniunt ex aliena vocatione (legis scilicet post defectos hæredes testamento vocatos); cum onus & pœna odiosissima, in jure nostro strictissime sint intelligenda. p. 18. §. Primo.

Præscriptiones, & consuetudines opponi nequeunt non tam adversus Episcopos, quam contra eos, qui procurationis onus rejiciunt. p. 23. Contra.

Præbendæ Theologalis erectio fieri, & esse potest in singulis Collegiatis, etiam reluctante quacumque alia Collegiata antiquiore in dicta erectione. pag. 74. cum seq. §. Nec mutare.

Probationis annum omnino inchoare debet Religiosus, qui probationis anno non dum elapso claustra deseruit animo etiam deserendi monasterium, vitamque religiosam, licet sactas vestes non dimiserit, ea ratione, quod fuga istaq., contraria voluntate, continuus ille probationis annus a Tridentino præscriptus, fuerit interceptus. p. 13. §. Vim.

Procedit licet interruptio modici sit temporis, cum probationis annus curret de momento in momentum; ita ut nisi integer sit & completus, professio nulla est, si vel momentum deficiat. ibid.

A Procurationis contributione pauperum Loca pia vindicat. pag. 23. §. Eoque.

Procurationem solvere non tenentur PP. Sancti Francisci, Monasteria Monialium, & Hospitale. pag. 25. §. Cæterum.
Militat etiam pro Cappellis Laicorum, tum quia si nihil possideant, tum quia laici ad procurationes præstandas non tenentur. ibid.

Proles, quæ ex eo matrimonio genita est, quod matre vivente impeditum nonfuit, legitima dicitur. pag. 7. cum seq. §. Nullam.
Quod multo magis procedit si non agatur de illius fœdere, vel substinendo, vel impugnando, mortuis parentibus; sed de effectu matrimonii: ideoque sive res sit pro alimentis, sive pro successione, respondendum semper est favore matrimonii, quod eousque verum est, ut locum habeat, etiam si matrimonium non fuerit legitime celebratum. ibid.
Nefandum enim esset, ut filii quotum nulla fuit culpa, detrimento afficiantur, dissoluto matrimonio, sive ii nati essent, sive dumtaxat concepti ante matrimonii dissolutionem, sed reputari debent legitimi, & jus illis est ut interea parentum bonis alantur. ibid.

R

Regulares, ad Sanctimonialium confessiones excipiendas ab Episcopo specialiter approbari debent, licet alias probati sint, aut earumdem Sanctimonialium Confessarii fuerint. pag. 43. §. Ait itaque.

Religiosus, qui probationis anno non dum elapso claustra deseruit animo etiam deserendi monasterium, vitamque religiosam; debet ex integro probationis annum inchoare licet sactas vestes non dimiserit, ea ratione, quod fuga isthac, & contraria voluntate interceptus fuerit continuus ille probationis annus a Tridentino præscriptus. pag. 13. §. Vim.
procedit licet interruptio modici temporis sit, cum probationis annus currat de momento in momentum, itaut nisi integer sit & completus, professio nulla est si vel momentum deficiat. Ib.

Res Ecclesiasticæ in emphyteusim dari, & ad generationes concedi cum Beneplacito Apostolico possunt. pag. 66. §. Culmen.

Reus ex sola injectione manus in Clericum, atq; ex animo, & violentia injuriam illi inferendi in censuram incidit, pag. 44. §. Hæc summa in princ.

Quod tenet etiam si Vicarius cui gravium causarum cognitio mandari nequit, extrajudicialiter, nullaque prævia citatione ad excommunicationem processerit; quoties jussu Episcopi, imo, & ex delatione Fisci causam assumpserit, factum hoc refertur ut veritas rei gestæ apertius pateat, utque animus Judicis certior fiat, p. 44. §. Contra.

Eoque amplius si factum publicum, & ad omnium cognitionem, scientiamque fuerit, quo casu nulla prævia citatione publicari recte potest excommunicatio, Ibid.

S

SAcerdos, dignior in concursu renunciatus, Parochialemque Ecclesiam ex Bullis Pontificiis nactus, aliis etiam contradicentibus, judiciumque moventibus, in possessionem parochialis, quam est adeptus custodiri, ac manuteneri debet, pag. 15. cum seq. §. Auditus.

Sacerdos, qui Parochialia officia cum speciali sui Plebani consensu, ipsoque Episcopo mandante exercet dici nequit intrusus, nec injuste aut illegitime percepisse, aut percipere fructus, & emolumenta, quæ cum non sint naturæ, & qualitatis aut dotis Ecclesiæ, aut fructuum beneficii Ecclesiastici, sed tantum immediate juris, dominiique sint privatorum, ita ab illis in præmium operæ, mercedemque laboris præstantur, pag. 12. §. Post hæc.

Sacrum facere solemne non dicitur Archiepiscopus, nec proprie Pontificalia officia exercere, nisi dum manus imponit, pag. 76. §. Urbinaten.

V

VIcario Foraneo gravium Causarum cognitio mandari nequit; pag. 44. §. Hæc summa.

Viri impotentia ex defectu hastæ virilis necessario causat separationem thori, ne conjuges ex contubernio illo; & lecti societate ad illicitos actus, quique peccatum involvant devenire possint, pag. 2. §. Plocen.

INDEX
RESOLUTIONUM,
Quæ in singulis Causis Anni 1746. ab hac Sacra Concilii Congregatione prodierunt.

A

ABbatibus Monasterii Sanctissimorum Petri, & Pauli Vejaten. denegata fuit facultas primam Tonsuram, minoresque Ordines suis subditis Regularibus conferendi, in Frisingen. 17. Septembris pag. 59.

Absolutio per Reverendissimum Venetiarum Nuncium anno 1738. concessa Sacerdoti Andreæ Gatti a suspensione a Divinis contra eum promulgata per Revendissimum Patriarcham Aquilejæ valida existimata fuit, in Aquilejen. suspensionis a Divinis 12. Martii, & 6. Augusti pag. 11. & 50.

Archiepiscopum Rossanen. participare posse de Massa capitulari juxta solitum etiam si servitio Chori, & stationis horis præsto non sit, neque cogendum ullo modo esse ad restituendas portiones jam perceptas pro rata temporis, qua horis Canonicis non interfuit, decisum fuit in Rossanen. juris participandi 20. Martii superioris anni, & cum iterum partes Eminentissimorum PP. judicium postulaverint, rescriptum fuit, in decisis comprehensa etiam hæreditate Archiepiscopi Adeodati in Rossanen. juris participandi. 9. Jul. pag. 46.

B

BEneficia erecta post Taxam factam pro mercede Magistri Seminarii Sarsinæ contribuere debent dictæ mercedi, & locus erit novo ripartimento faciendo ad formam Concilii, in Sarsinaten contributionum 12. Febr. pag. 1.

Beneplaciti Apostolici concessioni super separatione, seu dismembratione trium Parochialium *Ficaroli. Stientæ, & Ravalli*, in alteram *Guibæ* annuit Sac. Congr. in Fertatien. Beneplaciti Apostolici 14. Maii pag. 34.

Breve Apostolicum pro Oratorio privato habendo obtentum cum solitis clausulis dummodo *ut asserunt de nobili genere procreati existant*, cuique Episcopus Fanen. dubitans de Orarorum nobilitate exequutionem negaverat, esse exequendum responsum fuit, in Fanen. Oratorii 14. Maii pag. 34.

C

CAnonici Hebomadarii Ecclesiæ Venetranæ perfrui nequeunt jure Canoniæ, nec partem constituunt Capituli, in Venetrana plurium X. Decemb. pag. 69. cum seq. ad I. Dubium.

Neque assequi valent Canonicatus præbendatos, nec teneri ad residentiam, ibid. ad 2. & 3. Tenentur autem juxta solitum præstare Ecclesiæ Venetranæ servitium Chori cum habitu Canonicali iisdem diebus, iisque functionibus, ac eodem modo, quo tenentur Dignitates, & Canonici Præbendati. Ibi. ad IV. & V. dub.

Quoad autem assistentiam debendam ab ipsis, & a Canonicis Præbendatis, aliisque Expectantibus pluviali indutis Archidiacono, & Primi-

certis vesperas, & laudes celebrantibus, jussit Sac. Congr. servari solitum: sicuti etiam quoad officium Diaconi, & Subdiaconi faciendi, una vel altera ex dictis tribus dignitatibus celebrante, ibid. ad 8. & 9.

E contra rescriptum fuit non teneri Canonicos Hebdomadarios supplere vices Canonicorum Expectantium, qui sunt absentes, & loco eorum assistere in functionibus dum celebrant Canonici Prebendati, ibid. ad X. Dub.

Interesse etiam debent Processionibus tantum solemnibus ordinariis, & extraordinariis indictendis ab Episcopo ex causa publica absque ulla emolumentorum dictis processionibus spectantium participatione, ibid. ad XI. & XII. Dub.

An autem Hebdomadarii prædicti in peragendis funeribus tenerentur non solum Defunctorum cadavera adiuciare ad Ecclesiam, verum etiam una cum Dignitatibus, & Canonicis Prebendatis, ac Supranumerariis, ipsorum exequiis assistere, & an de emolumentis participare deberent cum definire rogaretur Sacrum hoc Tribunal, rescripsit servari solitum, ad XIV., & XV Dub.

Hi vero Hebdomadarii non tenentur omnes Missas Conventuales canere quando ex præscripto Rubricarum non una, sed duæ, vel tres erunt canendæ, sed a tunam tantum obligati fuerunt, ibid. ad XVI.

prædicta servitia Chori supplere possunt per substitutos, qui tamen de gremio sint Hebdomadariorum, ibid. ad XVII. Dub.

Nec iidem insimul retinere possunt Beneficia, vel Officia, tam in Civitate, quam in Diœcesi, quæque quomodolibet impediant, vel incompatibilia sint cum servitio d. Chori. ibid.

Pro implemento autem omnium prædictorum iidem Canonici Hebdomadarii non tenentur sibi ipsis constituere Massam distributionum, & respective punctaturarum, nec distributiones Hebdomadariorum constituendæ sunt ex Massa Capitulari. ibid.

Ad dubium autem vigesimum, scilicet an & quomodo providendum sit pro dictis distributionibus rescripsit Sac. Congr. *provisum esse in nono, & Episcopus utatur jure suo.*

Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Abbellinæ Supranumerariis, sive de adjuncta tantum, absque coadjutione aliorum Canonicorum, non esse tribuendum onus Hebdomadæ in prædicta Ecclesia, ac celebrationis Missæ Conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere, absque eo quod petere valeant eleemosynam a Canonicis Antiquioribus, ordinatum fuit „ in Abbellinen. eleemosinæ Missæ Conventualis 27. Aug. pag. 55.

Cappellani perpetui quamquam prius amovibilis deputationem in persona Ludovici Lazzarini sustinuerit mandavit Sac. Congreg. in Maceraten. Cappellaniæ 17. Sept. pag. 62.

Capitulum, & Canonici Collegiatæ Luniani Amerinæ Direc. tenentur celebrare, & respective applicare quotidie Missam Conventualem, sed attentis peculiaribus circumstantiis S. Congreg. indulsit applicationi omnibus diebus festis de præcepto tantum, in Amerina Missæ Conventualis 12. Martii pag. 14.

Capitulum, & Clerus Polymniani tenetur tribus anni vicibus processionem facere, juxtaque solitum associare brachium S. Viti ad Ecclesiam Cathedralem, ad Abbatialem, formaque recipi debet decreti præscribenda per eum Præfectum, in Polymnianen. Juris Quærendi, & Processionum 30. Apr. pag. 45 cum seq. ad X. & XI. Dub.

Posttremamque ex dictis processionibus fieri solitam ipsa die Festivitatis S. Viti non esse transferendam ad diem Dominicam infra octavam. ibid. ad XII. Dub.

Sed pro dictis processionibus, aliisq. Sacris functionibus peragi solitis, augendum esse Capitulo, & Clero stipendium ad ducatos 60. ibid. ad XIII. Dub.

Cum autem dubitaretur an eleemosyna, & oblationes quæ fiunt in dictis tribus anni diebus in Ecclesia Abbatiali S. Viti spectarent ad eamdem Ecclesiam Abbatialem, seu potius deberent impendi pro cultu dictæ Cappellæ & Sanctarum Reliquiarum, servari solitum sacrum hoc Tribunal rescripsit. ibid. ad XIV. Dub.

Neq subsistineri rescriptum a Vicario Nullius Castellanæ sub comminatione Censurarum. ibid. ad XV. Dub.

Censuras latas a Vicario Albintimilien. contra Rostagnum, qui verbis convicisque cum Sacerdote Smetio egerat, non sustineri rescripsit Sacr. Congreg. mandavitq. Episcopo quod ex integro super hac Causa procederet in Albintimilien. Censurarum 18. Jun. pag 43. cum seq.

Censuras relaxatas per Curiam Episcopalem Ugenti contra inhonestos moribus Sacerdotes convalidavit Sac. Congr. in Ugentina Censurarum 17 Septembris pag. 61.

An Confessarii electi, seu deputati a Revet. P. Abbate Einsildensi ad audiendas Confessiones Monialium Monasteriorum Vabaræ Augiæ, & Lazzari indigerent speciali approbatione Ordinarii Constantiensis, ita ut decretum hac de Causa editum die 3. Junii 1744. esset exequendum, cum definire rogarentur Amplissimi PP. rescripserunt ad mentem in Constantien. juris approbandi Confessarios 9. Aug. p. 51.

D

Decretum latum anno 1633. a Curia Episcopali Carpentoractensi super administratione Sacramentorum præstanda a Vicariis Ecclesiæ Carumbi, Incolis in Prioratu Sancti Hyppoliti commorantibus, & respective super perceptione omnium emolumentorum libere ad dictos Vicarios spectante, quod olim non esse servandum præscripserat Sac. Congr. in Carpentoracten. 26. Januar. 1743. & semel prævio recessu a decisis sustineri mandavit in dicta Carpentoracten. 24. Aug. ejusdem anni, iterum hoc secundum decretum confirmavit in Carpentoracten. 18. Jun. pag. 41.

Pro Dispensatione a Subdiaconatus ordine cum præsumpta matris coactione, & vi metuq. exhæredationis suscepto non esse consulendum Sanctissimo mandatum fuit in Pragen. dispensationis 27. Aug. pag. 55. cum seq.

In Dissolutione Matrimonii de qua sub spe imbecillitatis, & impotentiæ viri rogabatur Sacr. Congr. resolutum fuit esse locum cohabitationi

triennali in Matricn. Matrimonii 27. Augusti pag. 57. cum seq.

Distributiones. quotidianæ denegatæ fuerunt Canonico Josepho Brianzio æque ac aliis Canonicis Collegiatæ S. Petri Civitatis Spoleti, non ex defectu ætatis cui jam dispensavetat Summus Pontifex, sed attenta illius Ecclesiæ consuetudine in Spoletana distributionum quotidianarum 26. Martii. pag. 20. cum seq.

Doctoratus gradus obtenti a Venerabili Collegio Prothonotariorum Apostolicorum facto tantum verbo cum Sanctissimo suffragari responsum fuit in Aquinaten. 19. Novembris. p. 67. cum seq.

Dominicanis Partibus Culmæ Urbis vetitum fuit in diebus Dominicis quadragesimæ canere Passionem Domini nostri Jesu Christi, & hoc privative concessum Ecclesiæ Parochiali Congregationis Missionis, & in feria quarta tantum ad Patres Dominicanos spectare in Culmen. 19. Novemb. pag. 66. cum seq.

An Dotalia subsidia relicta a Maximilla Bronconi deberentur Ceciliæ, & Rosæ Boccalari etiam, ad effectum nubendi, singulisq. annis, donec in Domino, vel in sæculo nupserint; & an esset consulendum Sanctissimo pro applicatione ipsorum subsidiorum dotalium earum favore (cum hujus sacri Senatus judicium exquireretur) mandavit consulendum esse Sanctissimo pro applicatione quatuor subsidiorum dotalium pro qualibet ex Oratricibus, etiam ad effectum nubendi in sæculo in Romana subsidiorum dotalium 9. Julii pag. 48.

E

Electio Sacerdotis Carozii ad Officium Cantoratus facta ab Episcopo Lycien. non fuit approbata, dictumq. officium in Ecclesia Lequilarum resignari posse non per concursum, sed arbitrio Ordinarii decretum fuit in Lycien. Cantoratus 6. Aug. pag. 51. ad omnia Dub.

Erectionem Beneficii in Ecclesia Archipresbyterali S. Petri in Castro Præneſtino faciendam esse, juxta conditiones ab Exequutore Testamentario designatas, excepta tamen reservatione administrationis, resolvit Sacr. Congr. in Prænestina fundationis Beneficii 12. Mart p. 15.

Erectio Hospitalis S. Petri Villæ Matritæ sub instituto Ven. Congregationis Presbyterorum, quæ anno nuper elapso confirmata fuit non autem suppressa salva auctoritate Ordinarii ad formam Concilii, & dummodo redditus prioris instituti erogarentur in eiusdem adimplementum, ad quem effectum fieret etiam separatio bonorum cui incumberet Ordinarius, denuo approbata fuit in eadem Toletana Jurium Parochialium, sive Hospitalitatis, & Privilegiorum 28. Maii & 27. Aug. pag. 36. cum seq. & pag. 55.

Prædictoq. Hospitali, seu Congregationi, cui concessum fuerat anno transacto indultum administrandi Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ etiam per Viaticum, retinendi Oleum Sanctum, illudq. administrandi Sacerdotibus infirmis in eodem Hospitali de licentia Parochi S. Sebastiani; hoc quoq. confirmatum fuit hoc anno, imo etiam absq. licentia Parochi. ibid. ad II. & III. Dub.

Quod etiam militat, quoad IV. Dub.

Quod vero V. VI. & VII. in decisis.

Erectione sex Cappellaniarum facta, concessa fuit Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Vigiliarum vacatio a servitio Chori ad tres menses, ita tamen ut hac frui nequirent Canonici tempore Adventus, & Quadragesimæ, aliisque diebus excipi solitis, & duæ saltem ex tribus partibus ipsorum semper interessent in Vigilien. Servitii Chori 18. Maii 1743. cum seq.

Quod etiam confirmatum fuit sub die 17. Sept. currentis anni addito tamen, quod prius fieret erectio aliarum quatuor Cappellaniarum ad formam decreti 18. Maii

Erectio Tertii Ordinis de pœnitentia in Ecclesia Ven. Conventus S. Mariæ de Monte Carmelo Oppidi Collis Torti Latinen Diœc. ut legitima approbata fuit, servatis tamen decretis Sacrarum Congregationum quoad receptionem Mulierum in Latinen. 14. Maii & 8. Jul. p. 32. & seq. & p. 46. ad II. & III. Dub.

Quibus etiam permissum fuit in publicis tantum processionibus sub Cruce PP. Reformatorum incedere, dummodo non utantur Sacro, vel alio particulari habitu. ibid. ad IV.

Imo jussit Sac. Congr. ut cadaveta defunctorum seppellienda in Ecclesia dicti Conventus, non debeant ad illam recto tramite deferri, sed asportanda sint prius ad Ecclesiam Parochialem. eorumque ibi fieri debeant exequiæ. ibi ad V, Dub.

Iisdemque demandavit servare pactum conventionis non solum quoad festivitates S. Mariæ de Monte Carmelo, SS. Antonii Abbatis, Antonii Patavini, Januarii, & Francisci Xaverii, verum etiam quoad præsentatione n manipuli florum faciendam singulis annis in festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ Archipresbytero Parochialis dicti Oppidi, & quoad recitationem orationis panagiricæ in honorem dicti Sancti eadem die ipsis PP. explendam. ibid. ad I. & VII. Dub.

F

Fontis Baptismalis destructio facta ab Episcopo Urbeverano in Ecclesia Parrochiali S. Salvatoris Castelli, una cum erectione alterius in Ecclesia Collegiata S. Christinæ, reprobata fuit, & sicuti clare aparteq. constabant Episcopi attentata, ita decisum fuit Fontem esse reponendum in Ecclesia Sanctissimi Salvatoris sumptibus ejusdem Episcopi, & ad mentem in Urbevetana attentatorum 6 Aug. p. 52.

I

Impedimenta criminis opposita ad nuptias disturbandas non probavit Sacr. Congr. imo potius locum esse exequutioni literarum Apostolicarum super dispensatione adulterii respondit in Neapolitana impedimenti criminis 26. Mart. pag. 21. cum seq.

Judicium Episcopi Anglonen. latum quoad concursum pro Parrochiali Ecclesia Bollitæ, præeminentiamq. ex illo concessam Sacerdoti Biancho validum esse demandavit Sacr. Congr. in Anglonen. Parrochialis 12. Mart. pag. 15. cum seq.

Jus celebrandi festivitatem S. Mariæ de Monte Carme-

Carmelo cum sollemniori cultu die 16. Iulii, necnon festivitates SS. Antonii Abbatis, Antonii Patavini, Januarii, & Francisci Xaverii an, & in qua Ecclesia competeret cum eflagitaretur Sac. Congr. resolvit servandum esse pactum ad formam conventionis in Latinen. 14. Maii p. 32. & seq. ad I. Dub.

L

Literas Apostolicas pro Archipresbyteratu Ecclesiæ Oppiduli Montis Milonis esse exequendas favore Januarii Bellezza, litisque expensas reficiendas esse ab Episcopo decimum fuit, in Minerbinen. Archipresbyteratus 10. Decembr. pag. 71. cum seq.

M

Matrimonium per vim, & ex impacto stupri crimine, contractum, annulavit Sac. Congr. in Triventina nullitatis Matrimonii 14. Maii pag. 33.

In Matrimonio quod primum ex defectu individuæ corporum conjunctionis, deinde ex viri imbecillitate annullari præsumebatur, rescriptum fuit esse locum cohabitationi triennali in Januen. Matrimonii 28. Maii. pag 29. cum seq.

Missas ordinatas a bo. me. Canonico Pasqua celebrandas in Basilica SS. Laurentii, & Damasi Urbis per Cappellanos Chorales ejusdem Basilicæ, quasq. ob deficientiam, sive incapacitatem, sive alterius etiam legitimi impedimenti unius vel plurium dictorum Cappellanorum Sac. Congregatio anno nuper elapsu jusserat esse celebrandas per Beneficiatos, Clericos Beneficiatos, & Cappellanos Valtrinios juxta testatoris dispositionem, iterum hoc idem confirmavit in Romana Cappellaniatum 22. Januar. ad I. & II. Dub. pag. 1. cum seq.

N

In nullitate Concursus ex defectu, & inobservari super doctrina ac moribus examinis, & Examinatorum a Sacro Concilio Trident. requisitorum, responsum fuit esse locum sanationi ad cautelam, & ad mentem in Policastren. Parochialis 18. Septembris 1745. pag 58. & cum hæc Causa denuo sub die 28. Maii proposita fuit Sac. Congreg resolvit in decisis.

Cumque nova eadem die expositæ fuerint Dubia scilicet an constaret de mala relatione Examinatorum, & novum esset examen indicendum negativa prolata fuit sententia. ibid. ad II. & III. Dub.

Nullitas Ordinis Subdiaconatus ad Matris complacentiam susceptæ, & nunquam exerciti, non approbata fuit in Parisien. Ordinis Subdiaconatus 28. Maii pag. 39.

Nullitas professionis Fratris Cajetani de Torres emissæ uti Conversus in Militari Ordine Christi, a quo sicuti a S. Sede non probato, discedere posse arbitrabatur, denegata fuit; imo nec esse absolvendum ad cautelam, eiq. nec concedendum indultum permanendi in sæculo ad effectum se itidem promovendi ad Sacerdotium rescriptum fuit in Lisbonen. 17. Sept. pag. 59. cum seq.

O

Obligationem exhibendi in Concilio Civitatis Celenæ Syngraphas adimplementi legatorum impositam in Testamento a bon. mem. Josepho Verzaglia, censuit Sac. Congr. afficere non tantum hæredes scriptos, verum etiam legitimos, cæterosque hæredes hæredum in perpetuum in Cesenaten. 26. Maii p 20. ad I. Dub.

Prohibuitq. consulere Sanctissimo pro gratia assignandi fundum libertum pro satisfactione dictorum legatorum cum obligatione totius hæreditatis subrogandi alium, tam in Casu diminutionis fructuum, quam in Casu per emptionis ad effectum evitandi pœnam caducitatis. ibid. ad II. Dub.

P

Parochus Ecclesiæ S. Petri Fugnani tenetur interesse conferentiis Casuum conscientiæ, quæ in Plebana Ecclesia S. Joannis, & in omnibus haberi debeat ut unus ex Parochis Congregationis in Faventina præeminentiarum, & jurium Parrocchialium 14. Maii pag. 31. cum seq. ad VII Dub.

Adjice quod eidem interdictum fuit Olea Sacra a Cathedrali accepta alicui ex Parochis dictæ Congregationis dispensare. ibid. ad VII. Dub.

Qui similiter in functione Benedictionis Fontis Baptismalis, quæ fit ipsamet die Sabathi Sancti, assistentiam alicujus ex Parochis Congregationis adhibere nequit. ibid. ad IX. Dub

Parochialis Ecclesia S. Joannis Baptistæ in Octavo Faventinæ Diœc. est Ecclesia Plebana, & Caput Congregationis, quam nonnullæ Parrochiales Ecclesiæ ei propinquæ constituunt; Parochialisque Ecclesia S. Petri Fugnani est una ex Parochiis dictam Congregationem constituentibus in Faventina præeminentiarum, & jurium Parochialium 14. Maii pag. 31. & seq. ad I. & II. Dub.

Adde quod nec Parochus dictæ Parochiæ Fugnani potest se alteri Congregationi adscribere, vel sese pro libito statuere a cujuscumque Congregationis Capite independentem. ibid. ad III. Dub

Parochialis Ecclesia S. Petri Fugnani ex asserto titulo Archipresbyteralis non est vere plebana in Faventina præeminentiarum, & Jurium Parochialium 14. Maii p. 31. & seq. ad IV. Dub.

Imo neq. ex eodem asserto titulo Archipresbyteralis, exempta manet ab illis oneribus, & obsequiis, quæ ante concessionem asserti tituli præstare tenebatur erga dictam Plebanam Ecclesiam S. Joannis; sed potius instar aliarum Ecclesiarum eidem Ecclesiæ Plebanæ subordinata est, & subjecta, & Matrix saltem impropria potest appellari. ibid. ad V. & VI. Dub.

Plebanus, seu Vicarius perpetuus plebanæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Octavo Faventinæ Diœc. facultatem habet, & præeminentiam peragendi processionem ipso die festo Sanctissimi Corporis Christi privative quoad Parochum Fugnani, in Faventina præeminentiarum, & jurium Parochialium 14. Maii p. 31. cum seq. ad X. Dub.

An vero dictus Plebanus possit eamdem processionem

sionem ab Ecclesia S. Petri inchoare, eamque ducere per limites ejusdem Paræciæ cum exposceretur S. Congr. jussit servari solitum. ad XI. Dub.

Parochusq. Ecclesiæ S. Petri tenetur instar aliorum Parochorum Congregationis eidem Processioni interesse. ibid. ad XII.

Solutumq. servari ab hoc Sacro Senatu rescriptum fuit, quoad Missam solemnem, quam plebanus S. Joannis in Ecclesia S. Petri celebrare expetebat, & quoad præcedentiam, quam in singulis functionibus in eadem Ecclesia peragendis a Paroccho S. Petri habere contendebat. ibid. ad XIII Dub.

Presbytero deputato in Oratorio Villæ Camperiaci in ipso, ejusve Cæmeterio permissum est absente tamen Parocho, celebrare omnia officia funebria, omnesq. functiones pro cadaveribus defunctorum, quæ in eodem Oratorio, vel cæmeterio sepeliuntur in die sepulturæ, in Sedunen. Funeralium 18. Junii p. 41. ad I. Dub.

Eademq. officia, & functiones (in Casu semper absentiæ Parochi) licebit eidem Præsbytero celebrare diebus infra octavam anniversarii, ac etiam post. ibid. ad II. Dub.

Dictoq. Presbytero denegata fuit exclusio Parochi, seu Prioris Vallis Iliacæ a celebratione eorumdem officiorum & functionum in dicto oratorio Camperiaci tam in die sepulturæ, quam in reliquis; taxamq. emolumentorum, quæ prætendebatur præfixa per statutum Episcopi, confirmatum a Nuncio Apostolico Helvetiorum, non esse servandam, rescriptum fuit; sed illa tantum approbata, quæ facta fuerat ab Episcopo in Visitatione anni 1739. ibid. ad III. IV. & V. Dub.

Cui similiter Presbytero denegatum fuit posse impedire Camperiacenses volentes eligere sepulturam in Ecclesia Patochiali Vallis Iliacæ. ibid. ad VI. Dub.

Processiones ordinarias in diebus S. Marci, Rogationum, & Corporis Domini explendas in Civitate Riveliæ, fieri debere conjunctim ab utroq. Clero Sancti Nicolai, & S. Mariæ juxta solitum respondit Sac. Congr. in Policastren. præeminentiarum, & jurium Parochialium 22. Januarii ad I. & II. Dub. p. 2. cum seq.

Dictusq. Clerus S. Mariæ jussit accedere juxta solitum ad Processionem, quæ fit in Dominica palmarum, & ad alteram, quæ fit in die Ascensionis. ibid. ad III. Dub.

Nullamq. præcitato Clero adjudicandam pœnam ob non accessum ad dictam processionem in die Dominica palmarum anno 1744. & ob expletas ordinatias processiones separatim a Clero S. Nicolai. ibid. ad IV. & V. Dub.

Clero tamen S. Mariæ permissum fuit aliquas explere processiones de licentia Episcopi, easq. in solitam distantiam ducere. ibid. ad VI. Dub.

Et in festivitate S. Nicolai ordinatum fuit eidem Clero S. Mariæ etiam non vocato, accedere ad ejus Ecclesiam juxta solitum, & assistere primis Vesperis, & Missæ solemni expleta etiam ea occasione a Clero S. Nicolai singulis de Clero S. Mariæ solita distributione candelarum. ibid. ad VII. Dub.

Et ea occasione Presbyteros Cleri S. Mariæ teneri primam Missam electam, sive cum cantu in Ecclesia S. Nicolai celebrare ibid ad VIII. Dub.

E contra autem voluit Sacr. Congr. ut Clerus S. Nicolai solumodo invitatus accederet ad Ecclesiam S. Mariæ, ibiq. assisteret secundis Vesperis Dominicæ, & Missæ solemni se ix secundæ Pentecostes, ac etiam primis Vesperis, & Missæ solemni Assumptionis B. M. V. ibid. ad VIII. Dub.

Et sicuti Ecclesia S. Nicolai Matrix major est, ita competit jus antepulsandi campanas in die Sabathi Sancti hora ab Episcopo designanda; & quoad pœnam solvendam imponendamq. Clero S. Mariæ ob præsumptam contraventionem anni 1744. negative resolutum fuit, imo vetitum fuit Archipresbytero, & Clero S. Mariæ sub pœnis arbitrio Episcopi denominare propriam Ecclesiam Matricem majorem, & Collegiatam insignem. ibid. ad XIV. Dub.

An autem Archipresbyter S. Mariæ teneretur recipere Olea Sancta ab altero S. Nicolai, sive ab Ecclesia Cathedrali, servari solitum respondit. ibid. ad X. Dub.

Prædictoque S. Mariæ Clero de licentia Episc. jus est habendi in propria Ecclesia proprius Concionator tempore quadragesimali, dummodo tamen suis alatur expensis. ibid. ad XII. Dub.

Et cum denuo hæc Causa sub die 28. Maii hujusmet anni proposita fuerit quoad præstationem ceræ, panis, & Gallinæ faciendam a Clero S. Mariæ Archipresbytero S. Nicolai negative rescriptum fuit: quoad vero Dubia VII VIII. X. XII. XIII. in decisis salvis jutibus Ecclesiæ S. Mariæ, quoad Ecclesias filiales tantum, prout de jure.

Procurationis expensis contribuere an tenerentur omnes Visitationi subjecti, & signanter Monasterium Monialium S. Catherinæ, Ecclesiæ, Confraternitates, necnon Beneficia simplicia, ac Cappellæ perpetuæ possidentes in territorio Montis Leonis Diœc. Spoletanæ, servati solitum decisum fuit in Spoletana Procurationis super contributione 30. Aprii. p. 25. ad I. Dub. & hoc modo provisum fuit. II. & III. Dub.

Proles suscepta ex Matrimonio celebraro ab Isabella de Merode non obstante asserto defectu publicationis sententiæ latæ super nullitate professionis, legitima quoad omnes effectus reputata fuit, in Colonien. legitimitatis prolis. 12. Febr. pag. 10.

Q

QUæstuare eleemosynas nomine S. Viti cumulative cum PP. Minoribus Conventualibus Ecclesiæ Abbatialis ejusdem S. Viti prohibuit Sacrum hoc Tribunal Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Polymniani, jussitque quod servaretur transactio, in Polymnianea. juris quæstuandi, & processionum 30. Aprii. pag. 25. ad I. Dub.

Quoad autem quæstuationum proventus an deberent impendi in cultum S. Viti ejusdem Ecclesiæ Abbatialis, demandatum fuit servari solitum, & superiores Regulares incumbere ne Ecclesia frauderetur debito cultu, & obsequio, ad III. Dub. ibid.

Eleemosinamq; ducatorum 50. conventam in transactione prædicta & erogandam in beneficium

cium dictæ Cappellæ non esse augendam, Episcopumque incumbere debere erogationi ducatorum 50. aliarumque oblationum in beneficium ejusdem Cappellæ, ibid. ad IV. dubium.
faciendi autem quæstiuationes prædictas potestas erit ad libitum PP. Abbatiæ, etiam absque licentia Episcopi; quas tamen locare non potuerunt, ibid. ad VI. & VII. Dub.
Imo neque illas explere per personas sæculares, sed tantum per sui ordinis Commissos, ibidem ad VIII. Dub.
neque licitum eisdem est de certa eleemosynarum colligendarum quota convenire, ibid. ad IX. Dub.

R

Reductioni emolumentorum designatorum in Bulla San. mem. Clementis VIII. favore Beneficiatorum S. Eustachii Urbis non esse locum fructusque Beneficiorum vacantium aliis Beneficiatis accrescere, quibus etiam deberi scutum unum occasione eorum interventus in qualibet ex processionibus respondit Sac. Congr. in Romana reductionis 12. Febr. ad III Dub. pag. 10.
Regularibus Abbatiæ Eberbacensis Ordinis Cisterciensis impedire potest Eminentissimus Ordinarius Wormatensis ne absque prævia ejus approbatione excipiant confessiones Monialium Monasterii Marien-Munster ejusdem Ordinis, in Vvormatien. jurisdictionis 9. Iulii, & 17. Septembris pag. 46. cum seq. ad I. Dub.
Prælaudatoque Eminentissimo Ordinario jus competit interessendi & præsidendi electionibus Abbatissarum dicti Monasterii non autem per plures Commissarios deputatos, & cum assistentia P. Secretarii Regularis (qui tamen non electam haud installare poterit neque electas confirmare (ejusdemque Monasterii super administratione petere rationes, nec non explorandi voluntatem puellarum admittendarum, tam ad habitum, quam ad professionem in dicto Monasterio, ibid. ad II. III & IV. Dub.
Adverte tamen quod occasione dictæ interessentiæ redditionis rationis, & explorationis, sive cujuscumque alterius tituli non teneatur Monasterium ad aliquam expensam pro Ministris Curiæ Episcopalis Vvormatiæ, ibid. ad V. Dub.
permissa e contra fuit exactio centum Imperialium facta a Reverendissimo Vicariatu, ibidem ad VII. Dub.
Diem autem prædictæ electionis decernere competit Reverendissimo Abbati Eberbacensi, qui die præfixa elapsa, aut nemine ex parte prædicti Eminentissimi Ordinarii comparente, poterit ad electionem procedere; imo post mortem Abbatissæ claudere, proprioque sigillo obsignare cubicula Abbatialia, & de substantia Monasterii inventarium conficere, in Vormatien. jurisdictionis 17. Septemb. ad VI. VII. & VIII. Dubium pag. 59.
Religiosa professio non tantum injustis, illicitisque suasionibus, verum etiam vi, metuque emissa, annullata fuit, in Hispalen. restitutionis in integrum 17. Septemb. pag. 59.
Restitutio in integrum adversus religiosam professionem ex vi metuque præsumpto; ex hactenus deductis non fuit concessa, in Patavina restitutionis in integrum 17. Septembris pag. 60.
Restitutio in integrum adversus Religiosam professionem, vi, metu, fraude, verberibusque emissam concessa fuit, in Sancti Marci restitutionis in integrum 6. Aug. pag 51.
Restitutionem in integrum adversus religiosam Professionem ante debito, ætatis suæ & a Trid. Concilio præfixos annos emissam, impartita fuit Sacr Congr. in Rossanen. restitutionis in integrum 27. Aug. pag. 55.

S

Sententiam latam a Vicario Capitulari Curiæ Stagnen. adversus Sacerdotem Simonetti non sustineri, imo & esse eumdem absolvendum ex quo satis & integrandum ad curam animarum neque in dicta sententia contineri suspensionem a Divinis, mandavit Sacr. Congr. in Stagnen. 19. Novembr. pag. 68. cum seq. ad bina Dub.
Separatio Thori ex hastæ virilis defectu concessa fuit firma remanente obligatione cohabitandi, in Placen. Separationis Thori 12. Febr. p. 10.
Subsidium seu assignamentum relictum a bo. me. Josepho Masetti pro virginibus educandis, applicatum fuit pro dote spirituali D. Mariæ Attiliæ Paluzzi juxta votum Eminentissimi Vicarii quoad autem acconcium & livellum in casu Monacationis ejusdem, negativam protulit Sententiam Sac. Congr. in Romana subsidii doralis 26 Martii p. 17. cum seq ad binaDub. quæ decisio confirmata approbataque fuit sub die 17. Sept. in eadem causa pag. 59.

T

Taxam Seminario Militen. solvere non teneri Monacos Monasterii S. Mariæ de Patirio Ordinis S. Basilii pro Graecia, & Ecclesia Scaliti, imo & statutum fuerat ab eodem Seminario restituendos ducat. 27. e præfatis Monacis anno præterito exactos in Militen Taxæ 4. Decemb. 1745. pag. 58. Et cum denuo hæc Causa Decisionem expetereter responsum fuit in decisis, in Militen. Taxæ 18. Jun. hujus anni pag. 41.

V

Visitationi Episcopali subjectos omnes, & signanter confraternitates nec non beneficia simplicia, & Cappellas perpetuas possidentes in Castro Carticeto Diœc. Fanen. teneri contribuere ad procurationem solvendam; imo & ejusdem Carticeti Plebanum qui hactenus sustinuerat totum procurationis pondus in retroactis visitationibus, reintegrandum esse proportionabiliter ab aliis visitatis, jussit Sacr. Congreg. In Fanen. procurationis 24. Augusti 1743. p. 51. cum tribus seq. Sed cum partes denuo Eminentissimorum Patrum sensum postularent die 28. Maii currentis anni p 36. responsum acceperunt:
„ prævio recessu a decisis in Casu de quo
„ agitur Confraternitates comparentes non
„ teneri.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII,

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub annum 1747. propositis,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, & necessarius.

TOMUS XVI.

DUPLICI LOCUPLETISSIMO INDICE

A^o PETRO MORCONI J. U. D.

Exornatus.

ROMÆ, MDCCXLVII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali
Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

INDEX
TITULORUM

Causarum Anno 1747. Sacræ Concilij Congregationi Propositarum Ordine Alphabetico per Diœceses dispositus.

A

ABellinen. Eleemosinæ Missæ Conventualis 14. Januarij, 25. Febr., 18. Martii, & 17 Junij *pag.* 4. 12. 14. & 30.
Alatrina, seu Verulana Ordinationis 18. Martii *p.* 16.
Albinumilien Oratorii 20. Maij *pag.* 27.
Albinumilien suspensionis Oratorii, & Censurarum 20. Martii *p.* 28.
Amerina 28. Januarii *p.* 7.
Aretina Restitutionis in integrum 18. Novembris *p.* 51.
Arianen. 16. Decembris *p.* 67.
Ariminen. 2. & 16. Decembris *p.* 54. & 56.
Ariminen Beneficii, seu Cappellaniæ super Reintegratione 23. Septembris, & 16. Novembris *p.* 48., & 50
Ariminen., seu Feretrana Ordinationis 14. Januarii *p.* 3.
Auximana Ædificationis Ecclesiæ 6., & 20. Maii, & 2. Septembris *p.* 23. 26 & 42.
Auximana Concursus 15. Julii, 12. Augusti, & 2. Decembris *p.* 36. 37. & 53.

B

BRacaren. Dispensationis Matrimonii 6. & 20. Maii *p.* 24. & 26.
Bergomen. Ordinationis, seu Literarum Testimonialium 17. Julii *p.* 29.
Brixien. Restitutionis in integrum 20. Maii *p.* 26.
Burgi S. Donnini Emphyteusis 15. Januarii *p.* 4.

C

CAmpanien. 12. Augusti 2 Septembris 18. Novembris 2., & 16. Decembris *p.* 40. 42. 50. 51., & 55.
Cassanen. 17. Junii 15. Julii 2. & Decemb. *p.* 35. 36. & 53. 56.
Cassanen. 15. Julii, & 12. Augusti *pag.* 35. & 38.
Compostellana Parochialis 25. Februarii *p.* 14.
Constantien 6., & 20. Maii, & 15. Julii *p.* 23. 26. & 33.
Culmen. 25. Februarii *p.* 12.

E

EMbricen. Jurium Canonicalium 23. Septembris *p.* 45.

F

FAventina Reductionis Missarum 2. Septembris, & 18. Novembris *p.* 43. & 50.
Ferrarien Legati Missarum 18 Martii *p.* 15.
Firmana Jurium Parochialium 17. Junii, & 2 Decembris *p.* 31. & 52.
Florentina 17 Junii *p.* 31.
Florentina 12. Augusti, & 2. Septembris *p.* 41. & 42.
Florentina Commutationis ultimæ voluntatis 25. Februarii & 18. Maii *p.* 12. & 15.
Forolivien. Cappellaniarum 2. Sept. *p.* 43.

G

GRavinen. 25. Februarii & Maii 6. *p.* 13. & 22.

H

HIeracen. Censurarum 16. Decembris *p.* 69.
Hispalen. Nullitatis Professionis 28. Januarii *p.* 11.

L

LAncianen. Dismembrationis 23. Septembris, & 18. Novembris *p.* 47. & 50.
Leodien. Confirmationis Concordiæ 17. Junii, & 15. Julii *p.* 29. & 34.

Lis-

Lisbonen. Matrimonii 23. Septembris, & 18 Novembris *p.*46. & 49.
Lisbonen. Nullitatis Professionis 18. Martii *p.* 8.
Lucana Celebrationis Missarum 28. Januarii *p.* 10.
Lucana Executionis Brevis 16. Decembris *pag.* 57.
Lunen. Sarzanen. Juris amovendi Cappellanum Curatum 2. Septembris *p.*44.

M

Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium 28. Januarii 6. Maii 17. Junii, & 15. Julii *p.*6. 21. 30. & 34.
Minerbinen. Archipresbyteratus 14. Januarii *p.*5.
Montis Politiani Erectionis Cappellaniæ 14. Januarii, & 25. Februarii *p.*3. & 12.

N

Neapolitana Nullitatis Matrimonii 12. Augusti, & 2. Septembris *p.*38. & 41.
Novarien. Dismembrationis 15. Julii 12. Augusti 23. Septembris, & 14. Novembris *p.*37. 38. 46. & 49.

O

Oppiden. 6. & 20. Maii, & 23. Septembris *p.*22. 26. & 44.

P

Patavina Restitutionis in integrum 15. Julii, & 12. Augusti *p.*35. & 38.
Piscien. Beneficii 23. Septembris 2., & 16. Decembris *p.*48. 53. & 56.
Policastren. Nullitatis suspensionis 18. Martii *p.*6.
Potentina 28. Januarii 25. Februarii, & 18. Martii *p.*6. 11. & 15.

R

Romana, seu Januen. Legati 14., & 28. Januarii *p.*4. & 5.

S

Sagonen. 14. Januarii *p.*3.
Sancti Marci Restitutionis in integrum 2. Decembris *p.*54.
Sarnen. 20. Maii *p* 26.
Sipontina Legati Missarum 28. Januarii *pag.* 8.
Sipontina Restitutionis in integrum 28. Januarii 18. Martij 6. Maij, & 2. Septembris *pag* 19. 20. & 42.

T

Tarentina Contributionis 18. Martii, & 12. Augusti *p.*17. & 38.
Theatina Erectionis Theologalis 14. Januarii *p.* 3.
Triventina Censurarum 28. Januarii *p.*9.
Tudertina Decimarum 17. Junii, & 15. Julii *p.*32. & 34.

V

Venafrana Plurium 6., & 20. Maii, & 17. Junii *p.*20. 25. & 30.
Vercellen. Jurium Parochialium 23. Septembris, & 18. Novembris *p.*46. & 49.
Vicen. Missæ Conventualis 12. Augusti, & 2. Septembris *p.* 39. & 41.
Viterbien. Mediæ Annatæ 2. Decembris *pag.*52.
Vrbevetana Fontis Baptismalis 23. Septembris 18. Novembris, & 2. Decembris *p.*45. 49. & 51.
Vibinaten. Visitationis Sacrorum Liminum 14. Januarii *p.* 4.
Vxentina Celebrationis Missarum 16. Decembris *p.*67.
Vxentina Legati 16. Decembris *p.*68.

Die Sabbathi 14. *Januarij* 1747.

In Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

X Folio ultimæ Congregationis, quæ habita fuit *die* 10. *Decembris* anni nuper tranſacti, *quinque*, quas hic ordine ſuo ſubiicimus, Cauſæ ſuperſunt, cum proponi non potuerint: Rogamus itaque Eminentiſſimos Patres, ut *Folium illud* iterum conſulant, nunc enim Cauſæ illæ proponuntur.

ARIMINEN., SEV FERETRANA ORDINATIONIS, cujus unum Dubium eſt. *Sess.6.cap.5. de Ref.*

An, & ad quem ſpectet Ordinatio Petri Guidi in caſu &c.

Prævia abſolutione ad Cauthelam, & præſtito Juramento ad formam Bullæ, ordinationem ſpectare ad Epiſcopum Ariminen.

MONTIS POLITIANI ERECTIONIS CAPPELLANIÆ, in qua quæritur. *Ses. 25. c. 5. de Refor.*

An erectio Cappellaniæ ſub Titulo Sanctiſſimæ Annunciationis B. M. V. facta per Ordinarium in Eccleſia Cathedrali Montis Politiani ſubſtineatur in caſu &c.

Affirmativè.

THEATINA ERECTIONIS THEOLOGALIS, in qua definiendum eſt. *Sess.5.cap.1. de Ref.*

An ſit locus erectioni Præbendæ Theologalis in inſigni Collegiata Eccleſia Sancti Petri Vaſti in caſu &c.

Affirmativè juxta votum Archiepiſcopi, & amplius.

SAGONEN., in qua cognoſcendum eſt. *Sess.21. c.2. de Ref.*

An & quomodo ſit reſcribendum in caſu &c.

Scribatur Pro-Vicario Apoſtolico juxta Inſtructionem.

Sess.23. cap. 8. de Ref. & Sess.24. c.12. de Reform.

URBINATEN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM, cujus duo Dubia sunt.

I. *An Missa Pontificalis non solemnis possit assistentia Canonicorum destitui, ita ut tantummodo in actu conferendi Ordines Canonici ad præstandam Archiepiscopo assistentiam revertantur?*

II. *An pariter Archidiaconus teneatur assistere in casu &c.*

Scribatur Archiepiscopo pro præfixione termini. Capitulo, & Archidiacono ad deducendum Iura sua in Sacra Congregatione.

Sess.22. c.1. de Refor.

ROMANA, SEV JANVEN. LEGATI: Proponitur hæc Causa imperio Eminentissimorum Patrum, qui in *Congregatione* habita *die 19. Novembris* anni nuper elapsi rescripserunt -- *Dilata ad primam post Reges* -- Poterunt itaque Amplissimi Patres *Folium illius Congregationis* iterum legere, ut Dubium, quod proponitur, definiant.

An ex aliis noviter deductis sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.22. Decr de evit. & obs in celeb. Miss.

ABELLINEN. ELEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS: Hæc quoque Causa jussu Amplissimorum Patrum proponitur, nam in eadem *Congregatione diei 19. Novembris* rescriptum fuit -- *Dilata ad primam post Reges* -- species vero illius repetenda est ex *Folio Congregationis*, quæ habita fuit *die 4. Augusti*, qua die proponi quidem non potuit, sed proposita, & definita fuit in *Congregatione diei 27. ejusdem mensis*, ideoque nunc Dubium disputatur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Prævio recessu a decisis affirmativè soluta tamen a Canonicis antiquioribus Eleemosyna Missæ Conventualis pro rata servitii debiti ab iisdem Canonicis antiquioribus.

Sess.25. c.11. de Refor.

BURGI S. DONNINI EMPHYTHEUSIS: Idem Rescriptum -- *Dilata ad primam post Reges* -- accepit hæc Causa in eadem *Congregatione* habita *die 19.* transacti mensis Novembris: Rogantur itaque Eminentissimi Patres, ut *Folium illius Congregationis* iterum inspiciant, quo tria, quæ subiicimus, quæstionis Capita definire possint.

I. *An concessio de anno 1732. in Emphytheusim facta Bonorum, de quibus agitur, subsistendum sit in casu &c.*, & quatenus negativè.

II. *An sit locus sanationi ejusdem concessionis per Beneplacitum Apostolicum. desuper implorandum, & cujus expensis sit illud impetrandum in casu &c.* Et quatenus negativè.

III. *An Monasterium S. Mariæ Castionis teneatur solvere R. D. Petro Parentio pretium meliorationum in dictis Bonis hucusque factis, ac respective reficere omnes expensas, damna, & interesse in casu &c.*

Ad mentem, & mens est, quod eligantur Periti juxta Instructionem.

MINER-

MINERBINEN. ARCHIPRESBYTERATUS: Proposita fuit hæc Causa in ultima *Congregatione* habita *die* 10 *transacti mensis Decembris*, & frustra dilationem petente Victorino Villari definita fuit: Dubium erat „ An, „ & quæ Literæ Apostolicæ sint exequendæ, & cui sint reficiendæ expensæ, & „ damna in casu &c. -- *Responderunt Amplissimi Patres* -- Exequendas esse „ Literas Apostolicas favore Januarii Bellezza, & expensas, & damna esse re„ ficienda ab Episcopo „ Red t nunc eadem Causa ad eorum Judicium, & perspecto iterum *Folio illius Congregationis*, perpensisque Juribus, & rationibus, quæ ab eodem Victorino proponentur, respondere poterunt. *Sess.24.c.18. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Quoad damna, & expensas iterum proponatur audito Episcopo. In reliquis in decisis, & ampliùs.

Die Sabb. 28. Januarij 1747.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI: Causa isthæc, quæ imperio Eminentissimorum Patrum proponi debuerat in ultima Amplissimi hujus Ordinis *Congregatione* habita *die* 14. *hujus mensis*, dilationem in eadem Congregatione postulantibus utriusque Partis Defensoribus, *Dilata* fuit ab Eminentissimis Patribus ad hanc Congregationem: Poterunt igitur *Folium Congregationis* habitæ *die* 19. *Novembris anni nuper transacti*, in qua rescriptum fuit -- *Dilata ad Primam post Reges* -- iterum consulere, ut Dubium, quod proponitur, expediant. *Sess.2. cap.2 6. de Ref.*

An ex aliis noviter deductis sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & ampliùs.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Petrus Castiliego acris ingenii Vir, & Miles stationarius Arcis Sipontinæ Filium Michaelem Dominicum duxit ad Monasterium Fr. Minorum Observantium S. Francisci Stignani, ut inter eos Professionem emitteret. Paterno imperio obsequens filius annum integrum Probationis absolvit, & inde solemnem emisit Professionem, *die* 14. *Martii anni* 1724. Eam Professionem scripsit P. Provincialis in libro, asseruitque Fr. Franciscum (hoc enim nomen Michael Dominicus assumpsit) natum esse *die* 22. *Julii anni* 1706. Novus interim Professus munera Ordinis exercuit, atque ita se gessit, ut vere, legitimeque Religiosus, donec morte obita a Patre, excussaque reverentia, qua detinebatur, ad proponendam Professionis nullitatem vires omnes intendit: Preces obtulit Sanctissimo Principi, quibus postulabat in integrum restitui. Data fuit cognitio Amplissimis Patribus, a quibus mandata fuit jurisdictio Archiepiscopo Sipontino, ut Processum Judicialem conficeret. Patuit in ipso Processus limine Professionis nullitas ob defectum trium mensium, & dierum octo, qui necessario requirebantur ad complendam ætatem *annorum sexdecim* Professi; Ideoque Archiepiscopus abstinuit ab ulteriori inquisitione de vi, & metu illatis a Patre, ratus eam inutilem, animique sui sententiam aperuit pro nullitate Professionis, quæ neque ab initio consistere, neque lapsu temporis potuerit convalescere. Processum ita, uti erat, & epistolam misit ad hoc Sacrum Tribunal; petitque nunc Fr. Franciscus restitutionem in integrum ob apertam nullitatem Professionis suæ, defectu legitimæ ætatis, quam statuit Tridentinum. At *Sess.25.c.15. de Regul.*

quia si defectus hujus, & nullitatis scientiam habuisset, tacitus saltem consensus, & nova veluti Professio posset induci, hinc ut omnem amoveat dubitationem, causam refert sui erroris, adnotationem scilicet, quam supra diei natalis sui 22. *Julii anni* 1706. in libro Professionum, qua erronea adnotatione ductus ignoraverit se vitæ usuram accepisse *die* 22. *Julii* 1708., quæ veritas eidem patuit, cum occasione litis Parochiales libros consuluit. Quid habeant ad Professionem tuendam, vel Ordo, vel *Defensor Professionis*, ignoramus: Dubium, quod proponitur, est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Scribatur Archiepiscopo juxta Instructionem.

Sess.23.c.12. de Ref.

POTENTINA: Mos est antiquus usus, & statutis confirmatus in Collegiata receptiva Ecclesia S. Michaelis Potentiæ, quo Clerici recenter adscripti subduntur servitio trium annorum in subdiaconali, totidem in diaconali aliorumque trium in sacerdotali munere, habita ratione servitii hujus in percipiendis emolumentis. Receptus fuit anno 1734. Michael Lauritus, qui post servitium alicujus temporis Potentia discessit, ut studiis operam daret, rediitque tandem in Patriam Laurea doctorali honestatus, & auctus Acerris. Reversus anno 1744. non accessit ad Ecclesiæ servitium, monitus licet; quare Canonici moræ pertæsi, & negligentiæ illius eum expunxerunt, & deleverunt ex albo, communi consensu, ore tunc prolato, inde in scriptis ex intervallo redacto. Unus tunc aberat Canonicus Gherardus Tramutolus Lauriti Consanguineus, qui eum ægre ferens expulsum, impugnavit Collegarum suorum repentinam sententiam, & provocavit ad Episcopum, qui gesta a Capitulo rescidit, restituitque in pristinum locum Michaelem Lauritum. Appellavit Capitulum ad A. C., Tramutulus quievit, non Lauritus, qui delata Causæ hujus cognitione ad Eminentissimos Patres, preces obtulit, quibus petebat declarari nulliter actum fuisse a Capitulo, servarique eum in sua possessione tum Loci, tum emolumentorum percipiendorum ab iis, qui Ecclesiæ serviunt, licet abfuerit, cum pro præsente, & servitium præstante haberi debuerit, quia aberat studiorum causam. Auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus: a Laurito nihil hactenus habuimus: Capitulum libellum dedit, quo late disputat, ut auctoriatem suam tueatur destituendi, & ex albo delendi inobedientes statutis, & consuetudinibus; Quod si adhuc hæc destitutio Lauriti subsistineri non possit, nullam habendam esse contendit rationem temporis, quo servitium ab absente Laurito præstitum non fuit, abfuerit licet studiorum causa: Legent Amplissimi Patres hunc Capituli libellum, ut duo, quæ sequuntur, Dubia definiant.

I. *An deletio Sacerdotis Michaelis Angelis Laurito ex Albo Capituli subsistineatur in casu &c.*, & quatenus negative,

II. *An, & a quo tempore debatur participatio cum Insigniis, aliisque honoribus consuetis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess.5.cap.2. Sess.7.cap.7. & Sess.24.c. 4. de Ref.

MILETEN. JURISDICTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM: Est in Oppido Galatri Diœcesis Miletensis Ecclesiæ *S. Mariæ de Valle*, cujus Rector, Cappellani, & Confratres substinent esse extructam *in solo Lateranensi*, ideoque ab omni sive Episcopi, sive Parochi Jurisdictione immunem esse. Plura hinc egerunt, quæ in aliis Ecclesiis sine venia Episcopi assensu agi non possent: sacras habuere Conciones, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publice adorandum exposuerunt, & solemnes duxere Pompas, Episcopo irrequisito. Contendebant etiam non posse Episcopum electioni Procuratoris Sodalitii interesse, nec ab eo rationes administrationis petere, atque

exi-

exigere: Parocho negarunt, ut Sanctissimum Viaticum sumeret ab Ecclesia, & in ea sedem habere eum noluerunt, imo solemnia Sacra egerunt, eodem tempore, quo idem Parochus, sive Archipresbyter in Parochiali Ecclesia Sacrum agebat, aliasque exercebat Parochiales Functiones. Cum nova, & contra antiquissimum solitum illius Ecclesiæ hæc viderentur Episcopo, & Archipresbytero, Judicium moverunt in Episcopali Curia, a qua, ut facile intelligi potest, secundum eos sententiam obtinuerunt. Provocarunt ab ea ad hoc Sacrum Tribunal Rector, Cappellani, Sodales, & Causa nunc IX., quæ subiicimus, collecta Capitibus delinienda proponitur.

I. *An Cappellanis S. Mariæ de Valle Terræ Galatri liceat Conciones, & Sermones ibi per se ipsos, aut per alium habere absque licentia Episcopi in casu &c.*

II. *An iisdem Cappellanis liceat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Populi adorationi exponere in dicta Ecclesia absque licentia ejusdem Episcopi?*

III. *An eis liceat Processiones extra ambitum dictæ Ecclesiæ habere cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & cum Sacris Deiparæ, & Sanctorum Statuis, & Imaginibus absque licentia Episcopi?*

IV. *An Deputatus ab Episcopo possit nomine ipsius assistere annuæ electioni Procuratoris, seu Administratoris Confraternitatis in d. Ecclesia erectæ?*

V. *An dictus Procurator, seu Administrator a Confraternitate electus debeat ab Episcopo approbari.*

VI. *An iste teneatur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta?*

VII. *An iidem Cappellani possint Missas solemnes, aliasque functiones explere eo ipso tempore, quo Archipresbyter in sua Parochiali Ecclesia Missam celebrat, Concionem, seu Explicationem Evangelij habet, & Pueros Doctrina Christiana instruit, seu potius teneantur easdem explere diverso tempore determinando ab Episcopo.*

VIII. *An Archipresbyter d. Terræ possit ab Ecclesia Sactæ Mariæ sumere Sanctissimum Viaticum, illudque deferre ad Parochianos infirmos, vel potius Cappellani valeant id impedire?*

IX. *An idem Archipresbyter debeat habere propriam sedem in Choro dictæ Ecclesiæ, & possit assistere functionibus ibi peragendis?*

Dilata ad primam post Agnos.

AMERINA: Testamento Pauli *Parca*, qui ortum duxerat Jovii, quod Feudum est nobilissimæ Gentis Matthejæ in Amerina Diœcesi, hæres instituta fuerit Archiconfraternitas Sanctorum XII. Apostolorum Urbis, jussitque Testator, ut dissoluto ære alieno, & legatis, quæ relinquebat, ex reliquo reddituum, fructuumque illius anni, quo moreretur, empto frumento erigeretur *Mons Frumentarius* in eadem Patria sua Jovii, qui nuncupari deberet *Mons Parca*, & quia prævidit tenuem futuram fore quantitatem frumenti emendi, consulere voluit pauperibus Patriæ suæ, quibus frumentum mutuo dari debebat, adjecto onere hæredi emendi quotannis in perpetuum Rubrum unum in augumentum ejusdem Montis, quod ab hærede diligentissime singulis annis factum est: leges quoque scripsit administrationis hujus Montis, quas tamen vix observarunt Administratores, ut cum ab anno 1678., quo Mons erectus fuit ad nostra hæc tempora, fors illius esse debeat Rubrorum 98., vix nunc ascendat ad Rubra 17., & residuum constet nominibus debitorum. Adjecit demum Testator, ut nisi voluntas sua servaretur, legatum Montis hujus cessaret, & frumenta amplius non emerentur. *Sess. 24. c. 4. de Ref.*

Cum Parochialis Ecclesia Jovii angusta esset, & vetustate satisceret, D. Hieronymus Matthejus Feudi Dominus ea, qua præstat, animi magnitudine, aliam

a solo ædificandam duxit, utque impensis in ea erogandis levamentum aliquod obtineret, postulavit anno 1738. a Summo Pontifice Clemente XII. gratiam erogationis in hanc Fabricam omnium creditorum, quæ pertinebant ad Montem Frumentarium Parca *con lasciare*, Precum verba sunt „ per capita„ le del medemo Rubbia ventotto, e quartarole sei, e mezza, come fu prin„ cipiato nella sua origine, ed erogare tutto il rimanente del di lui credito „ nella nuova Fabrica da farsi -- *Annuit, audito Episcopo Amerino, Postulationi huic optimus Princeps his verbis* -- Indulsit, ut pro constructione no„ væ Ecclesiæ, de qua in Precibus, erogari valeat summa, quæ debetur Monti, „ sive Montibus Frumentariis ejusdem Terræ Jovis, pro eo tamen solummodo, „ quod supereſt, ultra sortem erectionis, quæ integra, & intacta reservari „ debeat pro Capitali, & fundo dictorum Montis, seu Montium Frumentariorum -- Ex his orta est quæstio ab Eminentissimis Patribus nunc definienda, an rubrum illud frumenti emptum ab hærede singulis Annis post Erectionem Montis dici debeat sors ejusdem Montis, quod substinet hæres, negat Dux Jovii Mathejus. Auditus fuit Episcopus Amerinus: Pars utraque libellum Jurium dedit, causamque suam strenue tuetur, supereſt itaque, ut Amplissimi Patres definiant.

An sors, seu Capitale Montis Frumentarii nuncupati Parca consistat in Rubris 28., & quartar. 6. ÷ emptis in ejus Erectione, seu etiam in alio frumento successive empto ad rationem unius Rubri pro quolibet anno in casu &c.

Affirmativè ad primam partem, Negativè ad secundam quoad frumentum emptum, vel mutuatum usque ad tempus obtentæ gratiæ, & amplius.

Sess. 22. decr. de obser., & evit. in celeb. Miss.

SIPONTINA LEGATI MISSARUM: Supremis Tabulis, quibus decessit anno 1738. Franciscus Mattuccius Sacerdos Capitularis Ecclesiæ Matris Castri S. Joannis Rotundi Sipontinæ Diœcesis hæredem scripsit Capitulum ejusdem suæ Ecclesiæ, adiecto onere Sacri quotidiani perpetui ad Altare S. Michaelis, cui assignavit pro Dote, & Fundo census, & credita fc. 3600 Voluit autem in hoc Sacro quotidiano agendo præferri Donatum Fraticelli fororis filium, si umquam Sacerdos esset, & si ad rem uxoriam animum vertens liberos suscepisset, masculos in infinitum ab eo descendentes vocavit, & Sacro ministerio adscriptos, ea lege; ut ipsi per se bona Cappellaniæ suppositia administrarent sub cura tamen, & custodia Capituli hæredis, in cujus ærarium deferri voluit pecuniam, si forte Census redimerentur, erogandam iterum vel in fundos, vel in alios census; Si vero nullus esset Sacerdos e Gente Fraticella, potestatem fecit Capitulo unum ex ipsius Corpore nominandi, qui Sacra ageret quotidiana, donec aliquis ex eadem Gente Fraticellia Sacerdos esset.

Ad Majores Ordines promotus Jo: Baptista Fraticelli Donati filius Cappellaniam Mattuciam obtinuit, sed anno nuper transacto auctus fuerit Canonicatu in Ecclesia Collegiata Foggiæ, & illuc migravit, substituto stipendiario Sacerdote, qui vices suas expleret ad Altare S. Michalis in Ecclesia Matre Oppidi S. Joannis Rotundi. Censuit Capitulum subrogationem hanc Cappellani contrariam esse voluntati Testatoris, cujus mens fuisset, ut Sacerdos e Gente Fraticellia per se ipsum Sacra ageret, non per substitutum, ideoque preces obtulit Sacro huic Tribunali, quibus petebat cogi Canonicum Jo: Baptistam Fraticellium ad dimittendam Cappellaniam. Epistola, ut moris est, data fuit ad Archiepiscopum Sipontinum, qui audito Fraticellio, perspectoque Testamento, retulit censere, factum esse locum Capitulo substituto nominandi unum ex Sacerdotibus Capitularibus ad Cappellaniam. His auditis Fraticellius

lius libellum obtulit Summo Pontifici, quo postulavit gratiam retinendi Cappellaniam, & Canonicatum: Postulationis hujus cognitio data fuit Amplissimis Patribus; Mens Testatoris colligi potest duobus Testamenti locis, quæ nos hic damus: Ait ille -- Sará tenuto detto Sacerdote della Famiglia celebrar sette Messe la settimana, una il giorno come sopra secondo la disposizione di d. Testatore nel preferito Altare di San Michele -- *Et paulo inferius* -- Con condizione, e dichiarazione, che accadendo alle volte, che il d. Sacerdote di famiglia di Fraticelli, a cui spetterà la Celebrazione di sette Messe la settimana, non potesse lui celebrare in d. Altare di San Michele dette Messe per qualunque impedimento, che fosse anche legiero, o si ritrovasse fuori di d. Terra possa allora d. Sacerdote di Famiglia d. sette Messe la settimana una per ogni giorno farle celebrare da altro Sacerdote secolare a suo arbitrio da elegersi a ragione di un carlino la Messa in d. Altare di S. Michele.

Quo sensu hæc accipiat Capitulum, cognoscent Eminentissimi Patres ex ejus Jurium libello: Fraticelli interpretationem ignoramus, cum nihil hactenus nobis ab eo datum fuerit, Proponimus itaque Amplissimis Patribus duo Dubia expedienda.

I. *An Sacerdos Joannes Baptista Fraticelli una cum Canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ Foggiæ retinere possit Legatum pium relictum a Sacerdote Francisco Matucci cum onere celebrationis Missæ quotidianæ in Ecclesia S. Joannis Rotundi in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An saltem sit consulendum Sanctissimo pro Gratia retentionis dicti Legati pii una cum Canonicatu in casu &c.*

Ad I. Affirmativè, & ampliùs. Ad II. provisum in primo.

TRIVENTINA CENSURARUM: Rarum perditæ avaritiæ, & sacræ aliena habendi sitis præbet in hac Causa exemplum Liberator Piccirillus Divinæ Pietatis munere dives, & ex vili gregis Opilione factus Baro Castri Guardiæ Brunæ. Convertit hic statim animum, manumque ad omnia sive sacra, sive prophana, prædam quamdam sibi oblatam, debitamque secum ipse reputans homo rapax; Et quia nemo repente fit pessimus, permutationis titulo primum abduxit boves aratoros tresdecim ex fundis parochialibus, & eorum vice oves reddidit, quas, & quot ipsi libuit. Amovit inde trabem quamdam procetæ longitudinis a Curator sepositam, ut sarta Tecta Ecclesiæ servaret, eaque usus est in fabrica ædium suarum: Vaccam cum vitulo surreptam Parocho venditori equi tradidit pro pretio: Manus extendit ad decimas parochiales, quas sibi pendere coegit miseros rusticos tamquam domino bonorum Ecclesiæ, invasit prædia ecclesiastica, terminos amovit, fines disturbavit, ut signa dominii Ecclesiæ delerentur, & nullum superesset vestigium: Terricolas sibi pendere impulit minis, & metu terraticum, tributum, quod ad Ecclesiam pertinet, & Procuratorem Parochi resistentem in fugam convertit, uxorem ipsius in carceres compegit, quibus etiam nunc detinetur: Peculium tandem omne, frumentum, & fruges; & quidquid supererat, æris, fructuum, animalium occupavit, nudam reliquit Ecclesiam, & lugentem Parochum super desolatione sponsæ suæ adegit, ut victum, stipemquæ quæreret: hinc paschali tempore advento abstinuit a Communione. *Sess.22. c.11. de Ref.*

Interea Parochus infelix ad præsidium confugit Episcopi Triventini, & coram ipsius Vicario petiit inflictionem anathematis in invasorem Piccirillum, qui in jus vocatus *die Julii anni* 1744. ad comparendum, & dicendam causam, quare non deberet declarari excommunicatus, præfixoque trium dierum termino, non comparuit. Accusata contumacia, die 15. ejusdem mensis publica anathemate subjectus fuit, affixique palam Cedulones. Hoc fulmine percussus Baro

rediit

rediit ad bonam frugem, fassus est peccata sua, ore, & scripto promisit restitutionem rerum, & bonorum surreptorum, notulamque exhibuit, in qua singillatim plurima expressit, seque paratum obtulit pro aliis, quæ ignorabat, solvere, & damna omnia sarcire. Sed brevi bonitatis hujus suæ pertituit, rediitque ad ingenium, & pristinam pertinaciam, perseverans in occupatione bonorum, & rerum, incubatque adhuc possessioni impœnitens, & sereno vultu, tamquam inique damnatus appellavit a sententia excommunicationis ad hoc Sacrum Tribunal, a quo, remissus fuit ad Rev. Vicesgerentem Urbis, qui eum absolvit a vinculo per tres menses cum reincidentia; Processum inde, atque acta transmisit Vicarius, & epistolam Episcopi, qui ægritudinem animi sui significat, deplorans statum, ad quem Ecclesia, illiusque bona, & Parochus ipse redactus est, post vastitatem factam a prædone (utimur verbis Episcopi) qui nondum caput submittens pergit reclamare contra latam excommunicationis sententiam, de cujus justitia poterunt Eminentissimi Patres cognoscere ex dispositione trium, quæ subiicimus, Dubiorum, quæque Parochus secundum eum postulat definiri in suo libello, in quo non uno, sed multiplici anathematis vinculo innodatum esse Baronem postulat, tamquam raptorem fructuum, & emolumentorum Ecclesiæ juxta *text. in cap. nulli de reb. Eccl. non alienand.* occupatorem Bonorum ipsius juxta Pontificum Constitutiones, & Tridentini Decreta, & demum contemptorem præcepti, quod est *in cap. omnis utriusque sexus de Pœnit, & Remiss.* Piccirillus silet, nec hactenus nobis quidquam dedit. Latius nos hæc omnia narravimus rogati a Parocho, qui ob inopiam non poterit libellum suum Eminentissimis Patribus distribuere: Dubia hæc sunt.

I. *An constet de nullitate sententiæ declaratoriæ Excommunicationis in casu &c.* & quatenus affirmativè.

II. *An Piccirillus incurrit Excommunicationem, itaut sit procedendum ad declarationem in casu &c.* Et quatenus negativè.

III. *An Parochus teneatur ad refectionem damnorum per dictum Piccirilli passorum ex causa dictæ Excommunicationis in casu &c.*

Ad I. Negativè, & ampliùs. Ad II., & III. provisum in primo.

Sess. 22. decr. de obser., & evit. in celeb. Miss.

LUCANA CELEBRATIONIS MISSARUM: Repetenda est hujus Causæ species ex *folio Congregationis* habitæ *die* 2. *Junii Anni* 1736., quod editum fuit *Vol. VII. Thesaur. resol Sac. Congreg. pag.* 263. ea quidem die Causa proponi non potuit, sed proposita, & definita fuit die 7. Julii ejusdem Anni, ut in *eodem Vol. VII. pag.* 269. Dubio 1. quod erat „ An Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. & Sanctissimi Nominis Jesu teneantur singulis annis celebrari facere triginta Missas, seu potius quindecim pro earum qualibet — *Responderunt Amplissimi Patres* — Affirmative „ quoad primam partem, & negativè quoad secundam, & quoad tertium trigesimum Missarum videatur particulariter „ — Post hoc responsum duæ Societates Causam ulterius proponere non curarunt, & abstinuerunt a *tertio trigesimo Missarum* injuncto a Testatore duabus in solidum hæredibus in Triente neptibus suis Lauræ, & Hortensiæ, earumque filiis nascituris, ob cujus defectum vacans Triens accreveret Societatibus in pari portione institutis in Testamento Francisci Pardi. Promothor itaque Fiscalis sui muneris esse putavit urgere in hoc Sacro Tribunali, ut ejus auctoritate, & imperio excitarentur duo Sodalitia ad implendam voluntatem Testatoris, qui adempta duobus hæredibus priori testamento scriptis hæreditate, duos servavit, & tertium addidit Sodalitium Sanctissimi Nominis Jesu, quod, extantibus neptibus pariter ad hæreditatem admissis, hæres fuit in Triente cum alio Sodalitio Sanctissimæ Conceptionis, & cohæredibus illis defectis sine filiis, portio-

tionem hæreditariam vcaantem obtinuit Jure accrescendi. Cum vero singulis hæredibus singillatim Trigesimum Sacrorum in die obitus sui Testator injunxisset perpetuo agendum, quærebatur, an cum accessione Trientis accresisset etiam onus hujus Trigesimi pro dimidia parte in cohæredes. Urgente igitur Promothore Fiscali, auditus fuit Archiepiscopus, qui respondit intra terminum iis præfixum neminem ex Sodalibus venisse ad rationes edendas: Censere duo Sodalitia teneri æqualiter ad Trigesimum, licet successerint ad tertiam partem neptibus Testatoris relictam, non jure institutionis, sed jure accrescendi, qua distinctione se defendebant duæ Societates in propositione Causæ anni 1736.. Rectum ne sit judicium Archiepiscopi, cognoscent Eminentissimi Patres: Nos a Promothore Fiscali libellum jurium habuimus, non vero a Sodalitiis. Dubiis duobus causa complectitur.

I. *An Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. & Sanctissimi Nominis Jesu teneantur ad implementum oneris aliarum 30. Missarum quolibet Anno, ultra Missas celebrandas juxta Decreta Sac. Congregationis diei 7. Julii 1736.* & quatenus affirmativè.

II. *An pro præteritis absolvi debeant, seu potius cogendæ sint ad illarum celebrationem in casu &c.*

Ad I. Affirmativè. Ad II. Affirmativè ad primam partem, Negativè ad secundam facto verbo cum Sanctissimo.

HISPALEN. NULLITATIS PROFESSIONIS: Causa hæc diu acta in hoc Sacro Tribunali, dum quærebatur de restitutione in integrum, absoluta tandem fuit in *Congregatione diei* 17. *Septembris* Anni nuper transacti responso -- *Prævio Recessu a Decisis esse locum restitutioni in Integrum* -- Judicium itaque nullitatis Professionis agi debebat coram Judice Ordinario, sed a Sacratissimo Principe nostro gratia indulta fuit, ut ab hoc Sacro Tribunali de nullitate cognosceretur. Causas nullitatis tenent Amplissimi Patres ex priori judicio Restitutionis in integrum, ideoque facile nunc decernere poterunt. *Sess. 22. c. 19. De Regul.*

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Affirmativè.

Die Sabb. 15. Februarii 1747.

POTENTINA: Proposita non fuit hæc Causa in ultima Amplissimi hujus Ordinis *Congregatione* habita *die* 28. transacti Mensis *Januarii*, dilationem postulante Michaele Laurito, cui indulgentes Eminentissimi Patres rescripserunt - *Dilata ad sequentem* - Poterunt igitur *Folium illius Congregationis* iterum inspicere, ut duo hujus Causæ dubia expediant.

I. *An deletio Sacerdotis Michaelis Angeli Laurito ex Albo Capituli sustineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An, & a quo tempore debeatur participatio cum insignibus, aliisque honoribus consuetis in casu &c.*

Ad Primum negative, & amplius. Ad secundum deberila die Interpellationis.

CULMEN Definita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 19. *Novembris* anni nuper elapsi; Propositoque Dubio „ -- An liceat Patribus „ Sancti Dominici canere in diebus Dominicis Quagragesimæ Passionem Do- „ mini Nostri Jesu Christi, sive potius id privative spectet ad Ecclesiam Paro- „ chialem Congregationis Missionis, & in Feria quarta ad dictos Patres Do- „ minicanos in casu &c.; Responderunt Eminentissimi Patres - *Negative ad primam partem, & Affirmative ad secundam* - Postularunt audiri Dominicanæ Familiæ Patres, & nunc Causa iterum proponitur, spectatque ad Amplissimos Patres decernere.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Attentis peculiaribus facti circumstantiis in Decisis, & amplius.

Sess. 22. Decis de Evit. & obs. in celeb. Miss.

ABELLINEN ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS: Variavit in hoc causa Sacrum Tribunal, nam in *Congregatione* habita *die* 27. *Mensis Augusti* superioris anni 1746. Proposito Dubio „ An soli Canonici supranu- „ merarii, sive de Adiuncta teneantur subire onus Hebdomadæ in Ecclesia Cathe- „ drali. ac Celebrationis Missæ Conventualis, illiusque applicationis pro Be- „ nefactoribus in genere, absque eo quod petere valeant eleemosynam a Cano- „ nicis Antiquioribus in casu &c. „ Responderunt Eminentissimi Patres - *negative* - In *Congregatione* vero habita *die* 14. transacti Mensis *Januarii* Proposito Dubio - „ An sit standum vel recedendum a Decisis in casu &c., - Responsum fuit - *Prævio recessu a Decisis Affirmative, soluta tamen a Canonicis Antiquioribus Eleemosyna Missæ Conventualis pro rata servitii debiti ab iisdem Canonicis Antiquioribus* - Iterum itaque Causa nunc proponitur, ut Eminentissimi Patres decernant.

An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis in casu &c.

Dilata ad Primam.

Sess. 25. c. 9. de Ref.

MONTISPULITIANI ERECTIONIS CAPPELLANIÆ: Data fuit hujus Causæ species in *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. *Decembris* elapsi *anni* 1746., sed Causa proponi non potuit: Proposita fuit in *Congregatione diei* 14. transacti mensis Ianuarii: Dubium erat -„ An Erectio Cappel- „ laniæ sub Titulo Santissimæ Annunciationis B. M V. facta per Ordinarium „ in Ecclesia Cathedrali Montis Politiani subsistineatur in casu &c. „ Respon- derunt Amplissimi Patres - *affirmative* - Displicuit Braccio hoc Responsum, & postulat nunc retractari: Videant itaque Eminentissimi Patres.

An sit standum vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

FLORENTINA COMMUTATIONIS ULTIMÆ VOLUNTATIS. Suprema voluntate Canonici Cosmæ Salucci cautum fuit, ut solutis Legatis, impletisque piis operibus, reliquorum Bonorum, quæ superessent, hæres esset ejus Anima, itaut omnia erogarentur in stipem, seu eleemosynas præstandas Pauperibus intra summam tamen scut. quinque singulis distribuendam, ut in plures dispertiretur operis beneficium Quinque quos huic suæ voluntati implendæ præposuerat Testator Exequutores, defuncto post septennium a condito Testamento eodem Testatore, manum operi admoverunt, & eos, qui Legatis honorati fuerant, dimiserunt, quos inter præcipui erant duo filii fratris Cosmæ Testatoris Gaspar, & Nicolaus, quorum pri[illegible]us declaratus

fuerat

fuerat etiam ab eodem Teſtatore capax retinendi duas Cappellanias, quas erigi juſſit. His aliiſque peractis, ſubſtantiam hæreditatis viritim erogare cæperunt in Pauperes, cum repente quinque proneptes fratris defuncti poſtularunt ſibi prius præſtandam dotem ex Patrimonio Teſtatoris, jus ſibi eſſe ex ſanguinis conjunctione, deſinerent ſubſtantiam hæreditatis diſtribuere in Pauperes, cum ipſæ omni eſſent patrimonio deſtitutæ, quo virum quærere poſſent: non eam eſſe potuiſſe Teſtatoris ſententiam, ut neglectis conſanguineis, opes diſpertirentur inter extraneos. Cum Exequutores repugnarent, Proneptes preces obtulerunt Sacratiſſimo Principi noſtro, qui hujuſce rei cognitionem dedit Ampliſſimis Patribus. Rogatus fuit Archiepiſcopus, ut animi ſui ſententiam aperiret, ille auditis rationibus, quas proponebant Exequutores, quaſque adjunxit Epiſtolæ ſuæ, cenſuit eas quidem non eſſe contemnendas: In eam *tamen*, *inquit* inclinarem ſententiam aſſignandi pro dotali ſubſidio unicuique ex quinque Puellis ſummam ſcutorum quinque ab unoquoque ex quinque Exequutoribus ſolvendorum futuris earum ſeu ſponſis occaſione matrimonii, ſeu Procuratoribus Monaſteriorum in eventu ingreſſus in Religionem, quæ quidem ſummæ in unum collectæ, quantitatem ſcutorum viginti quinque unicuique Puellæ aſſignandorum conficerent: hac via, & egeſtati prætenſæ ab Oratoribus dotale ſupplementum petentibus pro quinque neptibus, & aliis omnibus difficultatibus ſatis conſultum eſſe crediderim. Hæc Archiepiſcopus: Poſt hæc citatis Juſſu Eminentiſſimorum Patrum Exequutoribus, Cauſa nunc proponitur: Rationes Puellarum legent Ampliſſimi Patres in earum libello: ab Exequutoribus nihil hactenus habuimus: capita hujus Cauſæ duo ſunt:

I. *An ſit locus commutationi voluntatis in caſu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An, & quibus & in qua quantitate ſint aſſignandæ dotes in caſu &c.*

Negative, & providendum eſſe juxta votum Archiepiſcopi.

GRAVINEN. Decreto Epiſcopi Gravinenſis lato in Viſitatione acta anno 1743. declaratum fuit Canonicatus, Præbendas, & Dignitates Cathedralis Eccleſiæ Gravinæ omnes eſſe Presbyterales, & Sacerdotalem Ordinem adnexum habere, juſſitque Epiſcopus, ut monerentur, qui nondum Sacros Ordines ſuſceperant, ut in futura Ordinatione curarent ad eos promoveri, neque deinceps Canonicatus, Præbendas Dignitates aliis conferri poſſe, quam Sacerdotibus. Graviter tulerunt Canonici quidam hoc decretum, quos inter Canonicus Santomaſius, & poſtularunt circumſcriptionem illius a Signatura Juſtitiæ, ſed ad Tribunal Epiſcopale re delata, cenſuit Epiſcopus controverſiam hanc judicio Ampliſsimorum Patrum eſſe definiendam, & quæſtio, audito jam ut fieri ſolet eodem Epiſcopo, nunc expedienda proponitur. Rationes Promotoris Fiſcalis ſunt in Decreto Epiſcopi Gravinenſis Pellegrini, qui exequendo Conſtitutionem S. Pii V. Summi Pontificis Eccleſiam illam numeravit, & Presbyterales eſſe Canonicatus omnes, & Dignitates ſanxit: idem factum fuiſſe Decreto Benedicti XIV. Pontificis Optimi Maximi, qui tunc S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopus Beneventanus officio Viſitatoris Apoſtolici fungebatur, idem alio decreto Epiſcopi Gravinenſis Ferrerii: idem conſtitutum fuiſſe ſtatutis Capitularibus conditis poſt Viſitationem illam Apoſtolicam, idem antiqua conſuetudine ſervari, idem demum conſtitutum fuiſſe diſpoſitione Tridentini. Quid contra ferant Santomaſius, aliique Capitulares, qui repugnant, ignoramus, nondum enim libellum dederunt: Dubium quod proponitur, ſubiciimus. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

An Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis Gravinen. declarandi ſint Sacerdotales, itaut

itaut Canonici non promoti teneantur se promoveri facere ad formam Concilii in casu &c.

Dilata.

Sess. 24. c. 13. de Ref.

COMPOSTELLANA PAROCHIALIS: Postquam spatio duorum fere sæculorum unitæ fuerunt duæ Parochiales Ecclesiæ S. Jacobi de Gres, & S. Mariæ de Bendana Diœcesis Compostellanæ, altera de Jurepatronatus Laicalis, altera de Jurepatronatus Ecclesiastici, incæptum fuit, vivo adhuc earum Pastore, & pleno Beneficio, judicium separationis, & disiunctionis earumdem in Archiepiscopali Curia Compostellana, instante Promotore Fiscali, cui adhærebant Parochiani S. Jacobi Gres. Hoc judicio pendente obiit Parochus, & Patronis scisis in præsentatione, major pars convenit in nominatione Sacerdotis Andreæ Toxo, qui anno 1744 obtinuit a S. Sede Gratiam pro Præsentato, cum derogatione medietatis vocum, expressa in Literis Apostolicis lite introducta, & adhuc indecisa, quarum exequutio mandata fuit Vicario Generali Compostellano. At Promotor Fiscalis libellum obtulit Sacro huic Tribunali, quo petebat, ut ex causa litis pendentis suspenderetur quælibet provisio usque ad illius exitum. Rescripserunt Eminentissimi Patres die 19. Septembris anni 1744. - *Archiepiscopo pro Informatione, & voto auditis Partibus* - Sed Archiepiscopus, qui Literas Apostolicas probe callebat, numquam respondit, eo defuncto, novus libellus oblatus fuit ab eodem Promotore Fiscali Amplissimis Patribus, in quo exprimebatur nullam mentionem haberi in Literis Apostolicis pendentiæ litis, & die 26. Martii anni 1746. rescriptum fuit - *Dentur novæ literæ Archiepiscopo pro Informatione, & voto auditis Partibus.* At cum post lapsum fere unius anni nec præsentatæ fuerint literæ Sacri Tribunalis, nec respondeat Archiepiscopus, plurimumque interfit rem expediri, cum detrimentum inferat Parochiali administratio œconomi mercenarii, postulat nunc idem Andreas Toxo, ut Eminentissimi Patres declarent litem, quæ pendet, dissolutionis duarum Parochialium non impedire exequutionem literarum Apostolicarum coram Exequutore ex plurimis rationibus, quas legent Amplissimi Patres in ejus libello, ut definiant.

An sit procedendum ad exequutionem Literarum Apostolicarum coram suo Judice in casu &c.

Affirmative.

Die Sabbathi 18. Martii 1747.

Sess. 22. Dec. de Evit. & obs. in cleb. Miss.

ABELLINEN. ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS: Proponitur hæc Causa Jussu Eminentissimorum Patrum, qui in *ultima Congregatione* habita *die* 25. transacti mensis *Februarii* dilationem quidem indulserunt, sed *ad Primam Congregationem*: Poterunt itaque *Folium ultimæ Congregationis* iterum consulere, ut respondeant.

An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis in casu &c.

In primo loco Decisis.

POTEN-

POTENTINA: Definita fuit hæc Causa in eadem *ultima Congregatione* & propositis duobus Dubiis *I. An deletio Sacerdotis Michaelis Angeli Laurito ex Albo Capituli subsistineatur in casu &c.*, & quatenus negativè. II. *An & a quo tempore debeatur participatio cum insigniis, aliisque honoribus consuetis in casu &c.* Respondêrunt Eminentissimi Patres. *An* I. *negative*, & *amplius*. *An* II. *deberi a die interpellationis*. Non placuit Capitulo hæc definitio, ideoque petiit audiri, & proponitur nunc Causa quoad secundum Dubium, ut Amplissimi Patres, lecto iterum *Folio Congregationis* habitæ *die* 28. *Januarii*, decernere possint. *Sess.23. c.12. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata.

FLORENTINA COMMUTATIONIS ULTIMÆ VOLUNTATIS: Hæc quoque Causa proposita, & definita fuit in *ultima Congregatione*, & duobus Dubiis I. *An sit locus commutationi voluntatis in casu &c.*, & quatenus affirmative: II. *An, & quibus, & in qua quantitate assignandæ sint Dotes in casu &c.* Responsum fuit - *negative & Providendum esse juxta votum Archiepiscopi* - Retractari causam hanc postulant Pronepotes Canonici Salucci, & ad Eminentissimos Patres spectat cognoscere. *Sess.22. c.6. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & ampliùs, ita tamen ut pecunia pro Dotibus deponatur in sacra Æde Pietatis.

FERRARIEN. LEGATI MISSARUM: Testamento Francisci Frassoni instituta fuit hæres in semisse Ludovica Staggia ejus soror: in altero semisse Carolus filius naturalis fratris sui, & Caroli mater: His Testator ita substituit „ Morti poi che saranno detti Carlo, e Domenica sua Madre, lascio, „ che questa lor parte tocchi a Tommaso figlio di detta mia Sorella con patto, „ che sia Sacerdote, e che debba celebrare tre Messe la settimana &c. e non es„ sendo Sacerdote, in questa portione succeda la Compagnia del Santissimo Sa„ gramento della Chiesa Parochiale di S. Stefano di Massa con la medesima obli„ gazione di far celebrare dette Messe come sopra &c. Defunctis Carolo, & ejus matre, portio illa hæreditatis fuit ad Thomam Staggia filium Ludovicæ Sororis Testatoris, erat enim Sacerdos, & onus trium Sacrorum ad hanc usque diem diligenter implevit. Cum vero jam ad plenam senectutem vergat (agit enim annum septuagesimum septimum) cogitavit bona hæreditariæ hujus portionis distrahere, ut vitæ consulat substinendæ, sed dubium ortum est, an hæc facere possit, quia onus Sacrorum sit perpetuum, & Jus in bonis illis habeat Sodalitium Sanctissimi Sacramenti: Rogavit itaque Amplissimos Patres, ut dubium hoc expedirent, quo posset bona libere vendere. Audita fuit sententia animi consultissimi in utroque Jure Eminentissimi Archiepiscopi Ferrarienſis, qui auditis Sodalibus, sòlida, disertaque Epistola secundum Thomam Staggia respondit, onus Sacrorum non esse reale, sed personæ datum, ideoque cum persona extingui debere, quæ Juris est distinctio: substitutum fuisse Sodalitium casu quo Thomas Sacerdos non esset, decedentibus Carolo, & ejus matre; cum hic Sacerdos esset, evanuisse substitutionem, & bona libere venisse in Thomam, quia substitutio Sodalitii non fuit concepta post obitum Thomæ Sacerdotis; onus esse personale facile dignosci ex alio Legato, in quò expresse perpetuitatem Sacrorum adiecit; discretus autem, diversusque loquendi modus plurimum prodest ad interpretationem voluntatis Testatorum: accedit conjunctio sanguinis, quæ excludit oneris perpetuitatem, quam e contra ferebat substitutio Sodalitii extranei, quod in casu succesio- *Sess. 25. c.4. de Ref.*

cessionis onus illud perpetuo ferre tenebatur: Videant itaque Amplissimi Patres ea, qua præstant, Jurisprudentia.

An onus Missarum sit perpetuum, sive potius ad vitam Sacerdotis Thomæ Staggia in casu &c.

Negativè ad primam partem. Affirmativè ad secundam.

Sess. 25. cap. 3. de Ref.

POLICASTNEN. NULLITATIS SUSPENSIONIS: Mos est Laureæ (Oppidum est Diœcesis Policastrensis) ut die quodam Festo B. M. V. conveniant certo loco extra mœnia Oppidi Cives Nobiliores, & iis mixti Ecclesiastici, positoque signo, in illud colliment parvis tormentis bellicis, Affuit inter alios anno 1744. Eugenius Imbellonus Sacerdos Ecclesiæ S. Jacobi ejusdem Oppidi Laureæ, qui cum aliis Sacerdotibus litem in hoc Sacro Tribunali egerat cum Episcopo Policastrensi, & obtinuerat, ut Episcopus restitueret Procuratioues, quas pluribus annis exegerat, cautumque fuerat Decretis Amplissimi hujus Ordinis, *ne Episcopus contra hos Sacerdotes procederet ad actus irretractabiles inconsulta Sacra Congregatione*, affuit, inquam, & tormento ictum emisit in signum. Peccatum ob id fuisse reputans Episcopus in leges de vita, & honestate Clericorum, obtinuit ab hoc Sacro Tribunali, *ut contra eum procederet prout Juris est, & quatenus de Jure*, atque hac facultate citatus fuit Imbellonus ad dicendam causam, quare non deberet solvere summam ducat. 25. quæ mulcta est a Diœcesana Synodo indicta iis, qui hæc arma deferunt sine venia Episcopi.

Appellavit Imbellonus ad Tribunal A. C., & Causa diu siluit, tandem post longum silentium, moderata appellatione, iterum Imbellonus citatus fuit, ut mulctam intra spatium trium dierum solveret. Excepit Imbellonus de Jurisdictione Episcopi ob decretum Sacri Tribunalis; ignorabat enim facultates ei datas, quas nunquam Curia Episcopalis pandere voluit: excepit de lege Synodali, qua casus hic non complecteretur: excepit suspensioni non esse locum, nisi quando mulcta aut realiter, aut personaliter exequi non posset. His tamen omnibus spretis, decretum fuit, ut ad ulteriora procederetur ad formam citationis, qua indicebatur suspensio. Appellavit Imbellonus ad Sanctam Sedem, & si rescinderetur, protestationem emisit de damnis, impensis, & interesse, sed, ea rejecta, relaxati fuerunt *Cedulones*, & Imbellonus declaratus inde fuit a Divinis suspensus, quod mulctam duc. 25. non solvisset. Confugit itaque ad Eminentissimos Patres, obtinuitque absolutionem cum reincidentia, & audito jam Episcopo, qui totus est in Epistola sua, ut factum defendat, causa nunc definienda proponitur. Intendit Imbellonus suspensionem triplici nullitate infectam esse ratione scilicet Ordinis, Jurisdictionis, & Causæ, ut latius cognoscere poterunt Eminentissimi Patres lectione libelli ab eo dati: a Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis nihil hactenus habuimus: Dubia, quæ definienda proponuntur, duo sunt.

I. *An suspensio subsistineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An Episcopus teneatur ad expensas, & interesse in casu &c.*

Ad I. Negativè, & ampliùs, & ad mentem. Ad II. Negativè.

Sess. 23. c. 8. de Ref.

ALATRINA SEV VERVLAMA ORDINATIONIS: Munere Præfecti Juri dicundo per varia loca ditionis Ecclesiasticæ perfungens Georgeus Sterbinius natus in Oppido Vici Diœcesis Alatrinæ uxorem duxit natam Frusinone e qua plures liberos sustulit, hos inter Romualdus, qui major factus, ut obtinere posset Beneficium Jurispatronatus familiæ suæ, rogavit Episcopum

Veru-

Verulanum, in cujus Diœceſi vetuſta Fruſinone Civitas ſita eſt, ut ad Tonſuram, minoreſque Ordines promoveretur: ſed eum Verulanus Epiſcopus ad Alatrinum remiſit, reputans ad hunc ſpectare Juriſdictionem, quod Romualdus, & Origine, & Beneficio illi eſſet ſubjectus. Alatrinus itaque Romualdum ad Tonſuram, minoreſque Ordines promovit; Cum vero nunc Poſtulaverit Romualdus majores Ordines, novus Epiſcopus Alatrinus difficilem ſe præſtitit, quod cenſeat Romualdum eſſe ſubjectum Epiſcopo Verulano, ratione nativitatis, quam habuit in ejus Diœceſi. Ad hanc dubietatem adimendam Georgeus Pater libellum obtulit Eminentiſsimis Patribus, ut definirent, an ab Alatrino, an a Verulano Epiſcopo Sacros Ordines filius ſuſcipere debeat; ſua enim nihil intereſt, a quo fiat manuum impoſitio. Auditus fuit Epiſcopus Alatrinus, qui rationes retulit in Epiſtola ſua, quibus recuſaverit: his tamen non obſtantibus diſputant Sterbinii Alatrino potius, quam Verulano Epiſcopo Jus eſſe, quia licet plurima ſit vis nativitatis, hæc tamen non ſit ſpectanda, quando fuit, vel eventualis, vel occaſionalis, nimirum itineris, Officii, Legationis, mercaturæ, vel temporariæ moræ ejus Patris, his enim aliiſque ſimilibus caſibus non fortuitam, & occaſionalem nativitatem, ſed veram, & naturalem Patris originem eſſe ſpectandam, ut ad rem noſtram collationis Ordinum tradunt *Feronoſin. in cap. quoad translationem quæſt. 2. num. 8. de Tempor. Ordin. Paſſerin. in cap. nullus n. 9. eod. Tit. in 6. Barboſ. de Offic., & pot. Epiſc. alleg 4. n. 2., & ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 8. n. 16. Hallier de Sac. Elect., & Ordin. par. 2. ſect. 5. cap. 3. §. 2. Tax Jordan. Var. Luc. vol. 1. lib. 3. tit. 6. n. 36., & ſeq. Antonell. de Reg. Eccl. lib. 2. cap. 1. n. 8., & 9. Paulut. Juriſpudr. Sac. vol. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 9. §. Limitatur.* Statuitque Innocentius XII. Pontifex Optimus in celeberrima ſua Conſtituone, cujus initium eſt *Speculatores*.

Cum itaque Georgeus Sterbinius Pater Vici ortus ſit, ubi bona etiam ſua poſſidet, ubi fundatum etiam fuit Beneficium, quod habet Romualdus filius, colligunt hi originem Paternam, & Beneficii locum ſpectandum eſſe, non occaſionalem nativitatem Romualdi, qui ortum quidem habuit Fruſinone, ſed non quia Pater in eam Civitatem lares tranſtulerit, & domicilium, civicamque qualitatem contraxerit, ſec quia cum non poſſet ubique locorum uxorem liberoſque ſuos circumferre, optumum duxit, donec Juridicundo Præfectus eſſet, ut nunc etiam eſt Sutrii, eam apud Conſanguinos Fruſinone relinquere: Addunt alia in libello Sterbinii, quæ Ampliſſimi Patres expendent, ut reſpondeant.

An Clericus Romualdus Sterbini ſit promovendus ad Sacros Ordines ab Epiſcopo Alatrino, ſeu potius ab Epiſcopo Verulano in caſu &c.

Affirmativè ad primam partem. Negativè ad ſecundam.

Seſs. 23. c. 17. de Ref.

TARENTINA CONTRIBUTIONIS: Eſt in Civitate Tarenti ſimplex Beneficium, ſeu Abbatia titulo SS. Petri, & Andreæ, quæ annuum redditum præſtat *ducat.* 58. aut 60., ſolvitque Seminario Tarentino contributionem *ducat.* 25. Cum hanc poſſideret Abbatiam Joannes Vincenti ultimus Abbas, ut ab hac gravi contributione exoneraretur, preces obtulit Sacro huic Tribunali anno 1727., auditoque, ut moris eſt, Archiepiſcopo, reſpondit Taxam *ducat.* 25. conſtitutam fuiſſe ipſa die erectionis Seminarii, quam fecit anno 1586. clar. mem. Cardinalis Columna Archiepiſcopus Tarentinus, idque ea ratione, quod eadem Abbatia non ſolos haberet redditus in Civitate Tarenti, ſed etiam longe plurima bona in Terra Mandurii Diœceſis Uritanæ, Granciæ nomine unita Abbatiæ S. Petri, quæ Grancia dicebatur *del Bagnolo*: Hinc celligebat Archiepiſcopus „ non eſſe cogitandum præfatos Archiepiſcopos „ feciſſe Taxam annuorum Ducatorum 25. pro parvis redditibus, quos

poſ-

„ poſſidet hæc Abbatia SS. Petri, & Andreæ in hac Civitate, abſque eo quod „ incluſiſſent in ea redditus, & effectus, quos poſſidet in Terra Mandurii, „ quando magna, & melior pars redditus ipſius Abbatiæ eſt apud Mandurinos.

Poſt Epiſtolam hanc Archiepiſcopi nihil actum fuit ad annum 1729., quo tempore idem Joannes Vincenti, qui Abbatiam poſſidebat una cum Grancia *di Bagnolo* renunciavit expreſſe appellationi ad Tribunal A. C., quam interpoſuerat a Decreto Curiæ Archiepiſcopalis, quo redditus quidam Abbatiæ ſequeſtrationi ſuppoſiti fuerant, ſolvitque integram contributionem Ducatorum 25. ea expreſſa ratione, quod Taxa conſtituta fuerat non ſolum ob redditus Abbatiæ, ſed etiam ob redditus Granciæ *di Bagnolo* in aliena licet Diœceſi ſitæ, duaſque etiam reſervationes adiecit, alteram caſu, quo Seminarium Uritanum obtineret in judicio ob bona Granciæ ſita in illa Diœceſi, alteram, ut Taxa minueretur eo tempore, quo ab Archiepiſcopo juxta Conſtitutionem Benedicti XIII. Pontificis maximi nova fieret taxa contributionum omnium Beneficiorum Civitatis, & Diœceſis Tarentinæ: quæ tamen nova Taxa hactenus ab Archiepiſcopis facta non fuit. Defuncto tandem Joanne Vincenti, collata fuit anno 1741. a Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIV. Abbatia SS. Petri, & Andreæ Ignatio Marreſio, & ſeparatim ac diſtincte ab eadem Abbatia collata fuit alteri Grancia *di Bagnolo*: hinc idem Ignatius ægre ferens, ut pro tenui redditu Abbatiæ ſolvenda ſit Taxa duc. 25., preces obtulit Ampliſſimis Patribus, ut minueretur taxa ad formam *Concilii Romani tit.* 30. *de Magiſtr. cap.* 1. *fol.* 606., & Conſtitutionis Benedictinæ, quæ edita fuit in *Append. ad Concil. fol.* 289., qua cautum fuit ut -- Ejuſmodi „ Taxa juxta locorum qualitatem reſpondere debeat ſummæ ſcutorum trium „ pro quolibet Centenario proventuum Beneficii: Et ſi neceſſitas urgeat, „ ageatur etiam uſque ad ſummam quinque pro Centenario, itaut numquam „ minor ſcutis tribus, neque major ſit ſcutis quinque pro quolibet Centenario, „ & Anno -- Audito itaque jam Archiepiſcopo, Cauſa nunc definienda proponitur, urgente Ignatio taxæ gravitatem, mutato rerum ſtatu, & ſeparata Abbatia a Grancia: Cætera legent Eminentiſſimi Patres in eius Libello: a Seminario nihil habuimus: Dubium unum eſt.

An, & in qua ſumma debeatur contributio V. Seminario Tarentino ab Ignatio Marreſe pro Beneficio, ſeu Abbatia SS. Petri, & Andreæ in caſu &c.

Dilata, & ad mentem.

Seſs. 25. *c.* 19. *de Ref.*

LISBONEN. NULLITATIS PROFESSIONIS: Species hujus Cauſæ data fuit in *Folio Congregationis* habitæ *die* 25. *Januarii anni* 1744, quod editum fuit *Vol. XIII. Theſ. Reſol. Sac. Congreg. pag.* 20. Propoſita quidem ea die Cauſa non fuit, ſed propoſita, & definita fuit in *ſequenti Congregatione diei* 28. *Februarii* ejuſdem anni, ut in eodem *Vol. VIII. Theſ. pag.* 33. Poſtquam igitur Feliciana Britto obtinuit in integrum reſtitui adverſus Profeſſionem, quam vimetuque emiſerat, Pontificio Brevi, ut fieri ſolet, expedito, lata fuit ſententia reſtitutionis ab Archiepiſcopo Lacedemonienſi Vicario Generali Eminentiſſimi Patriarchæ, qua reſervata quoque fuit eidem Felicianæ actio de nullitate Profeſſionis, ideoque prævio libello, eadem Feliciana petiit in eodem Tribunali declarationem nullitatis ejuſdem Profeſſionis. Licet autem apud omnes Forenſes Doctores vulgatum ſit declarationem hanc *pro forma* ſolum peti, poſtquam ab hac Sacra Congregatione Cauſa reſtitutionis in Integrum plene, &, ut fieri ſolet, diligenter cognita fuit, quod nuper vidimus in alia Cauſa *Hiſpalen. nullitatis Profeſſionis*: tamen conteſtata lite cum Promotore Fiſcali Curiæ Patriarchalis, nam Pærfecta Monaſterio pluries monita, atque interpellata declaverat nihil habere, quod exciperet, ideoque rejecta fuerat a limine Judicii lite, inquam, cum Promotore Fiſcali conteſtata, decretum fuit, ut Moniales formiter pridem exa-

examinatæ in ipsa Curia Patriachali jussu Sacri hujus Tribunalis, a quo probatæ fuerant earumdem Testificationes, novo formali examini subiicerentur.

Cum ab hoc Decreto non appellasset Feliciana, novem Monsales formali examini subjectæ fuerunt, cæteris, vel quia mortem obierant, vel quia adversa valetudine detinebantur, non repetitis; licet autem ex dictis earumdem Monialium non solum confirmata ea, quæ de vi, & metu Felicianæ illato retulerant in præcedenti examine, sed alia etiam addidissent, & quædam apertius declarassent, placuit tamen Tribunali Collegiali Relationis Patriarchalis pronunciare validam eamdem Professionem defectu gravissimi illius metus, qui virum constantissimum concutiat, & quod vis metusque non fuerit a Patre illatus in jure nedesse sit, ut vis metusque a Patre inferatur tantum, non ab aliis, ut in hac specie illatus a Matertera, & eadem constanti, animique proposito, quod in viris fortissimis esset, concurrere etiam debeant in pectore teneræ, pavidæque Puellæ. Appellavit Feliciana ab hac sententia ad Nuncium Apostolicum citato Promotore Fiscali ejusdem Nunciaturæ, qui declaravit apud Acta, mirari injustis, illicitisque modis Parentes in eo Regno uti solere, ut reluctantes Filias ad profitendum inducerent: sed tamen Auditor ejusdem Nunciaturæ sententiam tulit, qua priorem confirmavit. Feliciana igitur ad Sanctissimum Dominum Nostrum appellavit, & Causa infelicis hujus Monialis sapientissimorum Patrum judicio nunc subiicitur, ut lecto iterum *folio Congregationis diei 25. Januarii anni* 1744., & expensis novis Testificationibus Monialium, quæ a Feliciana proponuntur, decernere possint.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Affirmativè, & ampliùs.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Adversus quinquennii lapsum postulat in integrum restitui Pater Hyacinthus a Serra Capriola Ordinis Capuccinorum, qui in sæculo nuncupabatur Carolus de Luca: nullam enim dicit Professionem, quam emisit vit metuque a Patre illato, itaut coactus fuerit invitus & reluctans Vestes susc ipere, sed triduo post fugit, licet inutiliter, ejectus enim verberibus e laribus paternis captus fuit ab Agricolis, & Rusticis servitio Patris addictis, & rediit ad Monasterium, ubi perfecto probationis tempore, quo currente frustra vestes suas repetebat, fuste dolatus a P. Magistro, Professionem tandem emisit, invitus reluctans, negans, & pernegans semper se esse Cappuccinum; pluries in apostasiam incidit, reductus semper ad Monasterium, donec difficili, atrocique ejus Patre senio confecto, & ob id metu illius solutus preces obtulit, ut in integrum restitueretur. Mandata fuit jurisdictio, ut Judicialem Processum faceret Archiepiscopo Sipontino, qui examinatis novem Testibus, e quibus ea, quæ supra narravimus, rescimus, in ea est sententia, ut in integrum P. Hyacinthus restituatur. Judicium erit Amplissimorum Patrum, perpensis Testium dictis, & libello ejusdem P. Hyacinthi, nihil enim habuimus ab Ordine, nihil a *Defensore Professionis*, an sit postulationi huic indulgendum: nos dubium subiicimus &c.

Sess. 25. c. 19. de Ref.

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes.

Die Sabbathi 6. Maij 1747.

Sess. 24. c. 12. de Ref. VENAFRANA PLURIUM: Redit ad novum Judicium Eminentissimorum Patrum hæc Causa, quæ XX. collecta Capitibus data fuit *in folio Congregationis* habitæ *die* 19. *Novembris anni* 1746., qua die indulta dilatione, proposita, & definita in sequenti *Congregatione* habita *die* 10. *Decembris*: Quia vero non eadem Dubiorum, Capitumque omnium fors fuit: quædam enim, distractis hinc inde suffragiis, responsum acceperunt -- *Iterum proponatur* -- ut accidit in Dubio VI., & VII., quædam definita quidem fuerunt, sed non uno omnium consensu, ut evenit in Dubio VIII. IX. XIV. XV. XVII., & XVIII., ideo hæc omnia Capita iterum ad examen revocantur. Dubium VIII., & IX. erant -- An, & in quo numero Hebdomadarii assistere teneantur cum Pluvialibus Archidiacono, & Primiceriis, „ Vesperas, & Laudes celebrantibus, & respective Officium Diaconi, & Subdiaceni facere una, vel altera ex dictis Dignitatibus Missas celebrante? Et quatenus affirmative. „ An ad eamdem assistentiam teneantur Canonici Præbendati, & respective Expectantes in casum &c.; Responderunt vero Eminentissimi Patres - *Servetur solitum* -- Dubium XIV., & XV. erant - An „ Hebdomadarii in peragendis Funeribus teneantur non solum defunctorum „ Cadavera associare ad Ecclesiam, verum etiam una cum Dignitatibus, & „ Canonicis Præbendatis, ac superanumerariis ipsorum Exequiis assistere? Et quatenus affirmative --„ An, & de quibus Emolumentis participare debeant in casu &c.; Et his pariter responsum fuit -- *servetur solitum* -- Dubium XVIII. erat -- An ad omnia prædicta servitia Chori teneantur Hebdomadarii per se ipsos, vel potius eadem supplere possint per substitutos in „ casu &c.; Cui responsum fuit -- Negative ad primam, Affirmative ad secundam partem, dummodo substituendi sint de gremio Hebdomadariorum - „ & denique Dubium XVIII. erat -- An iidem Hebdomadarii insimul retinere „ possint quodcumque Beneficium, vel Officium tam in Civitate, quam Diœcesi, quod quomodalibet impediat, vel incompatibile sit cum servitio dicti „ Chori in casu &c. „ Cui responsum fuit - *negative* - nunc itaque tria, quæ sequuntur, Dubia proponimus, quorum duo priorant VI., & VII., quæ nullum responsum habuerunt.

I. *An Hebdomadarii teneantur in suis respective hebdomadit non solum missam Conventualem canere, sed etiam in Officio Hebdomadariorum assistere omnibus horis Canonicis usque ad Completorium inclusive, noctuque respective Nativitatis Domini, necnon diebus Hebdomadæ majoris Lectiones canere, aliaque peragere in servitium Chori, quæ a Magistro Ceremoniarum præscribuntur?* Et quatenus affirmativè.

II. *An omnia præmissa explori etiam debeant per Turnum a Dignitatibus, & Canonicis Præbeandatis, ac Expectantibus in casu &c.*

III. *An sit standum vel recedendum a Decisis quoad Dub. VIII. IX. XIX. XV. XVII., & XVIII.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 15. de Regul. SIPONTINA RESTITVTIONIS IN INTEGRUM: Proposita fuit hæc causa in *Congregatione* habita *die* 28. *Januarii hujus anni*, rescripserunt Eminentissimi Patres - *scribatur Archiepiscopo juxta Instructionem* - Instructio hæc fuit, ut Archiepiscopus „ recognita in libro Parochiali asserta fide Baptismi Oratoris die 22. Julii 1708., referret, quibus præcisis nominibus „ Orator Batizatus fuerit, & factis diligentiis in iisdem libris Parochialibus saltem per triennium ante annum 1708. certioraret, si aliqua adesset partita „ sub iisdem nominibus Baptizati, qui forte fuerit filius Petri Castiliego, qui-

„ que

„ que deceſſerit „ ut verba ipſa ſunt Epiſtolæ ad eumdem Archiepiſcopum ſcriptæ. Mandata diligenter implevit Archiepiſcopus, inſpectiſque libris Parochialibus invenit *die 22. Julii anni 1706.*, quæ eſt dies ſcripta in libro Profeſſionum, non haberi in libris Parochialibus Baptiſma Michaelis Dominici, imo prætermiſſos fuiſſe in iiſdem libris plures dies menſis Julii, & Auguſti anni 1706., quod iis diebus nullus infans luſtrali aqua renatus fuerit. Die 29. Junij anni 1705. deſcriptum eſſe in libris Parochialibus Baptiſma Antoniæ Franciſcæ Joſephæ filiolæ Petri Caſtiliego, & Cathærinæ Piccolo Conjugum, itaut a die 1. Aprilis anni 1703. ad diem uſque 21. Julii 1708., nullus infans maſculus eorumdem Conjugum filius Baptiſmate Juſtratus fuerit: Die vero 22. Julii anni 1708. deſcriptum reperiri Baptiſma Infantis Michaelis Dominici filii Petri Caſtiliego, & Catharinæ Piccolo, qui, inde mutato nomine, Fr. Franciſcus, ſive Innocentius in Ordine Religioſo dictus eſt. Patet itaque apertiſſime vitium Profeſſionis ab eodem emiſſæ contra formam, & tempus a Tridentino definitum, ideoque Ampliſsimi Patres reſpondere poterunt.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmativè.

MILETEN. JURISDICTIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM: Species hujus cauſæ repetenda eſt ex *Filio Congregationis* habitæ *die 28. Januarii hujus anni*, in quo eam dedimus IX. capitibus collectam. Dilationem poſtularunt Rector, Cappellani, Sodales S. *Mariæ de Valle*, & obtinuerunt reſcripto *Dilata ad Primam poſt Agnos*, inde Partium litigantium conſenſu mutata fuerunt duo dubia, quæ in ordine erant III. & VII., nam Cappellani, & Sodales in Actis declararunt nolle de iis diſputare, & contendere; ſuffecta igitur fuerunt alia duo, de quibus controverſia eſt: Poterunt itaque Eminentiſſimi Patres *folium illius Congregationis* iterum conſulere, ut IX., quæ ſubiicimus, dubia definiant. *Seſſ. 5. cap. 2. Seſſ. 7. cap. 7. Seſſ 24. c. 4. de Ref.*

I. *An Cappellanis S. Mariæ de Valle Terræ Galatri liceat conciones, & ſermones ibi per ſe ipſos, aut per alium habere abſque licentia Epiſcopi in caſu &c.*

II. *An iiſdem Cappellanis liceat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicæ Populi adorationi exponere in dicta Eccleſia abſque licentia ejuſdem Epiſcopi?*

III. *An Epiſcopus Mileten. exoratus pro licentia faciendi conſuetas Proceſſiones extra ambitum Eccleſiæ S. Mariæ de Valle cum Santiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & SS. Statuis, & Imaginibus poſſit illam denegare in caſu &c.*

IV. *An deputatus ab Epiſcopo poſſit nomine ipſius aſſiſtere annuæ electioni Procuratoris, ſeu Adminiſtratoris Confraternitatis in d. Eccleſia erectæ.*

V. *An dictus Procurator, ſeu Adminiſtrator a Confraternitate electus debeat ab Epiſcopo approbari?*

VI. *An iſte teneatur annatim reddere rationem Epiſcopo de Adminiſtratione per ipſum geſta?*

VII. *An Cappellani S. Mariæ de Valle poſſint Miſſas ſolemnes, aliaſque functiones in d. Eccleſia S. Mariæ explere diverſis temporibus conſuetis, quibus explentur in Parochiali Eccleſia Terræ Galatri, & illi temporibus quibus explentur in Eccleſiis filialibus d. Terræ in caſu &c.*

VIII. *An Archiepresbyter d. Terræ poſſit ab Eccleſia S. Mariæ ſumere Viaticum, illudque deferre ad Parochianos infirmos, vel potius Capellani valeant id impedire?*

IX. *An idem Archipresbyter debeant habere propriam ſedem in Choro dictæ Eccleſiæ, & poſſit aſſiſtere functionibus ibi peragendis?*

Ad I., II., & IX. Negativè, & amplius. Ad III. Affirmative, concurrentè tamen juſta, & rationabili cauſa, & ampliùs. Ad IV., V., & VI. Dilata. Ad VI. Affirmativè, deſignata per Epiſcopum hora congrua. qua expleri debet in Eccleſia Parochiali, & ampliùs: Ad VIII. Negativè ad primam partem, Affirmative ad ſecundam, excepto caſu neceſſitatis, & ampliùs.

Seſſ. 24. c. 12. de Ref.

GRAVINEN. Data fuit hæc cauſa in *Congregatione* habita *die* 25. tranſacti Menſis Februarii, ſed Ampliſsimi Patres indulſerunt dilationi, quam petebat Canonicus Santomaſius, aliique Capitulares. Proponitur nunc itaque, ut conſulto iterum *folio illius Congregationis*, reſpondere poſsint.

An Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis Gravinen. declarandi ſint Sacerdotales, itaut Canonici non promoti teneantur ſe promoveri facere ad formam Concilii in caſu &c.

Dilata, & ad D. Secretarium, qui mandet compulſari acta.

Seſſ. 23. c. 2. de Ref.

OPPIDEN. Quæſtio hæc, quæ agitur inter Alexandrum Zerbium Protopapam S. Chriſtinæ, & Promotorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Oppidenſis quoad uſum Mozzettæ, quam ſibi aſſerit hic Protopapa, & quoad ſedem diſtinctam in Choro a ſcamnis aliorum de Clero, deducta fuit ad hoc Sacrum Tribunal anno 1722., nam in *Folio Congregantionis* habitæ *die* 14. *Martii illius anni*, quod in lucem hominum editum fuit *Vol. II. Theſau. reſol. Sacræ Congr. pag.* 138. *& ſeq.* inter alia dubia propoſitum fuit III., quo quærebatur, *An dicto Protopapæ liceat ſedere in Choro in ſede coraminis, diſtincta a ſcamno aliorum de Clero in audiendis, ſeu faciendis Concionibus, aliiſque Functionibus Eccleſiaſticis peragendis?* Reſponditque Sacrum Tribunal *Ad III. negative, exceptis tamen concionibus habendis ab ipſo extra Chorum* - & licet in IV. Dubio nihil eſſet de uſu Mozzettæ, legimus tamen in reſponſo ad IV. *Et quoad uſum Mezzettæ coadiuventur Probationes, præfixo termino ſex menſium, & interim non moleſtetur in dicto uſu* - narrat Zerbius in ſuo libello jurium, quem nobis dedit, aliud reſponſum Eminentiſsimorum PP. *in Congregatione* habita *die* 8. *Auguſti* ejuſdem *anni* 1712. quoad ſedem - *Protopapa poſſit ſedere in ſede Coraminis, quando facit exhortationes tamquam Parochus inter Miſſarum ſolimnia dumtaxat* - & quoad Mozzettam - *Ordinarius authoritate ſua provideat, ut Propapa utatur veſtibus gravitatem Sacerdotalem decentibus, & intra ſex menſes coadiuventur probationes circa mozzettam, in cujus uſu interim non moleſtetur* - ſed diligentur inſpectis cauſis omnibus, quæ relatæ fuerunt in *Folium Congregationis diei* 8. *Auguſti anni* 1723. quod impreſſum eſt eodem *Vol. II. Theſaur. Reſol. a pag.* 204. *ad pag.* 220. hanc Cauſam reperire non potuimus.

Narrat etiam idem Zerbius Protopapa preces eum obtuliſſe Sanctiſsimo Principi Benedicto XIII., quibus poſtulabat, ne moleſtiæ ab Epiſcopo inferrentur ob uſum Mozzettæ, *& Sanctiſſimum annuiſſe juxta petita &c.* addita tamen clauſula *dummodo narrata in dictis Precibus veritati nitantur* -- Propoſitaque inde Cauſa in *Congregatione* habita *die* 17. *Novembris anni* 1725. reſpondiſſe Sacrum Tribunal -- non verificari expoſita Summo Pontifici, & „ ſic non competere uſum Mozzettæ, licere tamen Alexandro deferre habi-

tum

„ tum Notarii non participantis in diebus, & functionibus juxta Decreta Sa-
„ cræ Congregationis Rituum, & amplius -- sed in *Thesauro Resolt. Sac. Con-
greg. Vol. III.* invenitur habitam fuisse Congregationem *die* 17. *Novemb.* at
in *illius Congregationis Folio* impresso a *pag.* 225. *ad pag.* 235. Causa hæc
Oppiden. descripta non legitur. Quidquid itaque harum rerum sit, Protopa-
pa asserit factam sibi fuisse potestatem Jura sua iterum proponendi, ideoque
perpensis iis, quæ dat in libello Jurium, nam a Promotore Fiscali Curiæ
Episcopalis Oppidensis nihil habuimus, decernere poterunt Eminentissimi
Patres.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die* 17. *Novembris* 1725. *quoad
usum Mozzettæ.*

II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis, seu potius sit locus reintegra-
tioni Stalli in Choro commutati cum Sede Coraminis in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

CONSTANTIEN. Canonicatum Collegiatæ Ecclesiæ S. Margeritæ Wald- *Sess.* 24. *c.* 1.
kirchii Constantiensis Diœcesis obtinuit Godefridus Stapff. Professor pu- *de Ref.*
blicus in Accademia Friburgi Brisgoviæ, pactis, & conditionibus quibusdam
inter eum, & Capitulum in actu electionis conventis, & præsertim, ut per
Vicarium præstare servitium posset Ecclesiæ, exceptis Festis diebus solemnio-
ribus, quibus per se ipsum interesse deberet, & confessiones Fidelium exci-
pere teneretur. Post quæsitum Canonicatum dejectus, deturbatusque fuit
Godefridus e Cathedra Accademiæ, & ad eam repetendam Viennam Austriæ
perrexit, ut jus, & honestatem suam tueretur. Sed pendet adhuc post quin-
quennium lis hæc inter eum, & Accademiam indefinita in Aula Imperiali.
Hinc Capitulum Vvaldkirchii tam diuturnam indignatus absentiam, quæ etsi
ex justa causa proveniat, non Ecclesiæ tamen, sed proponæ utilitatem respi-
ciat, absentem Canonicum ad servitium præstandum revocavit. Godefridus,
cum causam deferere neque utile, neque sibi honestum putaret, preces obtulit
Sacratissimo Principi nostro, quibus rem omnem narravit, postulavit remis-
sionem personalis residentiæ, dum lis penderet, cum servitium Ecclesiæ ex
pacto convento per Vicarium præstaretur, cum ageretur de simplici Bene-
ficio, cum jure Canonico data sit Professoribus immunitas a Residentia, &
pro præsentibus habeantur. Data fuit hujusce postulationis cognitio Ampliss-
simis Patribus, auditoque Episcopo Constantiensi, qui errare dixit Godefri-
dum, dum asservit Canonicatum esse simplex Beneficium, cum Ecclesia Col-
legiata curam habeat animarum adnexam, censuitque indulgeri eidem posse
Gratiam ad annum, quo elapso, revocandum esse remediis Juris. respon-
derunt Eminentissimi Patres -- *Pro Gratia ad annum absque spe ulterioris
dilationis* -- Cum autem anni terminus urgeat, Godefridus duo, quæ subiici-
mus, dubia disputanda proposuit, quæ contra eum definiri postulat Capi-
tulum Vvaldkirchii, dato libello, quo probat cogendum esse ad personalem
residentiam; nec excipiendæ ex hoc libello rationes ejus videntur, cum quæ
in hac materia residentiæ proponi possunt, omnibus cognitissima sint. A Go-
defrido nondum libellum Jurium habuimus: Dubia quæ proponuntur, sunt.

I. *An Canonicus Stapff teneatur ad personalem residentiam, seu potius valeat
alium substituere in casu &c.*

II. *An tempore absentiæ participare valeat de omnibus distributionibus, tam
ordinariis, quam extraordinariis, prout participant cæteri Canonici
interessentes, seu quomodo sit providendum in casu &c.*

AUXIMANA ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ: Latifundium possidet *Sess.* 21. *c.* 4.
Pius Puccettus in Territorio Castri Apignani Diœcesis Auximanæ, quod *de Ref.*
perpetuo incolunt plures Coloni; Cum vero distet a Castro, & inter Lati-
fundium,

fundium, & Castrum fluat quidam fluvius, cui nomen *Menòcchia*, accidit, ut Coloni non hujus tantum Latifundii, sed aliorum etiam vicinorum, hyemali tempore, aliisque anni tempestatibus, quibus pluviæ ingruunt, non possint fluvius largis imbribus auctum superare, ut ad audiendum sacrum, aliaque Divina Officia in Ecclesia Parochiali Castri Apignani præsentes sint. Huic malo ut medicinam pararet Pius Puccettus, voluit in suo Latifundio publicam ædificare Ecclesiam, in qua Cappellanus onus haberet sacrum singulis diebus agendi, & ne pueri fraudentur fructu Christianæ Cathechesis, teneretur eam diebus festis docere. Veniam itaque publicam hanc Ecclesiam ædificandi petiit ab Episcopo Auximano, qui noluit concedere; confugit ad hoc sacrum Tribunal a quo, ut fieri solet, auditus fuit Episcopus. Respondit narrata a Puccetto nullius esse momenti; hinc Amplissimi Patres die 27. Augusti anni 1746. Puccetti postulationem rejecerunt. Cum autem ea, quæ narrantur a Puccetto, testificationibus plurium Testium Colonorum, qui Latifundia illa accolunt, comprobentur, & charta Topographica, Dubium nunc ab eodem Puccetto Eminentissimi Patribus proponitur definiendum, postulatque pro facultate ædificandi Ecclesiam responderi.

Urget enim nulli esse negandam facultatem ædificandi novam Ecclesiam, si Episcopi consensus accedat, & si nova antiquæ Ecclesiæ detrimentum non inferat, ut est *in can. nemo can. Placuit de Consecrat. distinct.* 1. *cap. Ad hæc de Religios. Domib.*, & jure etiam civili constitutum est in *Auth. de Ecclesiis* §. *Si quis autem, collat.* 9., *& in Auth. de Monachis* §. *Illud igitur collat.* Quod si Episcopus nulla ratione veniam hanc neget; appellari posse ad Judicem, qui vel ædificandi facultatem dabit, vel Episcopum compellet, ut præstet ædificationi consensum *Barbosa de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *de Eccles. ædific. sub num.* 5. *Ventrigl. in Praxi vol.* 2. *annot.* 17. *sub num.* 3. *clar. me. Card. Petra vol.* 1 *ad Constit. Pascbalis* 11. *sect.* 1. *num.* 11. *fol.* 383. nullam vero justam causam ab Episcopo proponi responso illo suo *narrata nullius esse momenti*, nam, quæ facti sunt, testibus probantur, aliisque etiam probationibus vera demonstrari possunt, ideoque rem omnem deducendam esse ad detrimentum veteris Ecclesiæ, seu Parochialis Castri Apignani; detrimenta hæc numerat *Ventriglia dicto vol* 2. *annot.* 17. *num.* 4. quorum nullum in casu nostro locum habeat. Plura alia urget Puccettus, quæ Patres Amplissimi in libello legere poterunt; neque a Parocho Castri Apignani, neque a Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Auximanæ, quidquam habuimus: Dubium est.

An sit permittenda Ædificatio novæ Ecclesiæ in casu &c.

Sess. 24. *c.* 5: *de ref. Matr.*

BRACAREN. DISPENSATIONIS MATRIMONII: Ex longa triginta annorum consuetudine, quam Joannes Carnero de Azevedo habuit cum Clara Theresia de Almeyda, qua cum quarto consanguinitatis gradu jungebatur, tres suscepisse liberos fertur, Joannem, Aloysium, & Hyacinthum. Johannem natu majorem legitimari curavit Pater anno 1710. a Collegio Archivi, & rursus anno 1712. Rescripto Sereniissimi Regis, Aloysium pariter legitimari curavit ab eodem Collegio Archivi Urbis, & in literis utriusque Legitimationis datis a Collegio Archivi solita adjecta fuit formula -- *Absque præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso* -- Gravi tandem correptus morbo Joannes Carnero Pater naturalis anno 1731. in animum induxit Matrimonium cum sua Clara Theresia contrahere; at cum eo tempore dissidia essent inter Aulam Romanam, & Lusitanam, non potuit dispensationem Apostolicam impetrare. Postulavit igitur a Capitulo Bracarensi, quod, Sede Archiepiscopali vacante, Jurisdictionem exercebat, dispensationem a denunciationibus, atque ab eodem impedimento; sed negavit Capitulum. Joannes itaque, cum nullum aliud pateret diffugium, coram Parocho, qui ad ministrandum extremæ Unctionis Sacramentum accesserat, Matrimonium re ipsa contraxit cum eadem Clara, fugiente Parocho, metu, atque horrore

perculsus, & Joanne[s] paucos post dies Testamentum scripsit, quo filios hoſce suos, quos ex Cla[ra] Theresia susceperat, universales instituit hæredes. Hi filii ex testati causa possessionem nacti sunt non bonorum tantum liberorum, & eorum, quæ Juri[s] erant emphyteotici, quæ vocant *Prazos*, & quorum aliqua venerant in Testatorem ex hæreditate Sacerdotis Joannis Carnero, qui institutis hæredibus tribus filiis fratris sui, quos inter erat Testator, eos invicem substituerat, si sine filiis legitimis, & naturalibus aliquis eorum decessisset; sed etiam possessionem nacti sunt aliorum bonorum, quæ subjecta erant fideico missis aliis, seu ut vocant *vinculis*: ideoque Antonius de Sá Carneyro duo movit, instituitque contra hos filios, & possessores Judicia: Primum, nullitatis matrimonii a Joanne contracti cum Clara Theresia, & post quatuor sententias, re tandem judicata, declarata fuit ejusdem Matrimonii nullitas, eaque re judicata iidem filii post matris obitum usi sunt: Alterum Immissionis ad bona subjecta fideicommissis, seu vinculis, & pariter post longam litem, & quatuor sententias obtinuit immissionem, & eorum possessionem accepit. His itaque confectis, iidem filii, & hæredes instituti preces obtulerunt Summo Pontifici, ut dispensationem indulgeret *in radice* Matrimonii ab eorum Patre nulliter contracti ante obitum, ut ita declarari possent legitimi ab initio, dataque hujus postulationis cognitione Amplissimis Patribus, auditus fuit Archiepiscopus Bracarensis, & nunc causa definienda proponitur.

Quæ habeat Martinus de Sà Carneyro Antonii filius, qui, morte obita a Patre, in hæc bona successit, quæ Pater a filiis naturalibus Joannis vindicavit, ut eos repellat a dispensatione, quam postulant, legent Eminentissimi Patres in libello Jurium, quem dedit. A filiis naturalibus nihil hactenus habuimus: Dubium est.

An sit consulendum Santissimo pro concessione Dispensationis Matrimonii in radice in casu &c.

Die Sabbathi 20. Maij 1747.

QUÆ in ultima Ordinis Amplissimi *Congregatione* habita *die 6. hujus mensis*, vel ad hanc *Congregationem* dilatæ sunt, vel proponi non potuerunt, Causas hic subjicimus, ut Eminentissimi Patres, *Folio illius Congregationis* iterum perspecto, earum Dubia nunc expediant.

VENAFRANA PLURIUM, cujus tria sunt capita.

I. *An Hebdomadarii teneantur in suis respective hebdomadis non solum missam Conventualem canere, sed etiam in Officio Hebdomadariorum assistere omnibus horis Canonicis usque ad Completorium inclusive, noctuque respective Nativitatis Domini, necnon diebus Hebdomadæ majoris Lectiones canere, aliaque peragere in servitium Chori, quæ a Magistro Ceremoniarum præscribantur?* Et quatenus affirmative. *Sess 24. c. 12. de Ref.*

II. *An omnia præmissa expleri etiam debeant per Turnum a Dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac Expectantibus in casu &c.*

III. *An sit standum vel recedendum a Decisis quod Dub. VIII. IX. XIX. XV. XVII., & XVIII.*

Dilata ad sequentem.

OP-

Sess.23. c.2. de Ref. OPPIDEN., in qua duo Dubia disputantur.

I. *An sit standum, vel recedendum à Decisis sub die 17. Novembris 1725. quoad usum Mozzettæ.*

II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis, seu potius sit locus reintegrationi Stalli in Choro commutati cum Sede Caminis in casu &c.*

Dilata, & proponatur, citato legitimo Procuratore Promotoris Fiscalis.

Sess.24.c.12. de Ref. CONSTANTIEN., cujus Dubia sunt.

I. *An Canonicus Stapff teneantur ad personalem residentiam, seu potius valeat alium substituere in casu &c.*

II. *An tempore absentiæ participare valeat de omnibus distributionibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, prout participant cæteri Canonici interessentes, seu quomodo sit providendum in casu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, & Negative ad secundam. Ad II. Negative extra casus à Iure permissos.

Sess.21. c.4. de Ref. AUXIMANA ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ, quæ unum habet Dubium.

An sit permittenda Ædificatio novæ Ecclesiæ in casu &c.

Episcopo pro meliori informatione, audito Parocho.

Sess. 24. c.5. de ref. Matr. BRACAREN. DISPENSATIONIS MATRIMONIJ, quæ pariter unum gabet caput.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Dispensationis Matrimonii in radice in casu &c.

Negative.

Sess.25.c.19. de Ref. BRIXIEN. RESTIUTIONIS IN INTEGRUM. Data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die 19. Novembris anni 1746.*, sed ea die *dilata* fuit *ad sequentem Congregationem*: Proposita itaque *die 10. Decembris ejusdem anni* responsum fuit -- *Dilata, & coadjuventur Probationes, & examinetur Orator* -- omnibus expletis, Causa nunc proponitur, ut Eminentissimi Patres decernant.

An *sit concedenda restitutio in Integrum in casu &c.*

Affirmative.

Sess.15. c.1. de Ref. SARNEN. Postulavit ab Episcopo Sarnensi Sacerdos Palmerius Calabrese Canonicus Theologus Collegiatæ Ecclesiæ *S.* Matthæi Civitatis Sarni, ut ex dispositione notissimæ Constitutionis Optimi Pontificis Benedicti XIII., cujus initium est -- *Pastoralis* -- ejusdem Præbendæ Theologali uniretur Beneficium

cium ſimplex annui fructus Ducatorum ſex, quod vacabat ex cauſa obitus Canonici Vincentii Barbaroli. Ratio poſtulationis erat, quod redditus Præbendæ ſuæ Theologalis non aſcenderent ad annua ſcut. 60. monetæ Romanæ, ut in eadem Conſtitutione definitum fuit. Addidit, ut ſi ſecus fieret, & Beneficium alicui conferretur, appellabat ad hoc Sacrum Tribunal. Epiſcopus Beneficium contulit Vicario ſuo Generali Nicolao Martinellio: Canonicus Theologalis appellavit ad Ampliſsimos Patres, & auditus fuit, ut ſolet ſemper, Epiſcopus, qui reſpondit Canonicum Theologalem habere redditum ſcut. 60., quia fructibus Præbendæ Theologalis addendi ſint Ducati circiter triginta annui, qui a ſingulis Canonicis percipiuntur ex decimis, & cura animarum, quæ eſt apud Capitulum. Contra Palmerius monſtrat Epiſcopum nulliter contuliſſe Beneficium ob appellationem ad hoc Sacrum Tribunal interpoſitam: redditus Decimarum, & Curæ non excedere annuos Ducatus quindecim, uno tantum anno reddidiſſe ſummam, quam dicit Epiſcopus, quod non ſatis eſt, ſed requiri decennium; Et ſi hæc eſſet verus annuus redditus Curæ, non tamen ullam habendam eſſe rationem hujus redditus, quia hæc emolumenta adſcripta ſunt diſtributionibus quotidianis, ideoque non eſſe reputanda inter fructus Præbendæ Tgeologalis, quia ea capiat tamquam ſtipendium ſervitii, non vero uti fructus Præbendæ ſuæ. Quæ habeat Promotor Fiſcalis, & Vicarius Martinellius ignoramus, cum nihil ab iis hactenus habuerimus. Dubia, quæ proponuntur, duo ſunt.

I. *An Proviſio, & reſpective Poſſeſſio controverſi Beneficii facta ab Epiſcopo in excluſionem moderni Canonici Theologi Eccleſiæ Collegiatæ Sarnen. ſubſtineatur in caſu &c.*; & quatenus negative.

II. *An idem Beneficium, de quo agitur, uniendum ſit Præbendæ Theologali prædicti Canonici Theologi in caſu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. proviſum in primo.

ALIBINTILIEN. ORATORIJ: Ad Ampliſsimos Patres confugerunt Paſchalis Galeanius, & Cajetanus Fenoglius Cives Albintimilienſes adverſus Epiſcopum illius Eccleſiæ: Hi ſanguine conjuncti, cauſa fere ſimilis, niſi quod durior fuerit Cajetani Fenogli conditio: Diſiunctis itaque cauſis de unoquoque agemus: de Galeanio prima hæc eſt; ſequens erit de Fenoglio. Narrat Galeanius obtinuiſſe ab Optimo Pontifice Clemente XI. infirmitatis Cauſa privilegium privati Oratori tum Ruri, tum in Urbe: Confirmata valetudine, contractiſque nuptiis cum Maria Fauſtina Fenogli, obtinuiſſe a Clemente XII. Pontifice Maximo nouum Privilegium abſolutum Oratorii privati, quod nobilibus concedi ſolet, quo comprehendebantur, & Uxor, & Filii, quodque exequutum fuit ab eo, qui tunc Eccleſiæ præerat, Epiſcopo. Ampliavit inde Ædes ſuas Galeanius, & in aptiorem, ac commodiorem locum transferre voluit Oratorium, ædificioque abſoluto, petiit ab Epiſcopo Benedictionem, & ſacra in eo habendi veniam. Negavit Epiſcopus offenſus Familiis Galeaniæ, & Fenogliæ ex Cauſa acta in Sac. Congregatione Rituum ob translationem, quam ipſe facere voluerat diei Feſti S. Secundi Civitatis Patroni. Confugit igitur Galeanius ad hoc Sacrum Tribunal, & auditus Epiſcopus reſpondit Galeanium vili, ſordidaque mercatura addictum Privilegium hoc, quod nobilibus dumtaxat indulgetur, non mereri. Hæc cauſa, quæ etiam Fenoglio communis eſt, ut ſtatim dicemus, potior eſt omnium, quas proponit Epiſcopus; cæteræ ſiquidem non tanti ſunt, ut debeant referri. At reſpondet Galeanius exceptionem hac, ſi vera eſſet, nihil ad rem pertinere; non enim hic agitur, ut inquiramus, an Pontifex fuerit deceptus aſſertiva nobilitatis, & ob id neget Epiſcopus exequi literas Pontificias, qui caſus erat in *Fanen. Oratorii* data in *Folio Congregationis* habitæ *die* 14. *Maij* 1746.; ſed

ſeſs. 22. decr. de obſerv. & evit. in celeb.

res est de Privilegio exequuto, de Oratorio existenti in una Ædium parte, & in aliam, transferendo, itaut disquisitio hæc nobilitatis non spectet ad rem præsentem, sed ad aliud Judicium instituendum, ut adimatur hoc Privilegium jam datum, & exequutum. Quod si de nobilitate ad hunc, de quo res est, effectum inquiri deberet, monstrat Galeanius falsitatem vilissimorum Testium, qui asserverunt eum sordido mercaturæ genere addictum esse. A Promotore Fiscali nihil habuimus: Unum Causæ hujus caput est.

An constet de legitimis causis denegandi Benedict. novi Oratorij, & licentiam lebrandi in eo recenter constructo, & subrogato in locum alterius sub eodem Tecto, & Indulto Apostolico jam existentis, seu potius injungendum sit Ordinario, ut Visitationem, & Benedictionem expleat, ac Licentiam celebrandi concedat in casu &c.

Nègative ad primam partem, & Affirmative ad secundam.

Sess. 22. decr. de observ. & evit. in cel eb Miss.

ALBINTIMILIEN. SUSPENSIONIS ORATORIJ, ET CENSURARUM: Ut diximus in Causa præcedendi, confugit etiam ad hoc Sacrum Tribunal, tamquam ad Juris Asylum Cajetanus Fenoglius obtinuisse cum Uxore sua a Sacratissimo Principe, & Pontifice nostro assertiva nobilitatis Domesticum Oratorium anno 1740. Privilegium exequutioni mandatum fuit a Vicario Capitulari; Anno 1743. Oratorium illud visitavit Vicarius Generalis hujus, qui nunc Ecclesiæ præest, Episcopi, quique deserta Civitate, & Cathedrali sua Sedem transtulit in Mentoni Oppidum, quod octavo lapide ab Urbe distat, via asperrima, & difficillima, rupibus teterrimis abscisis. Declaravit Vicarius Generalis Oratorium decore ornatum esse, Sacraque Suppellectili instructum; ortis inde disidiis inter Episcopum, & Magistratum Civitatis, in quo erant Fenoglius, & Galeanius ob translationem Festi S. Secundi, ut in alia causa præcedenti dicebamus, repente nulla citatione, nulla monitione præhabita, valvis Ecclesiæ Cathedralis affixum fuit Præceptum Episcopale, quo „ dignis de Causis, de quibus rationem reddemus Deo, & „ Sanctæ Sedi Apostolicæ „ injungebatur Cajetano Fenoglio, ne sub excommu„ nicationis latæ sententiæ pœna deinceps Missam celebrare faciat in Orato„ rio domus suæ, & infra sex horas sub eadem pœna consigent Vicario Gene„ rali Petram Sacratam, Patenam, Calicem, aliasque Sacras Suppellectiles „ Adversus hoc præceptum intra terminum sex horarum appellationem interposuit Fenoglius coram honestis Viris, & quia Promotor Fiscalis urgebat ob non traditas res sacras, iterum appellavit per Procuratorem specialiter constitutum a Decreto termini dierum duodecim pro relaxione Censurarum: sed Episcopus, omnibus spretis, nullaque præmissa citatione, definitive decrevit „ „ Cajetanum Fenoglium incursum in pœnam excommunicationis majoris sibi „ reservatæ „ & inde affixi fuerunt *Cedulones* valvis Ecclesiæ Cathedralis.

Genuam petiit Fenoglius Jurisperitos hac de re consulturus, qui responderunt spolium ab Episcopo commissum esse, censuras injustas, nullasque uti latas post appellationem, ideoque impune sperni posse. Patriam itaque repetens FenogliusSac. affuit semel aut vis, nonnullosque nobiles, Patricioque Genuenses convenit; monitus inde literis Roma acceptis, Censuras nullas licet, injustasque timendas esse, a Civitate recessit, Sacrisque audiendis abstinuit; Preces inde obtulit Sacro huic Tribunali, quibus rem omnem diligenter, nihilque dissimulans narravit. Absolutionem indulserum Eminentissimi Patres cum reincidentia post tres menses, & Epistola ad Episcopum data fuit, ut rem omnem referret, & causam aperiret suspensionis Oratorii. Respondit Episcopus, nec tamen causas aperte refert; quantum vero ex his quæ habet, cognosci potest tres sunt, loci ignobilitas, vilis, & sordida mercatura quam exerceri dicit Fenoglio, duas familias Galeaniam, & Fenogliam sibi inxensas

esse,

esse, & irreverentes. Proponi post hanc Epistolam causa potuisset, sed impedimento fuit cognitissima calamitas Belli, quæ Regionem illam perturbat; Interim, qui primum Jura Promotoris Fiscalis defendebat in judicio, declaravit non esse illius Procuratorem; Rescripserunt itaque Patres Eminentissimi, *scribatur Episcopo pro præfixione termini juxta petita*. Respondit Episcopus in ea esse sententia, quam aperuerat prima Epistola, ideoque nihil opus esse, ut terminum Promotori præscriberet. Causa nunc proponitur, & satis strenue Fenoglius nullitates, ac injustitiam Censurarum monstrat, spolium commissum præcepto illo, errores que Episcopi tum quoad Civitatem, quæ nobilis est, tum quoad vilem, sordidamque mercaturam, quam numquam Fenoglius exercuit, tum denique quoad irreverentiam utriusque Familiæ, ut plenius cognoscere poterunt Amplissimi PP. ex ejus libello. Promotor Fiscalis nihil hactenus dedit. Causæ capita duo sunt.

I. *An subsistineantur Præceptum Ordinarij in casu &c.*
II. *An constet de nullitate, & injustitie Censurarum in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Censuras non substineri

Die Sabbati 17. Junij 1747.

LEODIEN. CONFIRMATIONIS CONCORDIÆ: Data primum fuit hæc Causa *in Folio Congregationis* habitæ *die* 2. *Junii anni* 1742., quod extat *Vol. XI. Thes. Resol. Sac. Congreg. p.* 99. Quærebatur Primo Dubio -- An „ Concordia inita inter Decanum ex una, & Capitulum S. Petri Leodiensis ex „ altera sit confirmanda in casu &c. -- Responderunt Eminentissimi Patres -- *Affirmative* -- Iterum proposita Causa *in Congregatione* habita *die* 21. *Novembris anni* 1744. Rescripserunt Amplissimi Patres -- *Dilata, & scribatur juxta instructionem* -- ut in eodem *Thesaur. Resolut. Vol. XIII. pag.* 184., *& seqq.*; Instructio erat ut Officialis Leodiensis convocaret Capitulum & exquireret Capitularium voluntatem, an vellerent Censerent Transactionem initam cum Decano Morayken confirmandam esse, vel impugnandam, utque audiretur sententia animi Eminentissimi Episcopi Leodiensis. Rogatis itaque Capitularibus, decem, & septem confirmandam, probandamque Transactionem censuerunt; contra quinque putarunt improbandam: Unus animi sui sensum aperire noluit: Officialis longum scripsit responsum, quo monstrat Transactionem esse comprobandam, & respondet rationibus Sacro huic Tribunali propositis in Libello Juris dato a dissentibus: Eminentissimus Episcopus in eadem sententia est, & Officialis responso *adhæret*. Proponuntur nunc itaque Amplissimis Patribus definienda duo illa Dubia, quæ *in Congregatione diei* 21. *Novembris anni* 1744. definita non fuerunt. *Sess.* 22. *c.* 4. *de Ref.*

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis die* 2. *Junij* 1742. *in casu &c.*
II. *An expensæ in Causa hactenus factæ, aliæque in posterum faciendæ submini-strandæ sint ex massa communi in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

BERGOMEN. ORDINATIONIS, SEU LITERARUM TESTIMONIALIUM. Species huius Causæ repetenda est *ex Folio Congregationis habitæ die* 18. *Junii superioris anni* 1746., qua die placuit Amplissimis Patribus Dubii proposiți definitionem differre, & adiicere -- Orator se subiiciat „ novo examini coram Metropolitano in casu, de quo agitur „ Implevit Am- *Sess.* 23. *c.* 15. *& 16. de Ref.*

brosionus, quæ mandata fuerant „ & post longuis examen de litteratura, scien-
„ tia, & idonceitate pro Sacrum Ordinibus usque ad presbyteratum inclusive
„ sortitus est vota favorabilia quatuor, adversa duo „ ut verba sunt actorum coram Archiepiscopo Jadrensi Metropolitano. Postulat nunc itaque Ambrosionus Dubium tunc propositum definiri.

An Episcopus Bergomen. teneatur concedere testimoniales literas pro Ordinatione Josephi in casu &c.

Affirmative.

Sess.22.Decr de' Evit., & Obser. in Celebr. Miss.

ABELLINEN. ELEEMOSYNÆ MISSÆ CONVENTUALIS: In hac Causa, quæ toties proposita fuit, & in qua variavit Sacrum Tribunal, propositum fuit *in Congregatione* habita *die 15. Aprilis hujus anni* Dubium -- „ An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis -- Et responderunt Amplissimi Patres -- *in primo loco Decisis* -- iterum nunc pugna instauratur, ut cognoscendum sit.

An sit standum, vel recedendum ab ultimo loco Decisis in casu &c.

In ultimo loco decisis, & amplius.

Sess.24.c.12. de Ref.

VENAFRANA PLURIUM: Dilationem in hac Causa postulantibus utriusque Partis Canonicis, tum *in Congregatione* habita *die 6.*, tum in alia *diei* 20. transacti Mensis Maii, dulta fuit *ad hunc Congregationem* dilatio ab Eminentissimis Patribus, ideoque nunc tria, que sequuntur, illius Capita subiicimus.

I. *An Hebdomadarii teneantur in suis respective hebdomadis non solum Missam Conventualem canere, sed etiam in Officio Hebdomadariorum assistere omnibus horis canonicis usque ad Completorium inclusive, noctuque respective Nativitatis Domini necnon diebus Hebdomadæ majoris Lectiones canere, aliaque peragere in servitium Chori, quæ a Magistro Cæremoniarum præscribuntur?* Et quatenus affirmative.

II. *An omnia præmissa expleri etiam debeant per Turnum a Dignitatibus, & Canonicis Præbendatis, ac Expectantibus in casu &c.*

III. *An sit standum vel recedendum a Decisis quoad Dub. VIII. IX. XIV. XV. XVII., & XVIII.*

Dilata, & scribatur Episcopo pro plena Informatione, & signanter super Solio.

Sess.22.Decr de Evit. & Obser. in Celeb. Miss.

MILETEN JURISDICTIONIS: Proposita fuit hæc Causa *in Congregatione* habita *die 6.* transacti *mensis Maii*, & IX Capitibus collecta erat: Tribus ex his, quæ erant in Ordine IV. V. & VI. responsum fuit -- *Dilata* -- cætera definita fuerunt. Damus nunc itaque novo ordine tria hæc Dubia, ut, quod expectant, responsum accipiant.

I. *An deputatus ab Episcopo possit nomine ipsius assistere annuæ electione Procuratoris, seu Administratoris Confraternitatis in Ecclesiæ S. Mariæ de Valle erectæ?*

II. *An dictus Procurator seu Administrator a Confraternitate electus debeat ab Episcopo approbari?*

III. *An iste teneatur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

FIR-

FIRMANA JURIUM PAROCHIALIUM: Cum in Cappella S. Antonini Ecclesiæ Parochialis Montis Raynaldi ex dispositione Fundatoris, cui convenit alia Ansumi Justiniani, annua quædam Officia, & Sacra etiam cum cantu agenda sint, idque pariter singulis anni implendum sit in Oratorio S. Mariæ Misericordiæ, quod est intra fines ejusdem Parochiæ, ex dispositione Leonardi Justiniani, mos hactenus fuerat, ut vocarentur ad Officia, sacraque solemnia agenda Sacerdotes Montis Raynaldi, & Parochus. Variarunt nuper ab hoc more Rector Cappellæ S. Antonini, & hæreces Leonardi Justiniani, qui jus sibi esse putarunt deposito Parocho, & Sacerdotibus Montis Raynaldi, exteros, quos vellent, Sacerdotes vocandi Displicuit hoc Parocho Ferdinando Marcantonii, & cum res ad hoc Sacrum Tribunal delata fuerit, ad controversias omnes præcidendas Causa omnis VII collecta Capitibus, audito jam Archiepiscopo, Eminentissimis Patribus definienda proponitur. *Sess 25. c. 14. de Ref.*

I. *An liceat Rectoris Cappellaniæ S. Antonini, & Animarum purgantium Erect. in Ecclesia Parochiali per se ipsum, vel per alios Sacerdotes sibi benevisos canere Missas, in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & Ansuino Justiniano, & uti suppellectilibus ejusdem Cappellæ, ac propriis utensilibus, seu potius Missæ privative canendæ sint a Parocho*, & quatenus Affirmative ad secunda partem.

II. *An idem Parochus teneatur recipere utensilia, & suppellectilia ab eodem Rectore, sive potius ei uti liceat utensilibus, & suppellectilibus propriis ejusdem Ecclesiæ Parochialis?*

III. *An & quæ Eleemosyna debeatur Parocho in utroque casu?*

IV. *An & quæ Eleemosyna debeatur Parocho canenti Missam in Officiis Animarum Purgantium ex Elecmosynis quæstuatis.*

V. *An liceat Parocho recipere ex pecuniis quæstuatis ob 25. pro cera, sive potius eadem cera emenda sit ex dictis pecuniis quæstuatis?*

VI. *An heredibus Leonardi Justiniani liceat celebrari facere in Altari sub invocatione S. Liborii existen. in Ecclesia S. Mariæ Misericordiæ extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, seu potius invitari debeant Sacerdotes Terrigenæ pro Missis lecti, & Missa cantata in d. Anniversario cantari debeat privative a Parocho*, & quatenus Affirmative ad secundam partem.

VII. *An Parochus possit uti propriis suppellectilibus deferendis ex sua Parochiali, seu potius uti debeat suppellectilibus propriis d. Cappellæ in casu &c.*

Dilata, & exhibeantur fundationes.

FLORENTINA: Præcepit Archiepiscopus Florentinus die 4. Augusti superioris anni 1746. Sacerdoti Bartholomeo Tassi Canonico Collegiatæ Ecclesiæ S. Frediani Florentiæ, ne quavis causa accederet ad ædes sororum Anguellium, *nec cum eis, & qualibet earum singulatim in quovis alio loco simul staret, vel conveniret sub pœna scutorum 50. Locis Piis applicandorum*, & districtionis personalis. Appellarunt ab hoc præcepto Canonicus, sorores, earumque frater Cajetanus Anguelli ad Nunciaturam Apostolicam, admissa appellatione in *suspensivo*, qua de re correptus fuit Auditor Nunciaturæ Epistola sacri hujus Tribunalis. Præceptum revocatum fuit sententia Nunciaturæ Apostolicæ, quæ rejecerat postulationem Promotoris Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis, ut causa cognosceretur *de voto unius, vel plurium Assessorum de consensu partium eligendorum*. Provocavit ab hac sententia Promotor Fiscalis ad hoc Sacrum Tribunal, qui urget simile præceptum injunctum sororibus a Magistratu Laico, testimonium Parochi de scandalo viciniæ ob frequentem *Cess. 25. c. 12. de Ref.*

quentem Canonici acceſſum ad ædes ſororum, vitam Canonici non laudabiliter anteactam. A Canonico, ſororibus, earumque fratre poſt hæc ſcripta libellum Jurium habuimus, ut rationes excerpere datum non fuerit: Dubium eſt.

An præceptum de nonconverſando ab Archiepiſcopo injunctum ſubſtineatur, ſive potius ſententiam lata per Nunciaturam Apoſtolicam in caſu &c.

Non eſſe locum revocatione præcepti niſi arbitrio Archiepiſcopi.

Seſſ. 24. c. 12. de Ref.

TUDERTINA DECIMARUM: Diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſſione Archiepresbyteri Parochialis Eccleſiæ S. Felicis Oppidi Maſſæ Jus nacti fuerant exigendi a Populo annuam prædialem Decimam ſive in ſpecibus tritici, & multi, ſive in obulis 30. Cum anno 1612. Archiepresbyter in Jus vocaſſet Oppidanos aliquot, qui Decimam non ſolverant, commota eſt Univerſitas, actaque lite vicit Archiepresbyter, & controverſia tranſactione ſopita fuit anno 1616., pacta conventa fuerunt, ut quiſquis Maſſæ domum, aliudve immobile corpus poſſideret, ſolveret Decimæ nomine obulos 25. qui ſolam domum obulos 15., qui ſolum prædium obulos 25., qui neque demum, neque prædium haberent obulos 10.: Placuit pauperes immunes eſſent, Cenſus loco prædiorum. Tranſactionem Beneplacito Apoſtolico comprobatam fuiſſe creditur, nec deeſſet aliqualis probatio: ſervata tranſactio eſt ad hæc uſque tempora; ſed paulatim detrimentum ſenſere Archiepresbyteri, nam mutatis rerum dominiis, qui bona acquirebant, negabant duplicem ſolvere Decimam, hinc decrevit redditus annuus Archiepresbyteri, itaut deductis oneribus, & impenſis vix pro Rectore ſuperſint annua ſcut 29. 49.. Ut malo hinc medicinam pararet Dominicus Antonius Biaginus, qui nunc Archiepresbyteratu fungitur, preces obtulit ſacratiſſimo Principi noſtro, a quo cauſæ hujus cognitio Ampliſſimis Patribus data fuit: Audito igitur Epiſcopo reſcriptum eſt cauſam proponi *Citata Communitate, aliiſque intereſſe habentibus*: Omnibus impletis, IV. nunc Dubia proponuntur ab Eminentiſſimi Patribus expedienda.

I. *An Bona, quæ anno 1616. remanſerunt per concordiam affecta certo oneri decimarum tranſierint ad alienas manus cum onere ſuo, itaut moderni Poſſeſſores illorum licet ſolventes Decimas pro bonis in antea poſſeſſis teneantur pro bonis poſtea quæſitis ad novam Decimarum ſolutionem pro quantitate ſolvi ſolita ab antiquis illorum reſpectivis Poſſeſſoribus?*

II. *An ab hujuſmodi ſolutione eximantur Clerici pro bonis eiſdem poſt concordiam in Patrimonium ſacrum aſſignatis, & PP. tertii Ordinis, aliaque loca Pia d. Terre pro bonis quocumque titulo quæſitis.*

III. *An Particulares, qui de tempore concordiæ nulla bona poſſidebant teneantur ad ſolutionem Decimarum ad taxam concordiæ pro bonis poſtea quæſitis, etiamſi acquiſitio non eſſet niſi de rata tantum Bonorum, altera remanente penes antiquum Poſſeſſorem adhuc ſolventem Decimas in eadem quantitate,* & quatenus affirmative ad I. & III., & negative ad II.

IV. *An dicti Particulares Laici, & Eccleſiaſtici, etiam Regulares, & Loca Pia d. Terræ teneantur Parocho ad ſolutionem Decimarum præteritarum, & non ſolutarum a die Rectoriæ moderni Archiepresbyteri, vel potius a die concordiæ in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

CASSA-

CASSANEN. Cathedralem Ecclesiam Cassanensem Bonifacius Caietanus S. R. E. Cardinalis, & ejusdem Ecclesiæ Episcopus numeravit anno 1616., cum pridem receptiva esse, & innumerata: statuit itaque stiginti Sacerdotum numerum, quorum quatuor Dignitates essent, quatuor Cappellani, duodecim Canonici, extra hos in consortium, & communis missæ participationem nullos recipi voluit; Verum addidit „ cum dicti Sacerdotes ad „ prædictum numerum præfinitum reducti fuerint, si unum vel plures mori „ contigerit, mortuorum loco, alius, vel alii Sacerdotes expectantes supra- „ numerarii, qui Ecclesiæ prædictæ in minoribus, & in sacris Ordinibus in- „ servierint, ac oriundi ejusdem Civitatis Cassanen. extiterint, d. Ecclesiæ „ Cathedrali ab Ordinario adscripti fuerint, quique in ordine seniores sint, „ ipso Jure, ipsoque facto admittatur, sive admittantur, & recipiantur „. Consuetudine vetustissima servatum fuisse dicitur, ut hi *supranumerarii* nonnisi solemnioribus diebus Festis primæ, & secundæ Classis servitium Choro præstarent, & publicis pompis, seu Processionibus adessent. Vetustissimum hunc morem turbasse nuper eum, qui nunc Ecclesiæ illi præest, Episcopum, qui, supranumerariis nec citatis, nec auditis, decretum tulit, quo eos adigere voluit ad præstandum servitium omnibus diebus Festis, uti Canonici, & Cappellani illud præstare tenentur, indicta, si secus facerent, suspensione a Divinis. *Sess. 24. c. 4. de Ref.*

Certiores de hoc Decreto facti supranumerarii appellarunt ad *S. Sedem*, habitaque inhibitionem vigore appellationis a Tribunali A. C. præsentata fuit Promotori Fiscali Curiæ Episcopalis, qui eam spernens non destitit ab examine testium protestantibus de nullitate supranumerariis; sed Promotor Fiscalis surdis auribus supranumerarios in Jus vocavit *ad dicendam Causam. quare suspendi non deberent, & suspensi declarari*: ideoque supranumerarii post novas emissas protestationes satius duxerunt specialem citationem rigorosæ purgationis attentatorum coram A. C. Judice spreto eidem Promotori præsentare, at cum ne sic quidem cohiberi potuerit illius impetus, ad hoc Sacrum Tribunal confugerunt. Paruit tunc Promotor Fiscalis, & intellexit superiores Judices esse timendes: Audito igitur Episcopo, IV. nunc, quæ sequuntur, Dubia subjicimus, quibus controversia omnis complectitur.

I. *An Ordinationes, seu Decreta Episcopi, & Vicarii respective dierum* 15. *Junii*, 19. *Julii*, & 8. *Augusti anni* 1746. *subsistineantur in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An & quomodo sit providendum pro servitio Cathedralis Ecclesiæ quoad Presbyteros supranumerario?*

III. *An ad loca participationis in d. Cathedrali Ecclesia deinceps vacatura admitti debeant Presbyteri antiquiores supranumerarii juxta Ordinis antianitatem, sive potius præferendi sint recentiores Presbyteri, qui a loco non discedentes post Sacerdotium diebus saltem Festis Cathedrali jugiter inservierunt?*

IV. *An in concursu supranumerariorum, qui post Ordinationem ad Sacerdotium diebus Festis Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibuerunt in admissione ad d. participationis loca præferri debeant ii, qui etiam publicæ adorationi Ven. Sacramenti per tempora ab Episcopo præfinita interfuerunt in casu &c.*

Dilata ad se quentem.

Die

Die Sabbathi 15. Julii 1747.

Dilationem obtinuerunt *Quatuor*, quas hic subiicimus, Causæ in *Congregatione* ultima, quæ habita fuit *die* 17. transacti *mensis Julij*, & poterunt Eminentissimi Patres ad eas definiendas *Congregationis* illius *Folium* iterum consulere.

Sess.22.c.4. de Ref.

LEODIEN. CONFIRMATIONIS CONCORDIÆ, cujus duo sunt capita.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis die* 2. *Junii* 1742. *in casu &c.*

II. *An expensæ in Causa hactenus factæ, aliæque in posterum faciendæ subministrandæ sint ex massa communi in casu &c.*

Ad I. In decisis, & amplius. Ad II. Affirmative quoad expensas hactenus factas, subministrandas ex proventibus Causæ Piæ, & amplius.

Sess.22. dec. de evit., & obs.in celeb. Miss.

MILETEN. JURISDICTIONIS, in qua tria Dubia disputantur.

I. *An deputatus ab Episcopo possit nomine ipsius assistere annuæ electioni Procuratoris, seu Administratoris Confraternitatis in Ecclesia S. Mariæ de Valle erectæ?*

II. *An dictus Procurator, seu Administrator a Confraternitate electus debeat ab Episcopo approbari?*

III. *An iste teneatur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta in casu &c.*

Affirmativè in omnibus, & amplius.

Sess.24.c.12. de Ref.

TUDERTINA DECIMARUM, cujus IV. Dubia expedienda sunt.

I. *An bona, quæ ab anno* 1616. *remanserunt per concordiam affecta certo oneri decimarum, transierint ad alienas manus cum onere suo, itaut moderni Possessores illorum, licet solventes Decimas pro bonis in antea possessis, teneantur pro bonis postea quæsitis ad novam Decimarum solutionem pro quantitate solvi solita ab antiquis illorum respectivis Possessoribus.*

II. *An ab hujusmodi solutione eximantur Clerici pro bonis eisdem post concordiam in Patrimonium sacrum assignatis, & PP. tertii Ordinis, aliaque loca Pia d. Terræ pro bonis quocumque titulo quæsitis.*

III. *An Particulares, qui de tempore concordiæ nulla bona possidebant, teneantur ad solutionem Decimarum ad taxam concordiæ pro bonis postea quæsitis, etiamsi acquisitio non esset, nisi de rata tantum Bonorum, altera remanente penes antiquum Possessorem adhuc solventem Decimas in eadem quantitate*, & quatenus affirmativè ad I. & III. & negative ad II.

IV. *An dicti Particulares Laici, & Ecclesiastici, etiam Regulares, & Loca Pia d. Terræ teneantur Parocho ad solutionem Decimarum præ-*

præteritarum, & non solutarum a die Rectoriæ moderni Archipresbyteri, vel potius a die concordiæ in casu &c.

Ad I. Negative. Ad II. Negative quoad Clericos, & in reliquis videatur particulariter. Ad III. Affirmative ad formam concordiæ. Ad IV. Affirmative juxta resoluta in præcedentibus pro nunc a die motæ litis.

CASSANEN., cujus controversia IV. pariter Dubiis complectitur. *Sess. 24. c. 4: de ref.*

I. *An Ordinationes, seu Decreta Episcopi, & Vicarii respective dierum 15. Junii, 19. Julii, & 8. Augusti anni 1746. substineantur in casu &c.* & quatenus negativè.

II. *An & quomodo sit providendum pro servitio Cathedralis Ecclesiæ quoad Presbyteros supranumerarios?*

III. *An ad loca participationis in d. Cathedrali Ecclesia deinceps vacatura admitti debeant Presbyteri antiquiores supranumerarij juxta Ordinis antianitatem, sive potius præferendi sint recentiores Presbyteri, qui a loco non discendentes post Sacerdotium diebus saltem Festis Cathedralis jugiter inservierunt?*

IV. *An in concursu supranumerariorum, qui post Ordinationem ad Sacerdotium diebus Festis Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibuerunt, in admissione ad d. participationis loca præferri debeant ii, qui etiam publicæ adorationi Ven. Sacramenti per tempora ab Episcopo præfinita interfuerunt in casu &c.*

Ad I. Affirmative quoad primum, & secundum Decretum tantum. Ad II. Provisum in primo. Ad III. Recurrant in casibus particularibus. Ad IV. Negative, sed esse tantum hortandos.

PATAVINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Septembris superioris anni* 1746. Propositoque Dubio, *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* Responderunt Amplissimi Patres -- *Negative ex hactenus deductis*, ut in *Thes. Res. Sac. Congreg. Vol. XV. pag.* 86., *& seq.* Redit nunc P. Jo: Baptista Barbetta ad novum Judicium, & respondendum est. *Sess. 25. c. 19. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis.

CONSTANTIEN. Species hujus Causæ repetenda est ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 6. superioris mensis *Maij*: Propositis duobus Dubiis „ I. An „ Canonicus Stapff teneatur ad personalem Residentiam, seu potius valeat alium „ substituere in casu &c. II. An tempore absentiæ participare valeat de omnibus „ distributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, prout participant cæteri Canonici interessentes, seu quomodo sit providendum in casu &c.; Res- *Sess. 24. c. 12: de Ref.*

„ ponsum fuit ab Eminentissimis Patribus in *Congreg. diei 20. ejusdem mensis*
„ *Maij*. Ad I. Affirmative ad primam partem, & Negative ad secundam. Ad II.
„ Negative extra Casus á Jure permissos: Cum vero Canonicus Stapff Jura sua
in illa Congregatione non proposuerit, petiit, & ut par erat, obtinuit audiri,
& nunc expendendum erit.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess.14.c.18. de Ref.

AUXIMANA CONCURSUS: Morte Ludovici Palmueci vacavit Præpositura Ecclesiæ S. Mariæ Montis Philoptrani Auximanæ Diœcesis, indictoque ab Episcopo concursu, nam Præpositura curam habet animarum, quatuor inter alios sese examini subjecerunt Sacerdotes, ut Parochialem obtinerent, Marius Rondinius, qui plenis quinque Examinatorum suffragiis rejectus fuit, Joseph Rondinius ejus frater, qui unum dumtaxat suffragium secundum eum obtinuit, Sebastianus Ghirardellius, cui quatuor suffragia data fuerunt, & Joseph Dominici, in quem omnes convenerunt Examinatores. Cum collatio ad Sedem Apostolicam spectare, vacaverat enim Parochialis mense reservato, placuit Episcopo Ghirardellium præeligere, qui sententia Episcopi probatus, obtinuit Literas Apostolicas, & Parochialis possessionem nactus est. Ægre hoc tulit Sacerdos Dominici, & a Judicio Episcopi uti injusto, & irrationabili appellavit, ejusque exemplum sequuti Fratres Rondinii appellarunt, & ipsi a relatione Examinatorum, & Judicio Episcopi. Re igitur ad hunc Amplissimum Ordinem delata, auditus fuit Episcopus, qui duas scripsit epistolas, quibus rationes explicat præelectionis suæ, quarum una est, quod exteris Sacerdotibus præferendum censuerit Hhirardellium indigetem: Rationes aliæ legi poterunt in libello jurium dato a Ghirardellio; ab aliis Sacerdotibus nihil hactenus habuimus. Causæ Capitata tria sunt.

I. *An constet de mala relatione Examinatorum.*
II. *An constet de irrationabili Judicio Episcopi?* & quatenus affirmativè.
III. *An & cui sit adjudicanda Parochialis, de qua agitur in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

Sess.25.c.13. de Regul.

CASSANEN. Intra fines Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Civitatis Marathææ Publicum est Oratorium, in quo erectum fuit Sodalitium illorum Laicorum titulo, & nomine B. V. Septem Dolorum. Maxima est Sodalium Pietas ergo B. V., maxima ad eam colendam Civium frequentia. Ut hujus cultus observantia augeretur, preces obtulerunt Sodales Episcopo, ut possent tertio quoque cujuslibet Mensis Dominico die Simulacrum Sanctissimæ Virginis, quod nuper effingi curarunt, solemni Pompa deferre per publicas Vias. Annuit Episcopus, adiecta conditione, ut veniam obtinerent a Parocho Ecclesiæ S. Mariæ Majoris: negavit Parochus se aliter petitam veniam concessurum, quam ea conditione, ut & ipse, & Ecclesiæ suæ Clerus ad Processiones vocari deberent, utque a Sodalibus solverentur annui ducati 12. Recusarunt Sodales stipendium hoc solvere, & redierunt ad Episcopum, qui cum putaret Sodalitium ob ejus paupertatem ad hanc solutionem non teneri, hortatus est Parochum, ne renueret veniam libere concedere. Renuit iterum Parochus veniam dare, & Episcopus, spreta illius resistentia, liberam facultatem Sodalibus concessit Processionem ducendi, quæ ducta fuit.

Appellavit continuo Parochus ad hoc Sacrum Tribunal, & preces obtulit Amplissimis Patribus, tum hac de re, tum etiam, quia in Oratorio Sodalium publi-

publice excipiuntur Sacramentales Confessiones non Virorum tantum, sed etiam Mulierum, & publicæ venerationi exponitur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Auditus Episcopus respondit favore Sodalium. Rationes, quas ipsi afferunt, legent Eminentissimi PP. in eorum libello, a Parocho enim nondum aliquid habuimus: Quatuor vero sunt Dubia, quæ definienda proponuntur.

I. *An liceat Confratribus B. M. V. Septem Dolorum singulis Mensibus in tertia Dominica Processionem explere per Civitatem Maratheæ, & intera limites Parochiæ S. Mariæ Majoris de sola licentia Episcopi, præsertim, ubi Archipresbyter interpellatus assentiri nolit?* Et quatenus affirmativè.

II. *An, & quibus horis sit peragenda Processio prædicta?*

III. *An in Ecclesia, seu Cappella prædictorum Confratrum ad recipiendas Sacramentales ipsorum, ac etiam Mulierum, & aliorum Confessiones retineri valeant Sedes Confessionales?*

IV. *An in eadem Confratrum Ecclesia de sola licentia Episcopi, & per tempora ab ipso præfinita liceat publice venerationi exponere SSmum Sacramentum, illudque tandiù in Tabernaculo retinere in casu &c.*

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS: Jacet intra Diœcesim Novariensem Vallis Antigoriana Preminensi habitata Populo, qui novem disiectus in Pagos Ecclesiam habet D. Michaelis, septem ab hinc seculis a Gente de Rodis & de Christo a solo excitatam, in qua est Cappellanus, qui onus habet Sacrum agendi in aurora quolibet die Festo. Ecclesia Parochialis est in Oppido Baceni, quæ cum teterrima Via. Rupibusque, & Fluminibus intercepta, tribus milliaris diffita sit, non nisi maximo periculo, maximoque incommodo habere potest accessum, ideoque Premienses Vallem incolentes preces obtulerunt Summo Pontifici, ut erigeretur in d. Ecclesia D. Michaelis tertia Portio Curata, seu Parochialis, pro cujus Dote sese obstringebant, dummodo Juspatronatus eorum favore reservaretur. Data fuit hujusce rei cognitio Sacro huic Tribunali, audito Episcopo, respondit hic secundum Populum, ut ab antiqua Baceni Parochia nova Parochialis dismembraretur, eoque amplius, quod Parochi Baceni consensum, ut ipse retulit, præstabant. Rescriptum fuit ab Amplissimis Patribus die 19. Novembris 1746. -- *Pro facultate Arbitrio Ordinarij juxta ej s Votum, accedente consensu omnium interesse habentium* -- nunc Populus Baceni sese contradictorem præstitit separationi; quid vero proponat ignoramus. nam libellum tantum habuimus a Populo Premiensi: Dubium hujus Causæ est. *An sit locus dismembrationi Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur in casu &c.* *Sess.21. c.4. de Ref.*

Die Sabbathi 12. Augusti 1747.

AUXIMANA CONCURSUS, cujus tria sunt Capita. *Sess.25.c.19 de Regul.*

I. *An constet de mala relatione Examinatorum.*

II. *An constet de irrationabili Judicio Episcopi?* & quatenus affirmativè.

III. *An & cui sit adjudicanda Parochialis, de qua agitur in casu &c.*

Ad I. & II. Negative. Ad III. Provisum in præcedentibus.

Sess. 24. c. 18. de Ref. CASSANEN., in qua IV. Dubia definienda proponuntur.

I. *An liceat Confratribus B. M. V. Septem Dolorum singulis Mensibus in tertia Dominica Processionem explere per Civitatem Marathæ, & intra limites Parœchiæ S. Mariæ Majoris de sola licentia Episcopi, præsertim, ubi Archipresbyter interpellatus assentiri nolit?* & quatenus affirmative.

II. *An, & quibus horis sit peragenda Processio prædicta?*

III. *An in Ecclesia, seu Cappella prædictorum Confratrum ad recipiendas Sacramentales ipsorum, ac etiam Mulierum, & aliorum Confessiones retineri valeant Sedes Confessionales?*

IV. *An in eadem Confratrum Ecclesia de sola licentia Episcopi, & per tempora ab ipso præfinita liceat publicæ veneration exponere Sanctissimum Sacramentum, illudque tandiu in Tabernaculo retinere in casu &c.*

Ad I. Affirmative, & ad mentem. Ad II. Arbitrio Episcopi. Ad III. Affirmative de licentia Episcopi, exceptis mulieribus. Ad IV. Affirmative, & Episcopus prudenter concordat.

Sess. 25. c. 13. de Ref. NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS, in qua quæritur.

An sit locus dismembrationi Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur in casu &c.

Negativè.

Sess. 21. c. 4. de Ref. PATAVINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Definita fuit hæc Causa in eadem ultima Congregatione, Dubioque quod proponebatur: *An sit standum, vel recedendum a decisis.* Responderunt Amplissimi Patres: *In Decisis:* Novum nunc jurium suorum periculum facere vult P. Jo: Baptista Barbetta, & ex his, quæ nove proponit, decernendum erit.

An ex noviter de ductis sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Prævio recessu a decisis Affirmative.

Sess. 25. c. 19. de Ref. TARENTINA CONTRIBUTIONIS: Proposita fuit hæc Causa *in Congregatione* habita *die* 15. *Aprilis hujus anni*, Dubioque, quod dabatur, responderunt Amplissimi Patres: *Dilata & ad Mentem*: poterunt itaque, repetita lectione *Folii illius Congregationis*, idem Dubium, quod nunc proponitur, expedire.

An, & in qua summa debeatur contributio V. Seminario Tarentino ab Ignatio Marrese pro Beneficio, seu Abbatia SS. Petri, & Andreæ in casu &c.

Deberi prò rata Bonorum dumtaxat possessorum per Abbatem Ignatium Marrese.

Sess. 23. c. 17. de Ref. NEAPOLITANA NULLITATIS MATRIMONII: Duobus amata Viri Joseph Tramontana Neapolitano, & Marco Perovich, seu Palestrino Veneto Puella Rosa Scarano nuptias contraxit anno 1716. cum Marco, qui matrimonio vix contracto, & post unius noctis concubitum Rosam, & Neapolim reliquit Mercaturæ, & Navigationi intentus. Discessu mariti Joseph Ro-

sa

ſa potius filium ex ea ſuſcepit, qui ſacro Fonte renatus legitur in libro Parochi uti filius Marci, quod tamen ad honeſtatem ſuam in opinione hominum ſervandam factum fuiſſe ait Roſa. Obiit Infans abſente adhuc Viro: cum Joſeph Roſam deperiret, hæc iterum concepit, & certior facta advenisſe Virum Neapolim eum advocavit, & in thalamum recepit nocte una, qua Vir Neapoli moram traxit, numquam poſtea ad eam rediens. Filiam Roſa enixa eſt, quæ Baptiſmatis libro ſcripta fuit uti *a Roſa*, *& Marco Conjugibus* orta: Poſt hæc Joſeph Tramontana in una ſeſe domo recepit cum ſua Roſa, & plures ex ea liberos ſuſtulit, qui baptizati fuerunt ut filii *Joſephi Tramontanæ*, *& Roſæ Scarano Conjugum*, neve dolus, & fraus ficti hujus matrimonii detegeretur, ſæpius Parochias mutarunt: Re tamen detecta vetita iis fuit cohabitatio, vetitus acceſſus, ſed Joſeph amore perditus duos Teſtes ſuppoſuit Curiæ Archiepiſcopali, qui teſtificationem fecerunt de morte Marci. Horum Teſtium fide matrimonium contraxit cum Roſa Anno 1732., quæ tamen negat fraudis hujus a Joſepho compoſitæ participem fuiſſe. Diu res non latuit, nam Anno 1733. Vicarius Generalis epiſtolam accepit ab eodem Marco, qui audiverat Uxorem ſuam alteri nupſiſſe, & Tribunal Sac. Inquiſitionis, commiſſo Civitatis Nicienſis, ubi Marcus degebat, Provicario ejuſdem Marci examine, ſententiam tulit, qua nullitas ſecundi matrimonii declarata fuit.

Tandem Anno 1741. Roſa preces obtulit Sacro huic Tribunali, petiitque nullum, & irritum declarari primum matrimonium contractum cum Marco, idemque petiit ejuſdem Marci Procurator ab eo conſtitutus. Auditus fuit, ut fieri ſolet, Epiſcopus, qui Epiſtolæ ſuæ adiunxit plurium Teſtium examen, quo probatur matrimonium illud ab invita Roſa vi metuque contractum fuiſſe: Data etiam fuit ab hoc Sacro Tribunali facultas Epiſcopo Nicienſi Marcum formiter examinandi, prout factum fuit. Hujus dicta malè cohærentiis, quæ à Roſa propununtur: Ait enim ante contractas nuptias fuiſſe pluries in Domo Roſæ, eam in actu contrahendi matrimonium nullum monſtraſſe diſſenſum, fuiſſe eam ſui Juris, & potuiſſe libere voluntatem ſuam aperire: epulas ſimul ſumpſiſſe poſt contractas nuptias, poſt epulas concubuiſſe nullo diſſenſu, nullave repugnantia: duos filios primos maſculum, & fœminas ſuos fuiſſe a Roſa ſuſceptos: mandatum dediſſe obtinendi nullitatem matrimonii, non quia putaret nullum eſſe defectu conſenſus, ſed quia ex crimine, & culpa Uxoris integrum ſibi eſſe cenſebat, ut novas nuptias contrahere poſſent: negat contra libertatem voluntatis ſuæ Roſa, vi illata ab Avunculo, qui rei familiaris rationes reddere nolens maluit eam alienigenæ, exteroque homini jungi: Inviſum ſibi ſemper fuiſſe ait Marcum, nec domum cum eo rediiſſe poſt contractus nuptias, nec epulas ſumpſiſſe, nec cubitum iviſſe, ſed compreſſam fuiſſe ab eo, cum dormiret, aſtu, & fraude materteræ, quæ Marcum ſuppoſuit; negatque demum duos primos, quos genuit, liberos ab eo genitos fuiſſe, ſuaque dicta Teſtibus comprobat: A Marco, & Defenſore matrimonii nondum libellum Jurium habuimus: Dubium eſt.

An Conſtet de nullitate Matrimonij in caſu &c.

Reliquæ non propoſitæ.

VICEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Erecta ab optimo Maximoque Pontifice Clemente VIII. in inſignem Collegiatam ſecularem Eccleſiæ S. Mariæ Civitatis Minoriſſæ, ſeu Manreſiæ Diœceſis Vicenſis, in qua pridem erant Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini, novi Sæculares Canonici Conventuale Sacrum numquam egerunt, imò ne cogitarunt quidem teneri ad illud agendum, cum redditus vix pares eſſent congruis alimentis, totque ſint in illa Eccleſia functiones ut pluries quinque, aut ſex anniverſaria una die agi oporteat, *Seſs. 24. c. 1. de Reformat. Matr.*

teat, totumque fere matutinum tempus Choro assumatur. Hac bona fide ventum est ad Annos usque 1616., & 1625., quibus Canonici quidam in actu Visitationis impetrarunt ab Episcopis, ut anniversaria applicarentur pro Sacro Conventuali. Hac ratione transacta res est ad annum usque 1737 quo novus Episcopus hanc facultatem negavit, jussitque Canonicis, ut hac de re intra sex menses sacrum hoc Tribunal adirent, iis enim elapsis, ad agendum Conventuale Sacrum eos teneri voluit. Calamitates, quibus Europa universa, & Hispaniarum Regna turbata sunt, in causa fuerunt, ne Canonici Ampliſſimos Patres adirent ante Annum 1740. postularunt itaque eo tempore applicationem anniversariorum pro Sacro Conventuali in futurum, & absolutionem pro Sacris præterito hactenus tempore omissis. Auditus fuit Episcopus, qui respondit omnia, quæ supra diximus, narrans, animique sui sententiam addens, ut quoties censeant Eminentissimi Patres teneri Canonicos ad Sacrum agendum, indulgeri iis possit, ut munus hoc impleant „ celebrando Missam lectam, seu recitatam in Cappella SS. Martyrum sub Altari majori erecta, dum in Choro cantatur, aut recitatur Tertia, Sexta, & Nona: Quo vero ad præteritum tempus deliberandum relinquit Eminentissimis Patribus: Duo itaque nunc Dubia proponuntur.

I. *An Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Civitatis Minoriſſæ, seu Maresiæ celebrare, & applicare teneantur Missas Conventuales in præteritum omissas, & non celebratas, seu potius a prædicto onere sint absolvendi?*

II. *An Celebrando Missam lectam in Cappella SS. Martyrum sub Altari Majori d. Ecclesiæ, dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, satisfacere valeant oneri Missæ Conventualis, seu potius eadem Missa ad solos dies Festivos sit reducenda in casu &c.*

Sess. 22. Dec. de Exit. & obs. in celeb. Miss.

CAMPANIEN: Publicum Oratorium in honorem D. Josephi a solo erexit juxta proprias ædes in Civitate Campaniæ Gherardus Copetus, constituta dote Ducatorum millium, datoque onere trium sacrorum singulis Hebdomadis: Jusqatronatus Familiæ suæ reservavit, legemque in actu fundationis adiecit, ut liceret fenestram habere, e qua in Oratorium prospici posset, quo commodius Sacrum audiant filii, & hæredes in perpetuum domum habitantes. Preces inde obtulit Sacro huic Tribunali, quibus petebat, ut hæc omnia probarentur. Audiri debuit, ut moris est, Episcopus, qui tandem respondit, Gherardum lares transtuliſſe Salernum, ideoque hac fenestra consuli commoditati non familiæ Copetæ, sed Inquilinorum: Addidit facultatem extruendi Oratorium nec a Rege, nec ab Episcopo obtinuiſſe: Cautum esse a Rege, ne novæ extruantur Ecclesiæ: Oratorium hoc brevi intervallo distare ab Ecclesia PP. Minorum Observantium, & ab altero Oratorio Familiæ Perottæ: Minui posse hoc novo Oratorio frequentiam Populi in aliis antiquioribus Ecclesiis, novumque malis hominibus Asylum aperiri. Adit nunc Gherardus Ampliſſimos Patres, disputatque contra hanc Episcopi narrationem, monstrans lares quidem suos Salernum transtuliſſe, hyberno tamen tempore Campaniæ moram trahere: expresse a Rege, tacitè ab Episcopo, qui pluries ædificium Oratorii vidit, & laudavit, assensum obtinuiſſe: Ecclesiam Patrum Minorum, & Oratorium Familiæ Perottæ longius distare, quam narret Episcopus: Rem non esse de Ecclesiis Parochialibus, quibus consuli debet, ne Populi frequentia minuatur, sed cum Ecclesia Regulari; Præfectum Monasterio veniam dediſſe, ut Oratorium ædificaretur. Hæc sunt rationes; quibus Duo, quæ subii cimus, Dubia expediенda sunt.

I. *An Episcopus Campaniæ sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi Oratorium, de quo agitur pro sacris peragendis?* & quatenus affirmative.

II. *An*

II. *An sit concedendum Indultum Fundatori relati Oratorij retinendi Feneſtram in eodem Oratorio proſpicientem juxta conditionem adiectam in Inſtrumento Fundationis in caſu &c.*

FLORENTINA: Annuam Penſionem ſcutor. 100. ex redditibus Archiepiſcopatus Florentini reſervavit Munificentiſſimus Pontifex, & Princeps noſter favore nobilis Adoleſcentis Ferdinandi Caroli Capponi Equitis Hieroſolymitani, dum adhuc ipſe in Bellicis Sacræ Religionis Triremibus, Expeditionibus, quas vocant *Caravane* incumberet, & cum expreſſum ſuiſſet Equitem Capponium nec Profeſſum eſſe, nec, nec Profeſſionem non eemittere velle, lex addita fuit in Literis Apoſtolicis, ut quatenus Clericus ſet, Penſio non deberetur, niſi poſtquam Clericus factus fuiſſet, quæ tamen lex moderata inde fuit Brevi Pontificio dato die 6. Septembris Anno 1742., quo conceſſum fuit Equiti Ferdinando triennale tempus ad Tonſuram Clericalem accipiendam, & interim data fuit facultas fruendi penſione collata. Florentiam reverſus Eques poſtulavit ab Archiepiſcopo, ut Clericali Tonſura honeſtaretur: negavit Archiepiſcopus, niſi Eques Clericali veſte indueretur. Adiit igitur Eques Ferdinandus Summum Pontificem, & Equitis cauſam tuendam ſuſcepit Sacra Religio defendens Equites ſuos cogi non poſſe ad induendas Clericales veſtes, ut Tonſuram accipiant, quia cum eorum Habitus militaris ſit Habitus vere Religioſus, & Regularis, non ſecus, ac cujuſcumque alterius Ordinis Religioſi in Habitu Regulari ab Epiſcopis ordinantur, ordinari etiam debeant Equites Hieroſolymitani in Habitu militari quidem, ſed Religioſo, nec cogi poſſe, ut Clericales veſtes ſuſcipiant. Placuit Prudentiſsimo Principi hac de re conſulere Epiſcopum Melitenſem, qui tum Romæ morabatur; Reſpondit ille conſueviſſe ſemper Tonſuram Equitibus conferre militari Habitu indutis, factum id quoque a præcedentibus Epiſcopis Melitenſibus. Poſt hæc cognitio hujuſce quæſtionis data fuit ab optimo Pontifice Sacro huic Tribunali: nunc igitur audito jam Florentino Archiepiſcopo, duo, quæ ſequuntur, Dubia ſunt expedienda. *Sess.22.Dec. de obſ., & Evit. in cel. Miſs.*

I. *An Eques Hieroſolymitanus non Profeſſus initiandus ſit ad primam Tonſuram ſine Habitu Clericali in caſu &c.*

II. *An ſint ſolvendæ eidem Penſiones decurſæ, & decurrendæ, ſeu potius obſtet Breve in caſu &c.*

Die Sabbathi 2. Septembris 1747.

QUatuor, quæ ſequuntur, Cauſæ in *ultima* Ordinis hujus Ampliſsimi *Congregatione* habita *die* 12. tranſacti *menſis Sextilis* proponi non potuerunt, & ideo poterunt Eminentiſsimi Patres *Folium* illius *Congregationis* iterum conſulere, ut earum Dubia expediantur.

NEAPOLITANA NULLITATIS MATRIMONII, qua quæritur. *Sess.24.c.13. de Ref.*

I. *An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.*

Negativè, & ampliùs.

VICEN. MISSÆ CONVENTUALIS, cujus ſunt Capita.

I. *An Canonici Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Civitatis Minoriſſæ, ſeu Manreſiæ celebrare, & applicare teneantur Miſſas Conventuales in præteritum omiſſas, & non celebratas, ſeu potius a prædicto onere ſint abſolvendi?* *Sess.22.decr de evit. & obſer. in celeb. Miſs.*

II. *An*

II. *An celebrando Missam lectam in Cappella SS. Martyrum sub Altari Majori d. Ecclesiæ, dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, satisfacere valeant oneri Missæ ad solos dies Festivos sit reducenda in casu &c.*

Ad I. Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum injuncto onere celebrationis, alicujus Missæ solemnis arbitrio Episcopi. Ad II. Negative ad primam partem; Ad secundam dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Sess.22.decr de obser. & evit.in celeb Miss.

CAMPANIEN., cujus pariter duo Dubia sunt.

I. *An Episcopus Campaniæ sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi Oratorium, de quo agitur pro sacris peragendis?* & quatenus affirmative.

II. *An sit concedendum Indultum Fundatori relati Oratorij retinendi fenestram in eodem Oratorio prospicientem juxta conditionem adjectam in Instrumento Fundationis in casu &c.*

Iterum proponatur.

Sess.24.c.13. de Ref.

FLORENTINA, cujus Dubium est.

I. *An Eques Hierosolymitanus non Professus initiandus sit ad primam Tonsuram sine Habitu Clericali in casu &c.*

II. *An sint solvendæ eidem Pensiones decursæ, & decurrendæ, seu potius obstet Breve in casu &c.*

Dilata, & ad mentem.

Sess.25.c.19. de Ref.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Repetenda est Causæ hujus species ex *Folio Congregationis* habite *die* 15. *Aprilis*, quod impressum fuit 18. *Martii*; cum hac die *Congregatio* haberi non potuerit: Responderunt ea die Amplissimi Patres -- *Dilata, & coadiuventur probationes* -- Curavit igitur P. Hyacinthus a Serra Capriola, ut quinque alii Testes ejusdem Castri Serræ Capriolæ formiter repeterentur. Causa nunc, his expletis, proponitur, & poterunt Eminentissimi Patres, perpensis veteribus, novisque probationibus, respondere.

I. *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.*

Affirmativè.

Sess.21. c.4. de Ref.

AUXIMANA ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ: Dedimus Causæ hujus speciem, rationesque omnes in *Folio Congregationis* habitæ *die 6. Maij*: Proponi equidem non potuit ea die; sed proposita fuit in sequenti *Congregatione* habita *die* 20. *ejusdem Mensis*, & responderunt Eminentissimi Patres -- *Episcopo pro meliori informatione audito Parocho* -- id factum est, & causa nunc iterum proponitur, ut, quod sequitur, Dubium definiatur.

An sit permittenda Ædificatio novæ Ecclesiæ in casu &c.

Negativè, & amplius. Die

FAVENTINA REDUCTIPNIS MISSARUM: Hoſpitale Infantium expoſitorum, quod vulgo nuncupatur *Domus Dei* Civitatis Faventinæ, legato habito a Camillo Corvinio anno 1591. oneratum fuerat, ut curaret annua Sacra decem agi in perpetuum in Eccleſia PP. S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ ejuſdem Civitatis. Ex teſtamentaria diſpoſitione Jacobi Catenæ anno 1612. onus alterum habebat, ut ageretur Anniverſarium perpetuum duodecim Sacrorum ſingulis Hebdomadis in eadem Eccleſia PP. S. Auguſtini. Implebantur utraque onera ſolutione annua certæ quantita pecuniarum, & cereæ: Anno vero 1685. placuit conventionem inire inter Hoſpitale, & PP. S. Auguſtini impetrata veniam Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium negociis præpoſitæ, qua Hoſpitale tradidit Patribus Latiſundium eorum bonis conterminum, Patres vero ſuſceperunt onera Sacrorum, contracta obligatione ab iiſdem Patribus monſtrandi quotannis Hoſpitalis Præpoſitis teſtimonia implementi, adjectoque ab Hoſpitali expreſſo pacto reſolutivo hujus conventionis, & traditionis Latifundii, ſi Patres deficerent in implemento. Hoc ordine rerum ventum eſt ad ultimos tranſactos annos; Tandem requiſiti Patres, ut juxta legem conventionis monſtrarent onerum implementum, ediderunt reſcriptum Optimi Maximique Pontificis Benedicti XIII., quo ſacra decem ad quatuor, & ſacra duodecim, quæ qualibet hebdomada agi debebant, ad 198. ſingulis annis redigebantur. *Seſſ. 25. c. 4. de Ref.*

Commovit hæc res animum Præpoſitorum Hoſpitalis, qui ægre ferentes, ut Patres Latifundium uberrimum retinerent, non vero implerent onera, atque ita fraudarentur piæ diſpoſitiones Corvinij, & Catenæ, preces obtulerunt Sacratiſſimo Principi, quibus narrabant falſis ſuggeſtionibus circumventum fuiſſe Summum Pontificem Benedictum XIII. Data fuit Ampliſſimis Patribus cauſæ hujus cognitio, & audito, ut fieri ſolet, Epiſcopo Faventino, urget nunc Hoſpitale deminutioni huic ſacrorum locum non eſſe, cum, non agatur de teſtamentaria, ſed de conventionali diſpoſitione, quo caſu, cum onus ex contractu ſuſceptum ſit, locus eſſe non poteſt reductionis, ut præcæteris tradunt *Card. de Luca deſc. 33. Meſcell. Eccleſ. num. 5. Pegnatell. conſult. 69. n. 2. tom. 6.* Nullam eſſe rationem, ob quam indulgeri potuerit reductio; Fructus enim, redditusque prædii, & Latifundii longe excedunt onera, quæ Patres ſuſceperunt, imo, etſi ſatis non eſſent, ſibi imputare Patres deberent, quod hanc obligationem ſuſceperint. Cæterum Jus ſibi eſſe diſputat Hoſpitale juxta pactum expreſſum conventioni adjectum revocandi Latifundium, ut voluntatem Teſtatorum implere poſſit: A Patribus nihil habuimus: Dubium eſt. *An reductio Miſſarum ſubſtineatur in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt aquas.

FOROLIVIEN. CAPPELLANIARUM: Teſtamento quo deceſſit anno 1580. Joannes Severolius Sacerdos Forolivienſis, ut defectis hæredibus ſcriptis quos in uſufructu tantum inſtituerat, erigerentur ex bonis ſuis, ac dotarentur duæ Cappellaniæ laicales altera ad Aare Sanctiſſimi Salvatoris in Eccleſia S. Juliani, altera ad Altare S. Martini in Eccleſia Parochiali ejuſdem Civitatis, utque ampliſſima facultas eſſet Equiti Merlino, ejuſque hæredibus conſtituendi arbitrio ſuo, & independenter ab Epiſcopo numerum ſacrorum, quæ agere Cappellani tenerentur; Defunctis uſufructuariis, Comes Philippus Merlinius Equitis, qui dudum objerat, filius, uſus auctoritate a Teſtatore data, ſtatuit ſingulos Cappellanos ſacra ſex quolibet menſe agere debere: Lapſu temporis, auctis redditibus Bonorum, cenſuit idem Comes Philippus habita proportione augendum quoque eſſe numerum ſacrorum, & publico inſtrumento viginti ſacrorum numerum definivit. Anno nondum tranſacto, audito unius, vel alterius Theologi conſilio, inſtrumentum hoc revocavit, iterumque ad ſenarium numerum ſacra agenda redegit. Paulo poſt Epiſcopus *Seſſ. 25. c. 4. de Ref.*

Visitationem egit, perspectisque testamento Severolij, varijsque actibus a Merlinio gestis, decrevit Cappellanos teneri ad agenda sacra viginti juxta instrumentum illud. quo ea Merlinius, dum vixit, ab hoc decreto appellare, sed eo defuncto, adiit hunc Amplissimum Ordinem filius, postulatque nunc sacra ad senarium ut in ipsa origine constitutum fuerat, numerum redigi: negat potuisse Patrem sacrorum numerum mutare, atque augere, postquam illum semel constituerat, & definiverat, & arbitrio, atque auctoritate ei a Testatore data usus fuerat: id egisse patrem ex errore, quem imbiberat, ut, auctis fructibus, onus quoque sacrorum augeri deberet: nullam denique Episcopo facultatem fuisse hac de re decernendi, cum expresse Testator jussisset manum apponi non posse ab Episcopo, quod a Testatoribus injungi posse nemo in dubium rev ocavit. His perpensis, ut & iis quæ habet Episcopus in epistola sua, in qua totus est, ut decretum suum defendat unica ratione augmenti reddituum, definiendum erit ab Eminentissimis Patribus Dubium.

An, & in quo numero Missæ sint celebrandæ in casu &c.

Celebrandas esse Missas juxta numerum ab Exequutore primo loco præscriptas.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

LUNEN. SARZANEN. JURIS AMOVENDI CAPPELLANUM CURATUM: Duo suo Oppida in Diœcesi Sarzanensi uni subjecta Parocho, alterum *Folli*, alterum *Bastrimoli* nuncupatur. Cum vero unum ab altero distet via difficili, & a torrente intercepta, itaut impossibile fiat, ut ab uno Parocho Incolis utriusque Oppidi Sacramenta Ecclesiastica ministrentur, veteri consuetudine, usuque longævo receptum est, ut Parochus Oppidum *Folli* incolat, in altero *Bastrimoli* Cappellanum Curatum retineat. Venit in mentem Parocho Cappellanum removendi, sed obstitit Cappellanum hunc removendi, sed obstitit Cappellanus ipse, obstitere Homines *Bastrimoli* negantes Parocho hoc jus, nulle reddita causa, & sine cognitione Episcopi, verum etiam contendentes non posse eum Parochiales functiones exercere in eodem Oppido. Rationes, quibus illi nituntur, legent Eminentissimi Patres in eorum libello: Episcopus secundem Cappellanum respondit: nihil hactenus a Parocho habuimus Dubia duo proponuntur.

I. *An liceat Parocho Folli ad arbitrium removere Cappellanum Curatum a Terra Bastremoli ab ipso nominatum etiam absque causa ab Ordinario cognoscenda in casu &c.*

II. *An liceat eidem Parocho Folli ad sui libitum explere omnes functiones Parochiales in Ecclesia, & in d. loco Bastremoli, ibique etiam ad sui libitum residere in casu &c.*

Ad I. Negativè. Ad Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

Die Sabbathi 23. Sept. 1747.

Sess. 23. c. 2. de Ref.

OPPIDEN. Dedimus hanc Causam in *Folio Congregationis* habitæ *die 6.* superioris mensis *Maii*, sed Causa ea die proponi non potuit: Proposita itaque fuit in alia *Congregatione diei 20. ejusdem mensis*, & rescripserunt Amplissimi Patres -- *Dilata, & proponatur citato legitimo Procuratore Promotoris Fiscalis* -- Factum id fuit, placuitque tertium Dubium primis adjungere: Cum vero nunc Causa proponatur, poterunt Eminentissimi Patres

tres ad controversiam omnem præcidendam *Folium* inspicere *Congregationis* habitæ *die* 14. *Martii anni* 1722., quo Causæ species narratur, quodque editum fuit in lucem hominum *Vol. II. Thes. Resol. Sac. Congr. pag.* 138. *& seq.*, & iterum consulere *Folium Congregationis diei* 6. *Maii hujus anni*: Tria quæ proponuntur Dubia, hæc sunt.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die* 17. *Novembris* 1725., *quoad usum Mozzettæ?*

II. *An constet de concessione Stalli in Choro commutati cum Sede Coraminis, eaque sit servanda?* & quatenus affirmative.

III. *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

Ad I. In decisis, & amplius. Ad II., & III. servetur resolutio anni 1722. quoad Sedem Coraminis, & amplius.

EMBRICEN. JURIUM CANONICALIUM: Speciem Causæ hujus repetere poterunt Amplissimi Patres ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 20. *Novembris anni* 1745., quod publici Juris factum fuit *Vol. XIV. Thes. Resol. Sac. Congr. pag.* 86., *&* 90. Rescripserunt ea die Eminentissimi Patres „ „ Dilata, non retardata interim per Sacellanum applicatione Missarum pro „ Populo diebus festis, & ad mentem „ Mens autem cum ea fuerit, ut in nova Causæ propositione quæstio diligenter ageretur, an Canonicatus, de quo agitur, quem una cum Sacellanatu habet Henricus Ignatius Hooster, Capitularis sit, vel undi honoris, & nominis, utque rogaretur Eminentissimus Mechliniæ Archiepiscopus, ut hac de re Amplissimos Patres certiores redderet, hisce omnibus nunc impletis, Causa proponitur, cujus IV. capita sunt expedienda. *Sess.* 24. *c.* 14. *de Ref.*

I. *An Statuta, seu Ordinationes de anno* 1638. *factæ per Decanum, & Canonicos Embricen. circa Canonicum Sacellanum subsistineantur in casu &c.*

II. *An Canonicus Sacellanus gaudere debeat Jure Turni, ac voce activa, & passiva aliisque prærogativis, prout cæteri Canonici in casu &c.*

III. *An onus celebrandi Missam Parochialem singulis diebus Dominicis & Festivis spectet ad Canonicum Sacellanum, seu potius ad Capitulum in casu &c.*

IV. *An Canonico Sacellano occupato in exercitio Curæ Animarum, & a Choro absenti debeantur distributiones quotidianæ in casu &c.*

Ad I. Affirmativè Ad II. Negativè Ad III. Affirmativè ad primam partem, & Negative ad secundam. Ad IV. Affirmativè.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS: Repetenda est Causæ hujus species ex *Vol. XI. Thes. Resol Sac. Congr. pag.* 149. ubi rationes omnes late collectæ fuerunt: Proponebatur Dubium „ An sit locus nove constru- „ ctioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali, & Collegiata SS. Georgei, „ & Christinæ Martyrum Terræ Vulsinii juxta decreta in Visitatione edita „ ab Episcopo Urbevetano „ *diebus* 19. *Aprilis* 1735., *&* 12. *Aprilis* 1739. *in casu &c.* -- Responditque Sacrum Tribunal -- *Negative, & amplius* -- ut in *eodem Vol. XI. pag.* 156.: sed *die* 12. *transacti mensis Augusti*, novo oblato libello, rescriptum fuit -- *Audiatur & ad D. Secretarium juxta mentem* -- Nunc igitur Causa ad novum redit Judicium, & qui Collegiatæ *Sess.* 21. *c.* 4. *de Ref.*

Ecclesiæ jura defenduut, pluribus congestis rationibus disputant, aut a Decisis esse recedendum, aut saltem novam concedendam esse Fontis Baptismalis erectionem ob pericula, & necessitatem; quid contra ferant ii, qui jura tuentur Regionis *Castelli*, in qua sita est Ecclesia vetus, ubi antiquus Fons est, ignoramus, cum nondum ab his libellus datus fuerit: Duo sunt Causæ capita.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 22. Septembris anni* 1742. *in casu &c.*; & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An sit locus Erectioni alterius Fontis in Ecclesia SS. Georgei, & Christinæ Vulsinii in casu &c.*

Dilata ad primam post Aquas.

Sess. 21. c. 4. de Ref.

NOVARIEN. DISMENBRATIONIS: Proposita fuit hæc Causa in *Congregatione* habita *die* 12. transacti mensis *Sextilis*, Dubioque, quod proponebatur -- *An sit locus dismembrationi Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur* -- respondit Sacrum Tribunal -- *Negative* -- Ad novum nunc Judicium provocant Premienses, & respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

LISBONEN. MATRIMONII: A Violante Josepha Henriquez de Almeda nobili Puella libellus oblatus fuit Sacratissimo Principi nostro, quo postulabat nullum, atque irritum declarari matrimonium, fraude, dolove malo contractum cum Ludovico Francisco Sanchez de Baena. Data fuit Causæ hujus cognitio Amplissimis Patribus, a quibus rogatus fuit, ut animi sui sententiam aperiret Eminentissimus Patriarcha, & auditi fuerunt Archiepiscopus Compostellanus, & Episcopus Zamorensis. Factum Causæ hujus legent Eminentissimi Patres in libello Jurium dato a Violante; cum enim a Ludovico Francisco nihil hactenus nobis datum fuerit, rem integram plene scire non possumus, & nolumus narratione rerum gestarum verecundiam alicujus plurare, artes, fraudesque in lucem hominum emittentes, quibus hæ nuptiæ contractæ dicuntur. Juris rationes, quæ a Violante proponuntur, duæ præcipuæ sunt, defectus consensus, & defectus veri, propriique Parochi. Amplissimi Patres, omnibus, ut solent, expensis, judicium ferent.

An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas.

Sess. 24. c. 13. de Ref.

VERCELLEN. JURIUM PAROCHIALIUM: Diuturno usu, & longa consuetudine observatum est, ut ex quatuor Parochiis, quæ in Civitate Vercellensis sunt, duæ tantum Fontem Baptismatis habeant, & Oleum Sanctum retineant, Civibusque omnibus Baptisma, & Oleum Sanctum ministrent, eæquæ sunt Ecclesia Cathedralis, & Ecclesia S. Mariæ Majoris. Hoc in causa fuit, ut cum anno 1669. alii duo Parochi postulassent ab Episcopo facultatem extruendi in eorum Ecclesiis Fontem Baptismatis, & retinendi Oleum Sanctum, Cathedralis Ecclesiæ Canonici sese præstiterint contractores, & Canonicorum votis annuens Episcopus Parochorum postulationem rejecerit. Quieverunt Parochi ad annum usque 1744., quo tempore Episcopus jussit Parochos omnes teneri ad servandum Oleum Sanctum in propriis Ecclesiis, vase ad id comparato: Renuentibus pœnam indixit scut. 25., & suspen-

ſuſpenſionis a Divinis. Obtemperarunt quidem Decreto huic Parochi Urbani, ſed continuo appellarunt in devolutivo ad Ampliſſimos Patres; Contendunt enim, ut ſicuti ex vetuſta conſuetudine obtinuit Eccleſia Cathedralis, atque altera S. Mariæ Majoris, ut non poſſet ab ipſis erigi in propriis Eccleſiis Fons Baptiſmalis, & retineri Oleum Sanctum, ita eadem ratione obtinere ipſi debeant Decreti Epiſcopalis revocationem, ne ad imparia judicentur: Addunt eo caſu, quo conſuetudo hæc eſſet abroganda, omnem poſtulare Juris rationem, ut non pro parte, quæ reſpicit retentionem Olei Sancti, ſed etiam parte ex altera, quæ reſpicit erectionem Fontis Baptiſmalis, abrogetur; cum eadem ſit ratio neceſſitatis, quæ in utraque re locum habet. Si enim conſulendum Infirmis eſt, ne ſine ſacra Unctione decedant, conſulendum etiam eſt Infantibus, ne vel ſine regenerationis lavacro pereant, vel baptizati quidem, ſed ſine ſacris Cæremoniis moriantur; Jura quippe omnia, quæ Parochis miniſtrationem ſacræ Unctionis injungunt, ad Infantes etiam baptizandos teneri Parochos decernunt. Auditus jam fuit Epiſcopus: Ab Eccleſia Cathedrali, & altera S. Mariæ Majoris nondum libellum habuimus: Duo ſunt Cauſæ Dubia.

I. *An retentio Olei Sancti, illiuſque Miniſtratio in tota Civitate Vercellis, ejuſque Suburbiis ſpectet dumtaxat ad Archipresbyterum Eccleſiæ Cathedralis Sancti Euſebii, & ad Vicarium perpetuum S. Mariæ Majoris, ſeu potius teneantur etiam alii Parochi Urbani illud in ſuis Eccleſiis Parochialibus retinere, atque intra cujus libet Parochiæ limites Miniſtrare*, & quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam.

II. *An locus ſit erectioni Fontis Baptiſmalis in ſingulis Eccleſiis Parochialibus dictæ Civitatis Vercellen. in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt Aquas.

LANCIANEN. DISMEMBRATIONIS: Villa Arielli tercentos viginti tres numerat Incolas, quorum impenſis Templum S. Matthei a ſolo eleganter extructum, ſacraque Supellectili, rebuſque omnibus ad Eccleſiaſtica Sacramenta ſervanda, vel Populo miniſtranda, curamque animarum gerendam inſtructum fuit. Uno diſtat lapide ab Oppido Arielli, a quo nomen accepit, & cujus Parochiali ſubeſt Eccleſiæ, a qua, cum cenſerent Villæ Incolæ pluribus ex cauſis ſeparari, præcipue vero, quia frequentiſſime accibebat, ut plures abſque Sacramentorum præſidio mortem obirent, plurimique ſacrum diebus Feſtis audire non poſſent, preces obtulerunt Archiepiſcopo, quibus poſtulabant, ut a veteri Parochiali Eccleſia Oppidi Arielli ſeparentur, novaque erigeretur in Villa Parochia. Eorum votis annuebat Archiepiſcopus, ſed cum teſe præſtiterit contradictorem Oppidi Archipresbyter, re ad hunc Ampliſſimum Ordinem delata, auditus idem fuit Archiepiſcopus, qui reſpondit rem ſe expendiſſe, cauſaſque ſeparationis ab Inco is Villæ enumeratas veras eſſe, caſque bene agnoſci ab ipſo Oppidi Archipresbytero, qui tamen contendit iis occurri poſſe, ſi œconomus deputetur, qui præſto ſit neceſſitatibus Incolarum Villæ: ſe tamen, pergit Archiepiſcopus, hanc œconomi deputationem non probare, cum hac ratione non ſatis conſultum ſit Incolis Villæ, fatiſque commode, nolloque ſive Archipresbyteri, ſive Eccleſiæ Parochialis detrimento fieri poſſit ſeparatio, & novæ Parochiæ erectio. Modum legent Eminentiſſimi Patres in ejuſdem Epiſtola, e que hæc eruimus, nam Archipresbyter nondum Jurium ſuorum libellum dedit: Dubium unum proponitur. *Seſſ. 21. c. 4. de Ref.*

An ſit locus Diſmembrationi Parochialis Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Arielli in caſu &c.

Dilata ad primam poſt Aquas.

PIS-

Sess. 23. c. 6. de Refor.

PISCIEN. BENEFICII: Vacante Beneficio erecto in Ecclesia S. Stephani Liscix a Nicolao Pisanellio, exarsit controversia inter Clericum Nicolaum Pagnium, & Sacerdotem Stephanum Pagnium; Hic enim, licet a minori Patronorum parte præsentatus contendebat Clerico Nicolao Beneficium illud dari non posse, tum quia nondum decimumquartum ætatis suæ annum attigerat, tum quia illud nonnisi Sacerdos assequi posset. Acta lis est Piscix in Audientia Episcopali; Victus fuit Clericus Nicolaus, ea ratione, quod legitimam non haberet ætatem. Appellavit Nicolaus, & preces obtulit Sanctissimo Principi, ut veniam ætatis, & Sacerdotalis Ordinis impetraret. Interim transactione controversia sopita est: Convenerunt, ut Clericus Beneficium obtineret, Sacerdos annuam Pensionem scut. 20. Expeditæ fuerunt Literæ Apostolicæ, quibus Clerico Nicolao onus datum fuit, ut *cum ad ætatem legitimam perveniret, reciperet Sacros Ordines*. Tempus advenit, quo vel sacros Ordines suscipere, vel Beneficium dimittere Nicolaus debebat: neutrum egit, contendens Beneficium non esse Sacerdotale. Ut igitur Bullæ emendarentur, & se ab hoc onere subduceret, preces obtulit Optimo, Maximoque Pontifici nostro. Data fuit de hac re cognitio Amplissimis Patribus; & auditus jam fuit Episcopus, ut fieri solet: Disputatio sedet in verbis his Testamenti Pisanellii „ Item mandavit, quod nuper eligatur unus „ Sacerdos in Ecclesia S. Stephani Piscix, qui deputetur, & deputatus esse in„ telligatur ad celebrandum divina officia ad Altare Sancti Silvestri dicta Ec„ clesia constitutum„. His perspectis, decernent Eminentissimi Patres, an Beneficium sit Sacerdotale, ut substinet Sacerdos Stephanus Pagnius, vel non sit, ut contendit Clericus Nicolaus Pagnius: questio hoc Dubio complectitur. *An simplex Beneficium sub invocatione S. Silvestri in Ecclesia Collegiata SS. Stephani, & Nicolai de Piscia sit Sacerdotale, itaut illius modernus obtentor teneatur assumere Sacros Ordines in casu &c.*

Beneficium esse Sacerdotale, saltem habitu, & ideo teneri.

Sess. 25. c. 9. de Ref.

ARIMINEN. BENEFICII, SEU CAPPELLANIÆ SUPER REINTEGRATIONE: Fundavit Julianus Nuccius ex Oppido Verruculis Beneficium quoddam, seu Cappellaniam in Ecclesia ejusdem Oppidi, quæ tunc a Patribus, qui *Servite* nuncupantur, possidebatur, detemque ei constituit tot Censuum Capitalis scut. 300., redditus vero annui scut. 21. reservato sibi, suisque Jurepatronatus, injunctoque onere Rectori agendi sacrum bis in hebdomada, & festo quolibet B. V. die. Post hæc decessit Gentilis Fabri ejus Uxor, quæ Virum scripsit hæredem, dato hinc Beneficio, seu Cappellaniæ Legato scut. 300. sive in pecunia, sive in immobilibus, ita tamen, ut Cappellanus ter singulis hebdomadis pro remedio animæ suæ celebrare teneretur. Obsequens huic voluntati Julianus Hæres tot Census fuminam a Testatrice statutam constituentes, redditus vero annui scut. 22. Cappellaniæ assignavit. Acta hæc fuerunt annuente Episcopo, prout eo annuente, translatum fuit Beneficium ad aliam Ecclesiam S. Agnetis Verruculi, & ad illud præsentatus primum fuit Sacerdos Paulus Riccius, cui assignati fuerunt fructus scut. 600. constituentes annua scut. 43. Verum cum paulo post redemptus fuisset Census scut. 300., satius duxit Julianus Fundator, & Patronus propria auctoritate reliquos etiam alienare, & prædium emere, ut dotem Beneficii constitueret.

Reclamavit Riccius Cappellanus, & Franciscus Nuccius Juliani, qui interim decesserat, hæres, parendo Decreto Episcopi Ariminensis agrum vendidit, & Census annui redditus scut. 44. 50. comparavit favore Cappellaniæ. Hoc rerum ordine ventum est ad annum 1693., quo idem Franciscus Episcopi assensu Census sibi sumpsit, & immobilia pretii scut. 1000. subrogavit,

gavit, cui subrogationi tum primus ille Cappellanus Riccius, tum, qui sequuti sunt, alii quieverunt; quiescere tamen noluit Antonius Colluccius, qui nunc Cappellanus est, precesque obtulit Amplissimo huic Ordini, ut Dos Beneficii iterum in Census redigeretur. Audito jam Episcopo, Causa proponitur, ut tria quæ sequuntur, Dubia expediantur.

. *An distractio Censuum in sorte sciut. 600. facta a Francisco Antonio Nucci auctoritate Ordinarii subsistineatur in casu &c.*; & quatenus negativè.

I. *An idem Nucci, sive Robertus Sassatelli illius donatarius teneatur ad reintegrationem eorumdem Censuum in casu &c.*; & quatenus affirmativè.

II. *An teneatur etiam ad damna, & interesse pro tempore preterito?*

Non proposita.

Die Sabbathi 18. Novembris 1747.

PLacuit Eminentissimis Patribus in ultima Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 23. *Septembris* Dilationem indulgere *ad hanc Congregationem* quinque his, quas subiicimus, Causis, ideoque ad earum species repetendas poterunt *Congregationis illius Folium* consulere.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS, cujus duo sunt capita. *Sess. 23. c. 4. de Ref.*

. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 22. Septembris anni 1742. in casu &c.*; & quatenus affirmative quoad primam partem.

I. *An sit locus Erectioni altersus Fontis in Ecclesia SS. Georgei, & Christinæ Vulsinij in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS, in qua quæritur. *Sess. 21. c. 4. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

LISBONEN. MATRIMONIJ, cujus Dubium est. *Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

An constet de nullitate Matrimonij in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

VERCELLEN. JURIUM PAROCHIALIUM, in qua duo Dubia disputantur. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

. *An retentio Olei Sancti, illiusque Ministratio in tota Civitate Vercellis, cjusque Suburibis spectet dumtaxat ad Archipresbyterum Ecclesiæ Cathedralis Sancti Eusebij, & ad Vicarium perpetuum S. Mariæ Majoris, seu potius teneantur etiam alii Parochi Urbani illud in suis Ecclesiis Parochialibus retinere, atque intra cujuslibet Parochiæ limites ministrare*, & quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

II. *An*

II. *An locus sit erectioni Fontis Baptismalis in singulis Ecclesiis Parochialibus d. Civitatis Vercellen. in casu &c.*

Ad I. Negativè ad primam partem. Affirmativè ad secundam, & amplius. Ad II. Negativè.

Sess. 21. c. 4. de Ref.

LANCIANEN. DISMEMBRATIONIS, cujus unum caput est. *An sit locus Dismembrationi Parochialis Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Arielli in casu &c.*

Negativè, & ad mentem.

Sess. 25. c. 9. de Ref.

ARIMINEN. BENEFICIJ, SEU CAPPELLANIÆ SUPER REINTEGRATIONE: Dedimus Causam hanc in *eodem folio ultimo Congregationis*, sed Causa non fuit proposita: Proponitur tunc itaque, ut tria eius Dubia expediantur.

I. *An distractio Censuum in sorte sunt 600. facta a Francisco Antonio Nucci auctoritate Ordinarij subsistineatur in casu &c.*; & quatenus negative.

II. *An idem Nucci, sive Robertus Saffatelli illius donatarius teneatur ad reintegrationem eorumdem Censuum in casu &c.*; & quatenus affirmative.

III. *An teneatur etiam ad damna, & interesse pro tempore præterito?*

Ad I. Negativè. Ad II. Affirmativè. Ad III. Negativè.

Sess. 22. Dec. de Obser. & Evit. in Celeb Miss.

CAMPANIEN. Species, rationesque omnes hujus Causæ sunt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. transacti *Mensis Augusti*. Cum Causa ea die non potuerit proponi, proposita fuit *in Congregatione* habita *die* 2. *Septembris* elapsi; sed jusserunt Eminentissimi Patres, ut *Iterum proponeretur*: Proponitur nunc, & duo, quæ sequuntur, Dubia sunt dissolvenda.

I. *An Episcopo Campaniæ sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi Oratorium, de quo agitur, pro Sacris peragendis?* Et quatenus affirmative.

II. *An sit concedendum Indultum Fundatori relati Oratorij retinendi fenestram in eodem Oratorio prospicientem juxta conditionem adiectam in Instrumento Fundationis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 4. de Regul.

FAVENTINA REDUCTIONIS MISSARUM: Imperio Patrum Amplissimorum proponitur hæc Causa, quæ in *Congregatione* habita *die* 2. elapsi *mensi Septembris* responsum accepit: *Dilata ad Primam post Aquas*: poterunt itaque Eminentissimi Patres *Folium* illius *Congregationis* iterum consulere, ut decernant.

An reductio Missarum subsistineatur in casu &c.

Negativè.

ARE-

ARETINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Constitutionibus Ordinis PP. Carmelitarum Excalceatorum cautum est, ne qui vitio, morbove aliquo insanabili laborant, recipiantur in Ordine, receptique, si vitium, morbumve tacuerint, ecitantur. Religioso huic Ordini nomen dare cupiens Alexander Renzius sacramentum præstitit nullo insanabili morbo teneri, & id ipsum affirmarunt Testes: receptus itaque fuit, & Professionem emisit, accepto nomine P. Philippi Nerei a S. Gaudentio. Cum tamen insanabili morbo laboret, cui neque ars, neque ferrum opem ferre potuit, & potest, & agnoscens illa Religiosi Instituti severitate morbum augeri, preces obtulit Sanctissimo Principi nostro, quibus postulabat in integrum restitui. Data fuit cognitio hujusce rei Eminentissimis Patribus, a quibus mandatu fuit Episcopo Jurisdictio, ut Judicialis Processus ope veritas rerum gestarum pateret, Præfecti Monasterio postularunt, ut P. Philippus ejiceretur, qui vitium tacuerat. Compertum est ex Testibus examinatis Philippum morbo, vitioque laborasse longe ante ingressum in Monasterium, & ex Testibus peritis rescimus morbum fuisse ab initio insanabilem, nullaque arte tolli posse. Episcopus in ea est sententia P. Philippum in integrum esse restituendum. Dubium est. *Sess. 25. c. 19. de Regul.*

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Affirmativè.

Die Sabbathi 2. Decembris 1747.

DUÆ, quæ sequuntur, Causæ in ultima Amplissimi Ordinis *Congreg.* habita *die* 18. transacti Mensis *Novembris* dilationem obtinuerunt ad *hanc Congreg.*, & ideo poterunt Eminentissimi Patres *Folium* illius *Congreg.* iterum perspicere.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS, in qua duo Dubia disputantur. *Sess. 22. c. 4. de Ref.*

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 22. Septembris anni 1742. in casu &c.*; Et quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An sit locus Erectioni alterius Fontis in Ecclesia SS. Georgei, & Christinæ Vulsinij in casu &c.*

Ad I. in decisis, & amplius. Ad II. Negativè, & ad mentem.

CAMPANIEN.: cujus duo sunt Capita.

I. *An Episcopus Campaniæ sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi Oratorium, de quo agitur, pro Sacris peragendis?* Et quatenus affirmative. *Sess. 22. Decr de Evit. & Obser. in Celeb. Miss.*

II. *An sit concedendum Indultum Fundatori relati Oratorii retinendi fenestram in eodem Oratorio prospicentem juxta conditionem adiectam in Instrumento Fundationis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

VITERBIEN. MEDIÆ ANNATÆ: Causa hæc VII. collecta Capitibus proposita fuit Sacro Tribunali in *Congreg.* habita *die* 15. *Decembris anni* 1742., cujus *Folium* publici Juris factum fuit in *Thesaur. Resolut. Sacr. Congreg. Vol. XI. pag.* 179. Sex priora Dubia definita fuerunt, nec de iis ambigitur VII. vero definitum non fuit, sed responsum accepit *Dilata*: Proponitur nunc itaque, ut ab Eminentissimis Patribus definiatur.

An ab Archipresbytero, & a quibusvis Canonic. debeatur media annata in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

Sess. 25. c. 14. de Ref.

FIRMANA JURIUM PAROCHIALIUM: Data fuit hæc Causa in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Mesis Junij* hujus Anni, propositisque VII. Capitibus, quibus collecta erat, placuit Amplissimis Patribus respondere: *Dilata & exhibeantur Fundationes*: Proponitur nunc iterum iisdem, quibus tunc comprehendebatur, Dubiis, ut ab Eminentissimis Patribus expediatur.

I. *An liceat Rectori Cappellaniæ S. Antonini, & Animarum purgantium Erect. in Ecclesia Parochiali per se ipsum, vel per alios Sacerdotes sibi benevisos canere Missas, in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & Ansuino Justiniano, & uti suppellectilibus ejusdem Cappellæ, ac propriis utensilibus, seu potius Missæ privative canendæ sint a Parocho?* & quatenus Affirmative ad secundam partem.

II. *An idem Parochus teneatur recipere utensilia, & suppellectilia ab eodem Rectore, sive potius ei uti liceat utensilibus, & suppellectilibus propriis ejusdem Ecclesiæ Parochialis?*

III. *An & quæ Eleemosyna debeatur Parocho in utroque casu?*

IV. *An & quæ Eleemosyna debeatur Parocho canenti Missam in Officiis Animarum Purgantium ex Eleemosynis quæstuatis?*

V. *An liceat Parocho recipere ex pecuniis quæstuatis obul. 25. pro cera, sive potius eadem cera emenda sit ex dictis pecuniis quæstuatis?*

VI. *An heredibus Leonardi Justiniani liceat celebrari facere in Altari sub invocatione S. Liborii existen. in Ecclesia S. Mariæ Misericordiæ extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, seu potius invitari debeant Sacerdotes Terrigenę pro Missis lecti, & Missa cantata in d. Anniversario cantari debeat privative a Parocho,* & quatenus Affirmative ad secundam partem.

VII. *An Parochus possit uti propriis suppellectilibus deferendis ex sua Parochiali, seu potius uti debeat suppellectilibus propriis d. Cappellę in casu &c.*

Ad I. Affirmativè ad primam partem. Negativè ad secundam, dummodo non impediat functiones Parochiales, & celebret per se ipsum. Ad II. provisum in primo. Ad III. in casu impedimenti Rectoris, deberi Parocho solitam eleemosynam pro Missis cantatis. In reliquis provisum in primo. Ad IV. deberi eleemosynam manualem juxta morem Regionis. Ad V. Negativè ad primam partem; Affirmativè ad secundam. Ad VI. Affirmativè ad primam partem,

Ne-

Negative ad secundam. Ad VII. provisum in antecedenti.

CASSANEN.: Decimus speciem, rationesque hujus Casuæ in *Folio Congregationis* habitæ *die* 17. *Junij hujus anni*, qua die Causæ propositio *dilata* fuit *ad sequentem Congregationem*: In alia itaque *Congregatione diei* 15. *Julii* IV. hæc controversiæ Capita proposita fuerunt „ I. An Ordinationes, seu „ Decreta Episcopi, & Vicarii respectivè dierum 15. Junij 19. Julij, & 8. Augusti anni 1746. subsistineantur in casu, & quatenus Negativè. II. An, & quo „ modo sit providendum pro servitio Cathedralis Ecclesiæ quoad Presbyteros „ supranumerarios. III. An ad loca participationis in dicta Cathedrali Ecclesia „ deinceps vacatura admitti debeant Presbyteri antiquiores supranumerarij juxta Ordinis antianitatem, sive potius præferendi sint recentiores Presbyteri, „ quia a Loco non discedentes post Sacerdotium diebus saltem festis, Cathedrali jugitur inservierunt? IV. An in concursu supranumerariorum, qui post „ Ordinationem ad Sacerdotium diebus Festis Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibuerunt in admissione ad dictæ participationis loca, præferri debeant ii, qui „ etiam publicæ adorationi Ven. Sacramenti per tempora ab Episcopo præfinita „ interfuerunt in casu &c. Respondit his Sac. Tribunal: Ad I. Affirmativè quoad „ primum, & secundum Decretum tantum. Ad II. provisum in primo Ad „ III. Recurrant in casibus particularibus. Ad IV. Negativè, sed esse tantum hortandos „ Non placuit hæc definitio, & ideo nunc ad examen revocatur Dubio, quod sequitur. *Sess.* 24. *c.* 4. *de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

AUXIMANA CONCURSUS: Species hujus Causæ repetenda est ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 15. *transacti Mensis Julij*, licet ea die Causa non potuerit proponi: Proposita fuit in *Congregationis die* 12. *Augusti*, & tribus Capitibus „ I. An constet de mala relatione Examinatorum? II. An con„ stet de irrationabili judicio Episcopi? & quatenus affirmativè. III. An & cui „ sit adjudicanda Parochialis, de qua agitur in casu &c. Responderunt Amplis„ simi Patres Ad I., & II. negativè. Ad III. Provisum in Præcedentibus: Cum hæc Definitio data fuerit, parte inaudita altera, quæritur nunc. *Sess.* 24. *c.* 18. *de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

PISCIEN. BENEFICIJ: Controversia, quæ agitur in hac Causa, habetur *in folio Congregationis* habitæ *die* 23. transacti Mensis *Septembris*: Propositum fuit Dubium: An simplex Beneficium sub invocatione S. Silestri in Ec„ clesia Collegiata SS. Stephani, & Nicolai de Piscia sit Sacerdotale, itaut il„ lius modernus Obtentor teneatur assumere Sacros Ordines in casu &c. Respondit Sacrum Tribunal: Benenficium esse Sacerdotale saltem habitu & ideo teneri: hoc quoque responsum prolatum fuit, altera inaudita parte, & ideo nunc Dubium proponitus. *Sess.* 24. *c.* 6. *de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.25.c.19. de Ref.

SANCTI MARCI RESTITUTIONIS IN INTEGRUM : Postulat in integrum restitui P. Constantinus a Sancto Felice Ordinis S.Francisci Minorum Observantium Reformatorum, qui in Sæculo nuncupabatur Franciscus Xaverius Palermo natus in Oppido S. Felicis, adversus Professionem, quam emisit in Ordine. Preces ipse obtulit Sanctissimo Principi, & cum facultas hac de re cognoscendi data fuisset Sacro huic Tribunali, mandata ab Eminentissimis Patribus fuit Jurisdictio Episcopo S. Marci, ut Judicialis fieret Processus, audirentur Præfecti Monasterio, & sententiam ipse animi sui referret. Præfectus Monasterio declaravit P. Constantinum recte petere restitutionem in integrum : Septem Testes examinati fuerunt : Episcopus secundum P. Constantinum respondit. Cum vero idem P. Constantinus summa laboret egestate, ut impossibile ei sit omnia, quæ in Processu sunt in suo libello Jurium complecti, & amplissimis Patribus exhibere, rogavit nos, ut de probationibus, quæ in Processu sunt, eosdem certiores redderemus. Hinc nos invenimus P. Constantinum Professionem emisisse, cum abesset adhuc ab ætate annorum sexdecim per menses undecim, & quod excurrit; nam ipse ortum duxit, ut constat ex fide Baptismatis *anno* 1710. *die* 25. *Maij* : Professionem emisit *anno* 1715. *die* 27. *ejusdem Mensis Maij* : Invitus perstitit in Novitiatur per annum, Menses tres, & die 21. Laborans semper gravi, molestoque scabiei morbo, quo adigebatur ex consilio Medici lineis pannis uti, ne asperæ vestis attritione excoriaretur. Hoc tempore elapso, hinc minis, & terroribus, inde delinimentis, atque munusculis alliciebatur, ut duraret, desineretque vestes suas repetere, & vota solemnia nuncuparet : consilij, atque auxilii inops Professionem emisit. Agnovit ipse, agnovitque post eam emissam Præfectus Monasterio nullitatem Professionis, curavitque sæpius, ut eam ratam haberet, sed frustra, nam recusavit P. Constantinus, reclamavitque firmiter permanens in proposito egrediendi, cum primum daretur occasio. Ut hanc hominis constantiam vincerent Præfecti, obtulerunt gradus, munera, & dignitates in Ordine ; ut molina omnia in irritum cesserunt, recurrente P. Constantino, qui etiam, ne qua tacita induci posset ratihabitio, abstinuit a suscipiendis Ordinibus per manus Episcopi Diœcesani ea de causa, quod exposceretur ratihabitio professionis, eosque Romæ suscepit. Centies animi sui sententiam Religioso statui repugnantem, aversamque aperuit, protestatus fuit, & reclamavit extrajudicialiter. Jactatus per annos duodecim tandem ad Asylum Sacratissimi Principis, & Sacri Tribunalis confugit, postulatque nunc ab Emis Patribus, ut definiant.

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Affirmativè.

Sess. 25. c. 8. de Refor. & c.5. de Reg.

ARIMINEN. : Indicta ab Episcopo Ariminensi Visitatione Monasterio, & Monialibus S. Sebastiani Civitatis Arimini viventibus instituto Canonicorum Regularium Lateranensium, controversia orta est inter Episcopum, & Abbatem ac Canonicos Regulares Monasterii S. Martini ejusdem Civitatis : Omnis autem hujus controversiæ Capita numero XIII. hic subijcimus, ut ab Emis Patribus definiantur.

I. *An Episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium Monasterij S.Sebastiani Civitatis Arimini Canonicis Regularibus subjecti possit ipsius cogere ad subeundum onus Visitationis personalis ad crates collocutorij circa ea, quæ pertinent ad clausuram in casu &c.*

II. *An Episcopas in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum crates, & mœnia exteriora Monasterii prædictarum Monialium, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque Loca in casu &c.*

III. *An, & quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes d. visitatio-*

tioni, aut eam impedientes in casu &c.

IV. *An Episcopus ejusdem Monasterij clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus?*

V. *An teneantur Episcopo ut supra visitanti stratum cum pulvinari parare in Ecclesia interiori, & exteriori in casu &c.*

VI. *An & a quibus Episcopo accedenti pro eadem Visitatione debeantur in Ingressu & egressu ab Ecclesia honorificentiæ, & Præeminentiæ, actus reverentiales, & associatio in casu &c.*

VII. *An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & Visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. Abbatis, & Confessari earumdem, sive aliorum Regularium ejusdem Ordinis in casu &c.*

VIII. *An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis Bonorum prædictarum Monialium ad formam Bullæ San. Mem. Gregorii XV. incipien. Inscrutabili, non obstante prætenso ejus non usu: & An pro hujusmodi effectu debeant asportari Libri Administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus Palatium Episcopale vel potius computa revideri debeant ad cratres Monasterii in casu &c.* Et quatenur Affirmativè.

IX. *An in eadem redditione rationis intervenire debeant Abbas d. Monasterij, alijque Regulares ejus Ordinis in casu &c.*

X. *An prædictis Canonicis Regularibus in illorum Comitis, aut Capitulis liceat ultra Confessarium ordinarium deputare alium Vice Confessarium ad annum. vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ab absentiam, vel infirmitatem Confessari ordinarii, vel aliam lustam Causam ita expedire videatur in casu &c.*

XI. *An hujusmodi Vice Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari in casu &c.*

XII. *Ad idem Vice Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorumdem Canonicorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 10. de Regul.*

XIII. *An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Die Sabbathi 16. Decembris 1747.

ROgantur Eminentissimi Patres, ut *Folium* ultimæ *Congregationis*, quæ habita est *die* 2. *hujus Mensis*, iterum consulant, quo primæ *quatuor*, quas hic ordine suo damnus, Causæ, quæ *dilationem* obtinuerunt *ad hanc Congregationem*, possint definiri.

CAMPANIEN., in qua duo Dubia disputantur.

I. *An Episcopus Campaniæ sine præjudicio Jurium Parocialium teneatur concedere*

Sess. 22. decr. de evit. & ob serv. in celeb Miss.

cedere facultatem benedicendi Oratorium, de quo agitur, pro Sacris peragendis? Et quatenus affirmative.

II. *An sit concedendum Indultum Fundatori relati Oratorij retinendi feneſtram in eodem Oratorio proſpicientem juxta conditionem adjectam in Inſtrumento Fundationis in caſu &c.*

Ad I., & II. ſupplicet Santiſſimo, & ad mentem.

Seſſ. 24. c. 4. de Ref. CASSANEN., in qua quæritur.
An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Ad I., & II. ſervanda eſſe Decreta Epiſcopi, præterquam quoad pœnam ſuſpenſionis, ita tamen ut ſupranumerarij non excuſentur ratione ſervitii Eccleſiarum Ruralium, niſi prævia deſignatione Epiſcopi, & non teneantur exercere officia Diaconi, & Subdiaconi niſi in ſubſidium, & legitime impeditis Cappellanis numerarijs. Ad III. præferendos eſſe antiquiores, dummodo inſervierint duabus ſaltem ex tribus partibus anni, niſi fuerint legitimè impediti.

Seſſ. 24. c. 6. de Ref. PISCIEN. BENEFICIJ, cujus unum Dubium eſt.
An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſſ. 25. c. 8. de Ref & c. 5. de regul. ARIMINEN., cujus XIII. ſunt Capita.

I. *An Epiſcopus Ariminen. viſitaturus clauſuram RR. Monialium Monaſterij S. Sebaſtiani Civitatis Ariminі Canonicis Regularibus ſubjecti poſſit ipſas cogere ad ſubeundum onus Viſitationis perſonalis ad crates collocutorij circa ea, quæ pertinent ad clauſuram in caſu &c.*

II. *An Epiſcopus in concernentibus clauſuræ cuſtodiam poſſit viſitare nedum crates, & mœnia exteriora Monaſterii prædictarum Monialium, ſed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas omnes inferiores, & ſuperiores, aliaque Loca in caſu &c.*

III. *An, & quando puniendæ ſint Moniales, vel alii reſiſtentes d. viſitationi, aut eam impedientes in caſu &c.*

IV. *An Epiſcopus ejuſdem Monaſterij clauſuram viſitaturus poſſit ingredi ſtola indutus?*

V. *An teneantur Epiſcopo ut ſupra viſitanti ſtratum cum pulvinari parare in Eccleſia interiori, & exteriori in caſu &c.*

VI. *An & a quibus Epiſcopo accedenti pro eadem Viſitatione debeantur in Ingreſſu & egreſſu ab Eccleſia honorificentiæ, & Præeminentiæ,*

actus

actus reverentiales, & associatio in casu &c.

VII. *An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & Visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. Abbatis, & Confessari earumdem, sive aliorum Regularium ejusdem Ordinis in casu &c.*

VIII. *An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis Bonorum prædictarum Monialium ad formam Bullæ San. Mem. Gregorii XV. incipien. Inscrutabili, non obstante prætenso ejus non usu: & An pro hujusmodi effectu debeant asportari Libri Administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus Palatium Episcopale vel potius computa revideri debeant ad crates Monasterii in casu &c.* Et quatenus Affirmativè.

IX. *An in eadem redditione rationis intervenire debeant Abbas d. Monasterij, alijque Regulares ejus Ordinis in casu &c.*

X. *An prædictis Canonicis Regularibus in illorum Comitis, aut Capitulis liceat ultra Confessarium ordinarium deputare alium Vice Confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ab absentiam, vel infirmitatem Confessari ordinarii, vel aliam justam Causam ita expedire videatur in casu &c.*

XI. *An hujusmodi Vice Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari in casu &c.*

XII. *Ad idem Vice Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorumdem Canonicorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 10. de Regul.*

XIII. *An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente in casu &c.*

Dilata ad primam post Reges.

LUCANA EXECUTIONIS BREVIS: Species hujus Causæ expressa fuit diligenter in *Folio Congregationis* habitæ *die* 30. *Martii anni* 1737., quod in lucem hominum editum fuit *Vol. VIII. Thes. Resol. Sac. Congreg. pag.* 34., e quo eam repetere poterunt Eminentissimi Patres: Dubium ea die propositum fuit -- An sit consulendum Sanctissimo pro Gratia favore Loci Pii „ super commutatione voluntatis Testatoris, seu potius an, & ad cujus favorem „ sit servandum, & respectivè relaxandum Breve in casu &c. -- Cui respondit „ Sacrum Tribunal -- Quoad Commutationem negative, & amplius: Et quoad „ Breve videatur particulariter auditis interesse habentibus -- Post hoc responsum Catharina Felix Frediani, citatis jam Gubernatoribus Loci Pij Azzurrinorum, & publico proclamat Rosa, & Maria Catharina Fredianis, postulat, ut seeundum eam expediatur pars altera Dubii, quod in illa *Congregatione diei* 30. *Martij anni* 1737. definitum non fuit, & hic subjicitur. *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

An

An, & ad cujus favorem sit servandum, & respective relaxandum Breve in casu &c.

Dilata ad primam post Reges.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

ARIANEN. Repetenda est hujus Causæ species e *Folio Congregationis*, quæ habita fuit *die* 22. *Augusti anni* 1739., in quo data fuit elegantur: *Folium* autem illud publici Juris factum fuit *Vol. IX. Thes. Resol. Sac. Congr. pag.* 131. Causa quidem ea die proponi non potuit, sed proposita, & definita fuit in *sequenti Congregatione diei* 12. *Septembris*, ut in eodem *Vol. IX. pag.* 142.; Duo erant Dubia I. An Sacerdos Dominicus Malamisura sit admittendus ad participationem Massæ communis Ecclesiæ Collegiatæ Sanctissimæ Assumptionis Terræ Zuncoli in Casu &c. II. An eidem Sacrdoti competat Jus concurrendi ad Canonicatus dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, quoties eos vacare contigerit in casu &c. Responderunt Amplissimi Patres, Ad I. Negative. Ad II. Affirmative. Obtinuit post hæc Dominicus Malamisura Canonicatum, & nunc pugnam iterum instaurat duobus, quæ hic damus, Dubiis, ut ab Eminentissimis Patribus definiantur.

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo Dubio sub die* 12. *Septembris anni* 1739.; & quatenus recedendum.

II. *An, & a quo tempore decurrisse intelligantur favore Canonici Malamisura fructus, distributiones, ac emolumenta omnia provenientia ex Massa tam Participationum, quam Canonicatuum, & quænam expensæ sint ei reficiendæ in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

Sess. 25. c. 3. de Ref.

UXENTINA CELEBRATIONIS MISSARUM: Testamento, quo decessit Joseph Russo, hæredem scripsit Sacerdotem Joannem Dattilo, eique onus adjecit quatuor Sacrorum, quæ perpetuis futuris tempotibus quolibet Mense agenda essent in Altari Sanctissimæ Trinitatis sito in Ecclesia PP. Minorum Observantium Civitatis Uxenti, quod onus idem Sacerdos, dum vixit, per se ipsum implevit. Paulo post idem Joannes Dattilo, qui arcto sanguinis vinculo jungebatur cum Dominico Geballo, eidem omnia Bona sua donavit, adectis pluribus onesibus pluribus oneribus perpetuis Sacrorum, quæ agenda essent in eodem Altari, & Ecclesia Patrum Minorum Observantium, pro expiatione scilicet Animæ Archidiaconi Gaballo, Josephi Russo, & ipsiusmet Donatoris. Ut onera Dominicus impleret, Patribus ipsis Observantibus mandavit, ut Sacra dgerent, quæab iis longo tempore acta sunt.

Cum vellet nuper Anna Maria Gaballo filia, atque hæres Dominici Consanguineum Sacerdotem eligere, qui onera horum omnium Sacrorum in Altari, & Ecclesia Patrum Observantium persolveret, hanc suam voluntatem Patribus significavit, obtulitque necessariam Sacrarum Supellectilium impensam. Renuerunt Patres sibi ipsis vindicantes jus onerum Piorum, ideoque Anna Maria hac de re libellum obtulit Amplissimis Patribus, auditoque Episcopo Uxentino, tria dubia nunc proponentur, quorum primo disputat Anna Maria Patres Observantes nulla ratione sibi asserere Jus Sacra agendi, cum Joseph Russo, Joannes Dattilo. & Archidiaconus Gaballo nullam de Patribus Observantibus rationem habuerint in his Sacrorum oneribus, neque iisdem hoc onus dederint, sed hæredibus, & Donatario, ideoque libera hæredibus, & Donatario, ideoque libera hæredibus, & Donatario potestas fueris, & sit quos maluerint, velintque, Sacerdotes eligere, qui in illa Ecclesia, & Altari Sacra agant, ut tradunt *Petrus de Vbald. de Portion. Canon. cap.* 7. *num.* 5. *Monacell.*

naccll. Formul. Legal. pag. 218. *num.* 18. *Card. de Luca de Legat. disc.* 25. *n.* 3. comprobantque Sacri hujus Tribunalis Resposa, quibus definitum est Cappellani electionem hoc casu ad hæredes pertinere, *ut in Maceraten.* 15. *Martii* 1692. *in Melevitana Celebrationis Missarum* 8. *Martii* 1734., *& in Papien. oneris Missarum relata in Thesau. Resolut. Sac. Congregat. Vol. VI. pag.* 213.

Præsertim, cum ex facto constet Sacra pro expiatione Annarum Joseph Russo, & Archidiaconi Gaballo acta fuisse ab eodem Joanne Dattilo, ideoque frustra Patres nitantur longo tempori, quo ipsi Sacra hæc egerunt, tum quia in actibus facultativis nulla oritur ex longævo tempore obligatio, tum quia in eadem *Causa Papien. Celebrationis Missarum* nulla habita ratio fuit *centum*, *& septuaginta annorum*, quibus Patres Reformati Franciscanæ Familiæ Sacra egerant. Eoque amplius, quod Patribus obstet eorum Institutum, quo iis vetitum est annuos perpetuos redditus assequi, licet Sacrorum nomine illis relinquantur, *ut in cap.* 1. *de Religios. dom. in* 6. *Clementina Exivi vers. cumque annui redditus de verb. signif. in* 6., *& in Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. quidquid subtiliter ad legem eludendam distinxerit *Silvester in summa verb. legatum lib.* 2. *num.* 4. *vers.* 6. eicens assequi non posse annua Legata, uti debita civili actione ex testamento, sed posse per modum Eleemosynæ & stipendij celebrationis Sacrorum; hoc enim diffugium recte sustulit, *Silvestro*, reprobato *Rota Rom. cor. Merlin. decis.* 459, *& cor. Emerix impres. post Monacell. dec.* 33. *num.* 4. uti & aliud, quod non ipsi Patres in Judicio sint, sed eorum Syndicus Apostolicus, uti unus de Populo, *ut in eadem dec.* 33. *post Monacell.*

Atque hin contendit Anna Maria teneri Patres Observantes ad patientiam præstandam, ut in Ecclesia Sacerdos electus Sacra agat juxta solemne responsum Sacri hujus Tribunalis *in una Romana* 15. *Januarii* 1639. *lib.* 16. *decret. pag.* 23. quod si non placeat Eminentissimis Patribus, postulat, ut decernant onera Sacrorum in aliam Ecclesiam esse transferendæ juxta ea, quæ doctissime, ut solet semper, differuit Sanctissimus Dominus Noster *in disc. imp. ress. post Appendic. de Livell. cap.* 1. §. 33. *a num.* 50. *ad* 81.; Hæc, atque alia habet Anna Maria. A Syndico Patrum Observantium nihil hactenus habuimus: Tria, quæ in quæstionem eniun, Dubia sunt.

I. *An celebratio Missarum relictarum a Josepho Russo, Archidiacono Gaballo, & Joanne Dattilo in Altari Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis erecto in Ecclesia PP. de Observantia S. Francisci Civitatis Uxenti privative spectet ad dictos Patres; vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare Sacerdotes?* Et quatenus negative quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam.

II. *An d. Regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum Ecclesia Sacerdotes Sæculares Missas relictas celebrent?* Et quatenus negativè.

III. *An onera earumdem Missarum sint transferenda ad aliam Ecclesiam?*

UXENTINA LEGATI: Ab antecedentis Causæ controversia inter Annam Mariam Gaballo, & Patres Minores Observantes ortum initiumque habuit hæc altera, quæ inter eosdem est. Solebat, dum viveret Dominicus Gaballo Annæ Pater, annuam eleemosynam dare Patribus Observantibus, ut Sacra quædam agerentur ab ijs pro remedio Animæ Victoriæ Monti. Hanc pii Patris consuetudinem post ejus obitum per annos aliquot servavit Anna Filia: nuper cessavit: Sed vocata fuit in Jus a Patribus coram Præside Licensis Provinciæ, ut stipem solitam daret. Anna Maria confugit ad hoc Sacrum Tribunal postulans declarationem Eminentissimorum Patrum, qua definiant eam non posse obstringi ad hæc annua Sacra, cum nulla cogente obligatione, sed ex sola Patris, & sua pietate ea acta fuerint, ideoque nisi Patres Observantes probent titulum, quo hæc Sacra agi necessario debeant, nullam iis esse actionem, ne nova hæc in Foro actio resonet ad solvendam, præstandamque eleemosynam. Quod si adhuc dici posset obstringendam esse Annam Mariam *Sess.* 25. c. 4. *de Ref.*

aliquo titulo, ut curet hæc Sacra agi, liberam postulat sibi dari facultatem, cui velit Sacerdoti hanc curam dandi, ut Sacra faciat juxta ea, quæ dicta sunt in disputatione Causæ præcedentis: Hinc duo controversiæ hujus capita constituta sunt.

I. *An Mariæ Gaballo teneatur celebrare facere Missas, de quibus agitur, pro Anima Victoriæ de Montibus?* Et quatenus affirmativè.

II. *An sit in arbitrio d. Annæ Mariæ committere illarum celebrationem Sacerdoti Sæculari sibi benevisо? in casu &c.*

Sess. 25. c. 12. de Ref.

HIERACEN. CENSURARUM: Postquam Hieracensis Episcopus vexavit Antonium Mari Parochum SS. Blasii, & Leonis Castriveteris quæsito colore rixæ cum Clerico, eumque a divinis suspensum declaravit, Ecclesiaque, ejusque bonis Oeconomum præposuit, restitutur tamen & ille fuit contra hæc omnia a Sac Congregatione Episcoporum, & Regularium die 6. Martij anni 1743, ira nondum expleta, iterum eum aggressus est alia ratione, quia scilicet Parochia abesset, nec in ea resideret, & novo Curiæ Episcopalis decreto jussus est parcere Sacris, novusque Oeconomus Ecclesiæ datus. Hinc Parochus, cum videret Episcopum surdas aures habere, appellationem interposuit ad Tribunal A C, a quo die 30 Septembris anni 1745 absolutus fuit, & declaratum est Curiam Episcopalem nulliter, & indebite sine Actis, & Processu Judiciali processisse, jussumque est, ut Oeconomus removeretur. Hac non obstante sententia, perseveravit in incepto Curia Episcopalis, nec Parochum reintegravi, nec Oeconomum amovit, & in hac usque diem nihil actum est. Vexationis itaque cum nullum videret exitum Parochus, impetrata prius ad cautionem absolutione a Censuris, duo, quæ subjicimus, Dubia ab hoc Sacro Tribunali definiri postulavit, interpellato Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis, quorum primo agitur de injustitia Censurarum, altero de damnis farciendis. Injustitiam Censurarum probat Parochus Testibus, qui dicunt eum incoluisse, & incolere ædes non solum intra Parochiam, sed prope ipsam Ecclesiam sitas, munerique suo numquam defuisse, sed omnia diligentissime expleviſſe, quæ ad Parochi officium pertinent, & ideo preces universi fundunt pro recuperando Parocho. Videant itaque Amplissimi Patres, quo responso expedienda dubia sint.

I. *An decretum Suspensionis, & irregularitatis a Reverendissimo Episcopo del Tufo latum die 6. Maii 1745. sit approbandum, & exequendum?* Et quatenus negativè.

II. *An removeri debeat Oeconomus, & Parochus Antonius Mari sit plenarie reintegrandus ad suam Ecclesiam Parochialem cum omnibus fructibus, emolumentis, damnis, & interesse in casu &c.*

INDEX

INDEX

CONCLUSIONUM AC RESOLUTIONUM OMNIUM.

Quæ in singulis Foliis Anni 1747. *fuerunt adnotatæ.*

A

ABSENS, ABSENTIA.

Deletio Sacerdotis, absentis studiorum causa, ex Albo Capituli, facta ab eodem Capitulo non sustinetur. *Potentina p.6. & 11.*

Et eidem Sacerdoti debetur participatio cum Insignus, aliisque honoribus consuetis. *Potentina ibid.*

ABSOLVERE ABSOLVTIO.

Si Clericus ad Ord. Min. promotus fuerit ab Episcopo Domicilij originis, & ordinari debebat ab Episcopo Domicilij Nativitatis, absolvitur ad cauthelam, & demandatur, ut præstet juramentum ad formam Bullæ. *Ariminen., seu Feretrana Ordinationis p.3.*

Confraternitates, quando pro præteritis Missis non celebratis absolvi debeant, & non sint cogendæ ad illarum celebrationem, facto verbo cum Sanctissimo. *Lucana celebrationis Missarum. Dub. 2. pag.10. cum seq.*

Canonicis, qui habent redditus vix pares congruis alimentis, petentibus an ipsi celebrare, & applicare teneantur Missas Conventuales in præteritum omissas, & non celebratas, seu potius a prædicto onere sint absolvendi? responsum fuit: *Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum, injuncto onere celebrationis alicujus Missæ solemnis arbitrio Episcopi. Vicen. Missæ Conventualis Dub.1. p.41. cum seq.*

ÆDIFICARE ÆDIFICATIO.

Nulli denegari debet facultas ædificandi novam Ecclesiam, si Episcopi consensus accedat, & si nova antiquæ Ecclesiæ detrimentum non inferat. *Auximana Ædificationis Ecclesiæ §. Urget p.24.*

Et si Episcopus nulla ratione veniam hanc neget, appellari potest ad Judicem, qui vel ædificandi facultatem dabit, vel Episcopum compellet, ut præstet ædificationi consensum *d. Auximana §. Urget pag. ibid.*

Detrimenta vero veteris Ecclesiæ, ad effectum impedie ndi ædificationem, quæ nam sint, remissive. *Ibid.*

Ædificatio novæ Ecclesiæ quando non sit permittenda *d. Auximana p.42.*

ÆTAS.

Conceditur restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam ex defectu legitimæ ætatis. *Sipontina Restitutionis in integrum p.20., & 42., & S. Marci Restitutionis in integrum, pag. 54.*

Limita stante scientia hujus defectus, & nullitatis, *d. Sipontina p. 5. cum seq.*

Sed hæc limitatio non procedit, si scientia superventa fuerit occasione litis. *Ibid.*

ALIENATIO.

Distractio Censuum in forte scutor. 600., constituentium Dotem Beneficii, facta a Patrono auctoritate Ordinarij, non sustinetur. *Ariminen. Beneficti, seu Cappellaniæ super Reintegratione dub.1. pag.48. & 50.*

Et idem Patronus, sive illius Donatarius tenetur ad reintegrationem eorumdem Censuum. *d. Ariminen. dub.2. pag. 48. & 50.*

Seo non tenetur etiam ad damna, & interesse pro tempore præterito. *d. Ariminen. dub 3. p.48 & 50.*

AMOVIBILITAS.

Parocho alicujus Ecclesiæ non licet ad arbitrium removere Cappellanum Curatum alterius Ecclesiæ, ab ipso nominatum

tum, absque causa ab Ordinario cognoscenda. *Lunen. Sarzanen. Juris amovendi Cappellanum Curatum dub.1.p.44.*

ANNIVERSARIUM.

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tám Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis, nec Missa cantata in d. Anniversario privativè á Parocho cantari debet. *Firmana Jurium Parochialium dub.6.pag.52. cum seq.*

APPELLATIO.

Beneficij provisio nulla non declaratur, etiamsi antea interposita esset appellatio ad S. Congregationem. *Sarnen.dub. 1.pag.26. cum seq.*

Denegante Episcopo facultate ædificandi novam Ecclesiam absque ulla ratione, competit appellatio ad Judicem Superiorem. *Maximana Ædificationis Ecclesiæ §.Urget.p.23. cum seq.*

B

BAPTISMALIS FONS.

NON est locus novæ constructioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali, & Collegiata SS. Georgei, & Christinæ Martyrum Terræ Vulsinii juxta Decreta in Visitatione edita ab Episcopo Urbevetano. *Urbevetana Fontis Baptismalis dub.1.pag.51.*

Et in dictis Ecclesis denegatur erectio alterius Fontis *d. Urbevetana dub. 2. p.1. ibid.*

Denegatur erectio Fontis Baptismalis, quam singulis Parochi Civitatis Vercellen. prætendebant sub motivo, quod sicuti ipsi adigebantur retinere, & ministrare Oleum Sanctum, ita eidem similis erectio concedi debebat. *Vercellen. Juri. m Parochialium dub.2.p.49. cum seq.*

BENEFICIA ECCLESIASTICA.

Sustinetur provisio Beneficii ab Episcopo facta in exclusionem Canonici Theologi, illius unionem ad Præbendam Theologalem prætendentis, nec nulla declaratur, etiamsi per d. Canonicum antea interposita esset appellatio ad S. Congregationè. *Sarnen.dub.1.p.26.cum seq.*

Beneficium simplex uniendum non est Præbendæ Theologali, quæ ascendat ad annua scuta 6. monetæ Romanæ. *d. Sarnen. dub.2. ibid.*

Quando Beneficium dicatur Sacerdotale, saltem habitu. *Piscien. Benefic. pag.48. & 56.*

Qui obtinet Beneficium Sacerdotale, saltem habitu, tenetur assumere Sacros Ordines *d. Piscien. pag.48. & 56.*

C

CANCELLATIO.

VIde *Deletio*.

CANONICATUS IN GENERE.

Legatum pium cum onere celebrationis Missæ quotidianæ, non requirens personalem residentiam, nec obligationem celebrandi per se ipsum, non est incompatibile cum Canonicatu alibi residentiam requirenti. *Sipontina Legati Missarum pag.8. & 9*

Quando Canonicatus declarandi veniant Sacerdotales, itaut Canonici non promoti teneantur se promoveri facere ad formam Concilij *Gracinen. pag. 13. & 14.*

CANONICATUS QUOAD PRÆBENDAM THEOLOGALEM.

Etiamsi in antiqua Ecclesia Collegiata erecta sit Præbenda Theologalis, permittitur tamen in recentiori Collegiata erectio dictæ Præbendæ Theologalis, adjecta lege, ut lectio Sacræ Scripturæ diversa die fiat in una, qua fit in altera Ecclesia. *Theatinæ Erectionis Theologalis p.3.*

Sustinetur provisio Beneficij ab Episcopo facta in exclusionem Canonici Theologi, illius unionem ad Præbendam Theologalem prætendentis. *Sarnen. dub. 1. p.g. 25. cum seq.*

Beneficium simplex uniendum non est Præbendæ Theologali, quæ ascendat ad annua scuta 60 monetæ Romanæ *d. Sarnen. dub.2.pag.26. cum seq.*

CANONICUS CANONICI

Soli Canonici *Supranumerarij* tenentur subire ad formam pacti onus Hebdomadæ, ac celebrationis Missæ conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere, soluta tamen a Canonicis antiquioribus Eleemosina Missæ Conventualis pro rata Servitii debiti ab iisdem Canonicis antiquioribus. *Abellinen. Elemosinæ Missæ Conventualis pag.4.*

Con-

Contrarium resolvitur, quod scilicet soli *superanumerarij* non teneantur ad diurnum onus Hebdomadæ, & celebrationis Missæ Conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere, absque eo quod petere valeant Eleemosinam a Canonicis antiquioribus. *d. Abullinen. pag.* 14.

Quando Canonicatus declarandi veniant Sacerdotales, itaut Canonici non promoti teneantur se promoveri facere ad formam Concilij. *Gravinen. pag.* 13. *&* 14.

Canonicus tenetur ad personalem Residentiam, nec valet alium substituere, etiamsi absit litis causa, quæ non respiciat interesse Ecclesiæ. *Constantien. dub.*1. *pag.*26. 35. *&* 36.

Et tempore absentiæ participare nequit de omnibus Distributionibus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, prout participant cæteri Canonici interessentes, extra casus a jure permissos. *Constantien. dub.*2. *pag.*26 35. *&* 36.

Canonicis, qui habent redditus, vir pares congruis alimentis, petentibus, an ipsi celebrare, & applicare teneantur Missas Conventuales, in præteritum omissas, & non celebratas, seu potius a prædicto onere sint absolvendi? responsum fuit: *Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum, injuncto onere celebrationis alicujus Missæ solemnis arbitrio Episcopi. Vicen. Missæ Conventualis dub.* 1. *pag.* 41. *cum seq.*

Et celebrando Missam lectam in Cappella sub Altari Majori, dum in Choro recitantur horæ canonicæ, satisfacere nequeunt oneri Missæ Conventualis *d. Vicen. dub.*2. *p.*41. *cum seq.*

Statuta, seu Ordinationes de anno 1638. factæ per Decanum & Canonicos Embricen. circa Canonicum Sacellanum sustinentur. *Embricen. Jurium Canonicalium dub.*1. *pag.*45.

Sacellanus Canonicus gaudere non debet Jure Turni, ac voce activa, & passiva aliisque prærogativis, prout cæteri Canonici. *d. Embricen. dub.*2. *pag.*45.

Onus celebrandi Missam Parochialem singulis diebus Dominicis, & Festivis spectat ad Canonicum Sacellanum, non vero ad Capitulum. *Embricen. Jurium Canonicalium dub.*3. *pag.*45.

Canonico Sacellano occupato in exercitio Curæ Animarum, & a Choro absenti, debentur distributiones quotidianæ. *d. Embricen. dub.*4. *pag.*45.

CAPITALE.

Demandata erectione Montis Frumentarij ex pretio fructuum unius anni hæreditatis, Testatoris, cum onere injuncto hæredi emendi quotannis in perpetuum Rubrum unum in augumentum ejusdem Montis, hoc augumentum non efformat capitale erectionis. *Amerina pag.* 7. *cum seq.*

Adeout pro constructione Ecclesiæ obtenta Gratia erogationis alicujus summæ, quæ debetur d. Monti *pro eo tamen solummodo, quod supereſt ultra sortem erectionis*, frumentum emptum vel mutuatum usque ad tempus obtentæ Gratiæ non venit nomine sortis erectionis. *Amerina p.*7. *cum seq.*

CAPITULUM.

Deletio Sacerdotis, absentis studiorum causa, ex Albo Capituli, facta ab eodem Capitulo, non sustinetur. *Potentina p.*6. *&* 11.

Et eidem Sacerdoti debetur participatio cum Insignijs, aliisque honoribus consuetis. *Potentina p.*5. *&* 11.

Concordiam initam inter Decanum ex una, & Capitulum S. Petri Leodiensis ex altera esse confirmandam censuit S. Congregatio *in Leodien. Confirmationis Concordiæ dub.*1. *p.*29. *&* 34.

Expensæ in Causa factæ inter Decanum, & Capitulum subministrari debent ex Massa communi. *d. Leodien. dub.* 2. *p.* 29. *&* 34.

Onus celebrandi Missam Parochialem singulis diebus Dominicis, & Festivis spectat ad Canonicum Sacellanum, non vero ad Capitulum. *Embricen. Jurium Canonicalium dub.*3. *p.*45.

CAPPELLANIA.

Erectio Cappellaniæ in titulum vere Ecclesiasticum ab Ordinario facta, sustinetur, non obstante, quod per Patronum prætenderetur Cappellaniam esse mere laicalem. *Montis Politiani erectionis Cappellaniæ pag.*3.

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet per se ipsum, dummodo non impediat functiones Parochiales, canere Missas in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & uti supellectilibus

libus ejusdem Cappellæ, ac propriis utensilibus, nec privative a Parocho dictæ Missæ sunt canendæ. *Firmana Jurium Parocialium dub.1. p.52.*

Sed in casu impedimenti Rectoris Missas canere debet Parochus, & eidem debetur solita eleemosina pro Missis cantatis. *d. Firmana dub.3. p.52.*

CAPPELLANUS.

Cappellani Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi* quibus prærogativis gaudere debeant. Vide *Solarium Lateranense*.

Quando Parocho non Curatum alterius Ecclesiæ, ab ipso nominatum, absque Causa ab Ordinario cognoscenda? *Lucen. Sarzanen. Juris amovendi Cappellanum Curatum dub.2. pag 44.*

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano; & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis, nec Missa cantata in d. Anniversario privative a Parocho cantari debet. *Firmana Jurium Parochialium dub.6. pag.52.*

Relicto legato Missarum celebrandarum in Ecclesia PP. Minorum de Observantia, si onus directum fuerit non ad dictos Patres, sed ad hæredes, electio Cappellani, qui dictas Missas celebret in designata Ecclesia spectat ad dictos Hæredes. *Vxentina celebrationis Missarum §. Cum vellet pag. 67. cum seq.*

Vide *Rector*.

CENSURÆ.

Censuræ ab Episcopo inflictæ quando non sustineantur. *Albintimilien. suspensionis Oratorij, & Censurarum dub.1. pag. 28. cum seq.*

CENSUS.

Distractio Censuum in sorte scutor. 600., constituentium Dotem Beneficij, facta a Patrono auctoritate Ordinarii, non sustinetur. *Ariminen. Beneficij, seu Cappellaniæ, super reintegratione dub. 1. pag 48. 49., & 50.*

Et idem Patronus, sive illaus Donatarius tenetur ad reintegrationem eorumdem censum. *d. Ariminen. dub. 2. pag. 50.*

Sed non tenetur etiam ad damna, & interesse pro tempore præterito. *d. Ariminen. dub.3. pag.50.*

CERA.

Parocho non licet recipere ex pecuniis quæstuatis obulos 25. pro Cera necessaria pro Officio Animarum Purgantium, sed eadem Cera emenda est ex dictis pecuniis quæstuatis. *Firmana Jurium Parochialium dub.5. pag. 52.*

CHORUS.

Parochus, vel Archipresbiter non potest prætendere propriam Sedem in Choro Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi*, nec ut functiones ibi peragantur cum illius assistentia. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.9. pag.6. & 2 cum seq.*

An favoræ Protopapæ, sive Parochi constet de concessione stalli in Choro, commutati cum Sede Coraminis; eaque sit servanda. *Oppiden. dub. 2. pag.22., & 44. cum seq.*

CLERICVS.

Etiamsi Bona per concordia affecta fuerint certo oneri Decimarum, ab earum tamen solutione eximuntur Clerici pro eisdem Bonis post concordiam in Patrimonium Sacrum assignatis. *Tudertina Decimarum dub.2. pag 32., & 34. cum seqq.*

COLLEGIATA.

Vide *Ecclesia Collegiata*.

COMMUTATIO.

Non est locus commutationi voluntatis, etiamsi agatur favore Consanguineorum. *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis pag.12. 13. & 15.*

CONCIONES.

Cappellanis Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi* non licet Conciones, & Sermones ibi per se ipsos, aut per alium habere absque licentia Episcopi. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.1. pag.6. & 34. cum seq.*

CONCORDIA.

Concordiam initam inter Decanum ex una & Capitulum S. Petri Leodiensis ex altera esse confirmandam censuit S. Congregatio. *in Leodien. confirmationis concordiæ dub.1. pag. 29. & 34.*

CONCURSUS QUOAD PAROCHIAS.

Quando non constet de mala ratione Examinatorum. *Auximana concursus dub. 1. pag. 36. 37. & 53.*

Nec de irrationabili judico Episcopi *d. Auximana dub.2. pag. ibid.*

CON-

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

In Ecclesia, seu Cappella Confratrum retineri valent Sedes Confessionales ad recipiendas Sacramentales omnium Confessiones, exceptis Mulieribus. *Cassanen. dub. 3. p. 38.*

CONFRATERNITAS.

Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. & Sanctissimi Nominis Jesu tenentur ad implementum oneris aliarum triginta Missarum quolibet anno, ultra Missas celebrandas juxta Decreta S. Congregationis diei 7. Iulii 1736. *Lucana Celebrationis. Missarum dub. 1. pag. 10. cum seq.*

Confraternitates quando pro præteritis Missis non celebratis absolvi debeant, & non sint cogendæ ad illarum celebrationem facto verbo cum Sanctissimo. *d. Lucana dub. 2. pag. 10. cum seq.*

Deputatus ab Episcopo potest nomine ipsius assistere annuæ electioni Procuratoris, seu Administratoris Confraternitatis etiam erectæ in Ecclesia sita in *solo Lateranensis Mileten. Jurisdictionis dub. 1. pag. 34.*

Et dictus Procurator, sive Administrator, a Confraternitate electus, debet ab Episcopo approbari. *d. Mileten. dub. 2. pag. ibid.*

Atque etiam dictus Procurator tenetur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta. *d. Mileten. dub. 3. pag. ibid.*

CONFRATRES.

Confratribus B. M. V. Septem Dolorum licet singulis mensibus in tertia Dominica Professionem explere per Civitatem, & intra limites Parochiæ de sola licentia Episcopi, præsertim, ubi Parochus interpellatus assentiri. *Castanen. dub. 1. pag. 38.*

Et dicta Processio peragi potest horis præfixis arbitrio Episcopi. *d. Cassanen. dub. 2. pag. 38.*

Atque in Ecclesia, seu Cappella prædictorum Confratrum retineri valent sedes confessionales ad recipiendas Sacramentales omnium Confessiones, exceptis Mulieribus. *d. Cassanen. dub. 3. ibid.*

Et in eadem Ecclesia de sola licentia Episcopi, & per tempora ab ipso præfinita licet publicæ venerationi exponere Sanctissimum Sacramentum, illudque tandiu in Tabernaculo retinere, dummodo Episcopus id prudenter concordet. *d. Cassanen. dub. 4. ibid.*

CONSANGUINEUS CONSANGUINEI.

Non est locus commutationi voluntatis, etiamsi agatur favore consanguineorum. *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis 12. 13 & 15.*

Ex Legato, quod erogatur in stipem, & eleemosinas præstandas Pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro Pauperibus consanguineis Testatoris. *d. Florentina pag. ibid.*

CONTRIBUTIO.

Contributio per Possessorem Beneficii debetur Seminario pro rata Bonorum possessorum. *Tarentina Contributionis pag. 17. 18. & 38.*

CURA ANIMARUM.

Literæ Apostolice expeditæ favore alicujus pro cura animarum examinati, & inique reprobati, sunt exequendæ, non obstantibus aliis Literis Apostolicis deinde favore aliorum expeditis. *Minerbien. Archipresbyteratus pag. 5.*

Parocho non licet ad arbitrium removere Cappellanum cum cura animarum in altera Ecclesia ab ipso nominatum, absque causa ab Ordinario cognoscenda. *Lunen. Sarzanen Juris amovendi Cappellanum Curatum dub. 1. pag. 44.*

Canonico Sacellano occupato in exercitio Curæ Animarum, & a Choro absenti debentur distributiones quotidianæ. *Embricen. Jurium Canonicalium dub. 4. pag. 45.*

D

DAMNA ET INTERESSE.

PAtronus, qui alienavit Census, dotem Beneficii constituentes, tenetur quidem ad eorum reintegrationem, sed non tenetur ad damna, & interesse pro tempore præterito. *Ariminen. Beneficii, seu Cappellaniæ super reintegratione dub. 3. pag. 48. 49. & 50.*

DECIMÆ.

Bona, quæ remanserunt per concordiam affecta certo oneri Decimarum, quando non transeant ad alienas manus cum onere suo, adeunt moderni Possessores illorum, solventes Decimas pro bonis antea possessis, non tenean-

tur pro bonis postea quæsitis ad novam decimarum solutionem pro quantitate solvi solita ab antiquis illorum respective Possessoribus. *Tudertina Decimarum dub. 1. pag. 32. & 34. cum seq.*

Et ab hujusmodi solutione eximuntur Clerici pro bonis eisdem post concordiam in Patrimonium Sacrum assignatis. *d. Tudertina dub. 2. p. g. 32. & 34. cum. seq.*

Particulares vero, qui de tempore concordiæ nulla bona possidebant, tenentur ad solutionem Decimarum ad Taxam concordiæ pro bonis postea quæsitis, etiamsi acquisitio non esset, nisi de rata tantum bonorum, altera remanente penes antiquum Possessorem, adhuc solventem decimas in eadem quantitate. *d. Tudertina dub. 3. pag. ibid.*

Et dicti Particulares Laici, & Ecclesiastici, etiam Regulares, & Loca Pia tenentur Parocho ad solutionem Decimarum præteritarum, & non solutarum a die motæ litis *d. Tudertina dub. 4 pag. ibid.*

DELETIO.

Sacerdotis deletio, absentis causa studiorum, ex Albo Capituli, facta ab eodem Capitulo, non sustinetur. *Potentina pag. 6. & 11.*

DIACONUS.

Si Diaconi nulliter promoti fuerint ad Sacros Ordines defectu Patrimonii sufficientis, quomodo rescribi debeat. *Sagonen. pag. 3.*

Supranumerarii non tenentur exercere officia Diaconi, & Subdiaconi, nisi in subsidium, & legitime impeditis Cappellanis numerariis. *Cassanen. dub. 1. & 2. 56.*

DISMEMBRATIO.

Quando non sit locus dismembrationi Ecclesiæ Parochialis *Novarien. Dismembrationis pag. 36. 57. & 45.*

Non esse locum dismembrationi Parochialis Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Arielli respondit S. Congregatio. *in Lancianen Dismembrationis p. 7. 47. & 50.*

DISPENSATIO.

Matrimonium in radice nullum, ex quo scienter contractum fuerit cum Muliere, quarto consanguinitatis gradu conjuncta, post mortem viri, ut filii legitimentur, in præjudicium vocatorum ad Emphyteusim, & Fideicommissa, non dispensatur. *Bracaran. Dispensationis Matrimonii pag. 24. 25. & 26.*

DISTRACTIO.

Vide *Alienatio.*

DISTRIBUTIONES.

Canonicus tempore absentiæ participare nequit de omnib. distributionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, prout participant cæteri Canonici interessentes, extra casus a jure permissos. *Constantien. dub. 2. pag. 26. & 35.*

Canonico Sacellano occupatoin exercitio curæ Animarum, & a Choro absenti debentur distributiones quotidianæ. *Embricen Jurium Canonicalium dub. 4. p. g. 45.*

DOMICILIUM.

Ordinatio spectat ad Episcopum Domicilii Nativitatis, non vero Originis, jam derelicti a Patre Ordinandi. *Ariminen. seu Feretrana Ordinationis pag 3.*

Et si Clericus, ad Ordines Minores promotus fuerit ab Episcopo Originis, absolvitur ad cautelam, & demantur, ut præstet juramentum ad formam Bullæ. *d. Ariminen. seu Feretrana p. g 3.*

Sacri Ordines quo in casu conferendi potius sint per Episcopum Domicilii Originis, & non Nativitatis eventualis, vel occasionalis. *Alatrina, seu Feralana Ordinationis pag. 16. cum seq.*

DOS.

Ex Legato, quod erogatur in stipem, & eleemosinas, præstandas Pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro Pauperibus Consanguineis Testatoris. *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis pag. 12. 13. & 15.*

Et pecunia pro dictis Dotibus deponi debet in Æde Sacra Pietatis. *d. Florentina pag 15.*

E

ECCLESIA IN GENERE.

Valida est Sententia Declaratoriæ Excommunicationis lata contra Raptorem fructuum, & emolumentorum Ecclesiæ. *Triventina Censurarum p. g. 9. & 10.*

Et contra Occupatorem Bonorum ipsius. *d. Triventina pag. 9. & 10.*

Erecta in *solo Lateranensi* quibus prærogati-

gativis gaudere queat. Vide *solum Lateranense*.

Confratrum Ecclesia. Vide *Confratres*.

Nulli denegari debet facultas ædificandi novam Ecclesiam, si Episcopi consensus addebat, & si nova antiquæ Ecclesiæ detrimentum non inferat. *Auximana Ædificationis Ecclesiæ §. Vrget pag.* 24.

Et si Episcopus nulla ratione veniam hanc neget, appellari potest ad Judicem, qui vel ædificandi facultatem dabit, vel Episcopum compellet, ut præstet ædificationi consensum. *d. Auximana §. Vrget pag.* 24.

Detrimenta vero veteris Ecclesiæ ad effectum impediendi ædificationem, quænam sint, remissive. *Ibid.*

Ædificatio novæ Ecclesiæ quando non sit permittenda *Auximanæ ædificationis Ecclesiæ pag.* 42.

Ecclesia, in qua de ordine Testatoris celebrari debent Missæ, utrum præstare debeat patientiam pro earum celebratione facienda per Cappellanum deputatum. *Vxentina Celebrationis Missarum. §. Atque hinc pag.* 67. *cum seq.*

Vel onera Missarum sint transferenda in aliam Ecclesiam. *Ibid.*

ECCLESIA COLLEGIATA.

Etiamsi in antiquiori Ecclesia Collegiata erecta sit Præbenda Theologalis, permittitur tamen in recentiori Collegiatæ erectio dictæ Præbendæ Theologalis, adjecta lege, ut lectio Sacræ Scripturæ diversa die fiat, qua sit in altera Ecclesia. *Thesina Erectionis Theologalis pag.* 3.

ECCLESIA PAROCHIALIS.

Parribus S. Dominici non licet canere in diebus Dominicis Quadragesimæ Passionem Domini Nostri Jesu Christi, sed id privative spectat ad Ecclesiam Parochialem Congregationis Missionis, & in Feria Quarta ad dictos Patres Dominicanos attentis peculiaribus facti circumstantiis. *Culmen. p.* 12.

Cappellani Ecclesiæ erectæ *in Sclo Lateranensi* possunt Missas solemnes, aliasque Functiones in d. Ecclesia explere diversis temporibus consuetis, quibus explentur in Parochiali, & in Ecclesiis filialibus, designata per Episcopum hora congrua, qua expleri debent in Ecclesia Parochiali. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.* 6. & 21. *cum seq.*

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet perse ipsum, dummodo non impediat functiones Parochiales canere Missas in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & uti suppellectilibus ejusdem Cappellæ ac propriis utensilibus, nec privative a Parocho dictæ Missæ sunt canendæ. *Firmana Jurium Parochialium dub.* 1. *pag.* 52.

Sed in casu impedimenti Rectoris Missas canere debet Parochus, & eidem debetur solita eleemosina pro Missis cantatis. *d. Firmana dub.* 3, *pag.* 52.

ELEEMOSINA

Soli Canonici supranumerarii tenentur subire ad formam pacti onus celebrationis Missæ conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere, soluta tamen a Canonicis antiquioribus eleemosina Missæ Conventualis pro rata servitii debiti ab iisdem Canonicis antiquioribus, non obstante, quoad hoc, pacto in contrarium. *Abellinen. Eleemosinæ Missæ Conventualis p.* 4. 14., & 30.

Ex Legato, quod erogatur in stipem, & eleemosinas, præstandas pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro Pauperibus Consanguineis Testatoris. *Florentina commutationis ultimæ voluntatis pag.* 12. 13. & 15.

Parocho canenti Missam in casu impedimenti Rectoris, debetur solita eleemosina pro Missis cantatis *Firmana Jurium Parochialium dub.* 3. *pag.* 52.

Et canenti Missam in Officii Animarum Purgantium ex eleemosinis quæstuatis debetur eleemosina manualis juxta morem Regionis. *d. Firmana dub.* 4. *pag.* 42.

EPISCOPUS.

Non tenetur ad expensas, & interesse ob suspensionem ab eo nulliter inflictam. *Policastren. Nullitatis Suspensionis pag.* 16.

Licentia Episcopi quando requiratur, vel concedi, aut denegari queat. Vide *Licentia*.

Quando non constet de irrationabili judicio Episcopi. *Auximana Concursus dub.* 2. *pag.* 36. 37. & 53.

EQUES HIEROSOLYMITANUS.

Non professus utrum initiandus sit ad primam Tonsuram sine habitu clericali.

Florentina dub. 1. *pag.* 41 & 42.
Pensiones decursæ, & decurrendæ utrum solvi debeant Equiti Hierololymitano ad Tonsuram non initiato intra tempus per Brevę præfinitum. *d. Florentina dub.* 2. *pag. ibid.*

SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM.

Cappellanis Ecclesiæ erectæ in solo Lateranensi non licet Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Populi adorationi exponere in d. Ecclesia absqua licentia Episcopi. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.* 2. *pag.* 6. & 21. *cum seq.*
In Ecclesia Confratrum de sola licentia Episcopi, & per tempora ab ipso præfinita licet publicæ venerationi exponere Sanctissimum Sacramentum, illudque tandiu in Tabernaculo retinere, dummodo Episcopus id purdenter concordet. *Cassanen. d. b.* 4. *pag.* 36. *cum seq. &* 38.

EXAMEN.

Litere Apostolicæ expedire favore alicujus pro Cura Animarum examinati, & inique reprobati, sunt exequendæ, non obstantibus aliis Literis Apostolicis diende favore aliorum expeditis. *Minerbinen. Archipresbyteratus p.* 5.

EXAMINATORES.

Quando non constet de mala relatione Examinatorum. *Auximana Concursus dub.* 1. *p.* 36. 37. & 53.

EXCOMMUNICATIO.

Valida est sententia excommunicationis lata contra Reptorem fructuum, & emolumentorum Ecclesiæ. *Triventina Censurarum pag.* 9. *cum seq.*
Et contra Occupatorem Bonorum ipsius. *d. Triventina pag.* 9. *cum seq.*
Atque etiam contra contemptorem Præcepti Pischalis. *d. Triventina pag. ibid.*

EXEQUUTOR TESTAMENTARIUM.

Missæ celebrandæ sunt in numero primo loco præfixo ab Exequutore ad id facultatem habente; non obstante quod dictus numerus postea, auctis redditibus, per dictum Exequutorem auctus fuerit, si deinde ad primævum numerum ipse celebrationem Missarum redegerit. *Forolivien. Cappellaniarum pag.* 43. *cum seq.*

EXPENSÆ.

Episcopus non tenetur ad expensas, & interesse ob suspensionem ab eo nulliter inflictam. *Pollicastren. nullitatis suspensionis p.* 16.
Expensæ in Causa factæ inter Decanum, & Capitulum subministrari debent ex Massa communi. *Leodien. confirmationis concordiæ dub.* 2. *p.* 29. *&* 34.

EXPERUS.

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & inter Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis. *Firmana Jurium Parochialium dub.* 6. *p.* 52.

F

FENESTRA.

AN sit concedendum Indultum Fundatori alicujus Oratorij retinendi fenestram in eodem Oratorio prospicientem juxta condirionem adjectam in Instrumento Fundationis; fuit dictum: *Supplicet Sanctissimo, & ad mentem: Campanien. dub.* 2. *p.* 42. 50. 51. *&* 55.

FONS BAPTISMALIS.

Vide *Baptismalis Fons.*

FUNCTIONES ECCLESIASTICÆ.

Parochus, vel Archipresbyter non potest prætendere, ut in Ecclesia erecta *in loco Lateranensi* functiones peragantur cum illius assistentia. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.* 9. *p.* 6. *&* 21. *cum seq.*
Et Cappellani dictæ Ecclesiæ possunt Missas solemnes, aliasque functiones in eadem Ecclesia explere diversis temporibus consuetis, quibus explentur in Parochiali, & in Ecclesiis filialibus, designata per Episcopum hora congrua, qua expleri debent in Ecclesia Parochiali. *d. Mileten. dub.* 7. *pag.* 6., *&* 21. *cum seq.*
Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet per se ipsum, dummodo non impediat Functiones Parochiales canere Missas in diebus Statutis à Fundatore Cappellaniæ. *Firmana Jurium Parochialium dub.* 1. *p.* 52.

GRA-

G

GRATIA.

PEndente judicio super separatione, & dilunctione duarum Parochialium per mortem Parochi, obtenta *Gratia pro Præsentato* una cum derogatione mediet atis vocum, expressi in Literis Apostolicis lite intruducta, & indecisa, procedi debet ad earum exequutionem. *Compostellana Parochialis p.14.*

H

HÆRES.

FUndatoris hæredibus licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cepp llano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis, nec Missa cantata d. in Anniversario privative à Parocho cantari debet. *Firmana Jurium Parochialium dub.6 p.52.*

Relicto Legato Missarum celebrandarum in Ecclesia PP. Minorum de Observantia, si onus directum fuerit non ad dictos Patres, sed ad hæredes, electio Cappellani, qui dictas Missas celebret in designata Ecclesia spectat ad dictos hæredes. *Vxentin. Celebrationis Missarum §. Cum vellet pag.67. cum seq.*

HEBDOMADA.

Soli Canonici supranumerarii tenentur subire ad formam pacti onus hebdomadæ. *Abellinen. Eleemosinæ Missæ Conventualis pag 4.*

Contrarium resolvitur, quod scilicet soli supranumerarii non teneantur ad dictum onus hebdomadæ. *d. Abellinen. pag.14. & 30.*

I

INCOMPATIBILITAS.

LEgatum Pium cum onere celebrationis Missæ quotidianæ, non requirens personalem residentiam, nec obligationem celebrandi per se ipsum, non est incompatibile cum Canonicatu, alibi residentiam requirente. *Sipontina Legati Missarum pag.8. cum seq.*

INDULTUM.

An sit concedendum Indultum Fundatori alicujus Oratorii retinendi Fenestram in eodem Oratorio prospicientem juxta conditionem adiectam in Instrumento fundationis? fuit dictum -- *Supplicet Sanctissimo, & ad mentem* -- *Campanien. dub.2, pag.55. cum seq.*

INTERESSE.

Vide *Damna, & Interesse.*

JURA PAROCHIALIA.

Episcopus utrum sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi aliquod Oratorium pro Sagris peragendis? responsum fuit, *Supplicet Sanctissimo, & ad mentem, Campanien. dub.1. p.55. cum seq.*

L

LEGATUM IN GENERE.

AD Legatum *Marchionis Vincentii Illustrissimi* qui non admittantur. *Romana, seu Januen. Legati p.5.*

Ex Legato, quod erogatur in stipem, & Eleemosinas præstandas Pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro Pauperibus Consanguineis Testatoris: *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis p.12. 13., & 15.*

Legato relicto Sacerdoti una cum onore Missarum, quando onus non in perpetuum, sed ad vitam dicti Sacerdotis demandatum censeatur. *Ferrarien. Legati Missarum pag.15. cum seq.*

Relicto Legato Missarum celebrandarum in Ecclesia PP. Minorum de observantia, si onus directum fuerit non ad dictos Patres, sed ad hæredes, electio Cappellani, qui dictas Missas celebret in designata Ecclesia spectat ad dictos hæredes. *Vxentina Celebrationis Missarum §. Cum vellet pag-67. cum seq.*

Patres Minores de Observantia assequi nequeunt annuos perpetuos redditus, licet agatur de Legato Sacrorum nomine relicto, & non petatur per viam actionis in Testamento, & quamquam in Judicio compareat eorum Sindicus Apostolicus, *d. Vxentina §. Præsertim p. 67.*

LEGATUM PIUM.

Legatum pium cum onere celebrationis Missæ quotidianæ, non requirens personalem residentiam, nec obligationem celebrandi per se ipsum, non est incompatibile cum Canonicatu, alibi Resi-

dentiam requirente. *Sipontina Legati Missarum pag. 8. cum seq.*

LEGITIMARE LEGITIMATIO.

Matrimonium in radice nullum, ex quo scienter contractum fuerit cum Muliere quarto Consanguinitatis gradu conjuncta, post mortem viri, ut filij legitimentur in præjudicium vocatorum ad Emphytheusim, & Fideicommissa, non dispensatur. *Bracaren. Dispensationis Matrimo p.26.*

LICENTIA.

Cappellanis Ecclesiæ erectæ in *solo Lateranensi* non licet Conciones, & Sermones ibi per se ipsos, aut per alium habere absque licentia Episcopi. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.1.pag.6. & 21. cum seq.*

Nec eisdem Cappellanis licet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Populi adorationi exponere in d. Ecclesia sine Episcopi licentia, *d. Mileten. dub.2 pag. ibid.*

Episcopus exoratus pro licentia faciendi consuetas Processiones extra ambitum d. Ecclesiæ cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & SS. Statuis, & Imaginibus, potest illam denegare, concurrente tamen justa, & rationabili Causa. *d. Mileten. dub.3. pag. ibid.*

Confratribus B. M. V. septem Dolorum licet singulis Mensibus in tertia Dominica Processionem explere per Civitatem, & intra limites Parochiæ de sola licentia Episcopi, præsertim, ubi Parochus interpellatus assentiri nolit. *Cassanen dub.1. pag.38.*

In Ecclesia Confratrum de sola licentia Episcopi, & per tempora ab ipso præfinita lice publicæ venerationi exponere Sanctissimum Sacramentum illudque tandiu in Tabernaculo retinere, dummodo Episcopus id prudenter concordet *Cassanen. dub.4. pag.38.*

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Expeditæ favore alicujus pro Cura Animarum examinati, & inique reprobati, sunt exequendæ, non obstantibus Literis Apostolicis, deinde favore aliorum expeditis. *Minerbien. Archipresbiteratus pag. 5.*

Pendente judicio super separatione, & disjunctione duarum Parochialium, per mortem Parochi, obtenta *Gratia pro præsentato* una cum derogatione medietatis vocum, expressa in Literis Apostolicis lite introducta, & indecisa, procedi debet ad earum exequutionem, *Compostellana Parochialis p.14.*

LITERÆ TESTIMONIALES.

Episcopus tenetur concedere Literas Testimoniales pro ordinatione illius, qui, *post longum examen de literatura, scientia, & idoneitate pro Sacris Ordinibus, usque ad Presbiterarum inclusive, fortitus est votis favorabilia quatuor, adversa duo. Bergomen. Ordinationis, seu Literarum Testimonialium p.29. cum seq.*

M

MASSA COMMUNIS.

EXpensæ in Causa factæ inter Decanum, & Capitulum subministrari debent ex Massa communi. *Leodien. Confirmationis Concordiæ dub. 2. pag. 29., & 34.*

MATIMONIUM.

In radice nullum, ex quo scienter contractum fuerit cum Muliere, quarto consanguinitatis gradu conjuncta, post mortem viri, ut filij legitimentur, in præjudicium Vocatorum ad Emphytheusim, & fideicommissa, non dispensatur. *Bracaren. Dispensationis Matrimonij pag.26.*

Nullitas Matrimonij eruta ex vi, & metu rejicitur. *Neapolitana Nullitatis Matrimonij p.38. 39 & 41.*

An constet de nullitate Matrimonij sub obtentu defectus consensus Mulieris, & defectus veri, propriique Parochi. *Lisbonen. Matrimonij p. 46. & 49.*

MEDIA ANNATA.

Media Annata utrum debeatur ab Archipresbytero, & a quibusvis Canonicis. *Viterbien. Mediæ Annatæ p. 52.*

MISSA IN GENERE.

Confraternitates Sanctissimæ Conceptionis B. M. V., & Sanctissimi Nominis Jesu tenentur ad implementum oneris aliarū triginta Missarum quolibet anno, ultra Missas celebrandas juxta Decreta S. Congregationis diei 7. Julii 1736.; *Lucana Celebrationis Missarum dub.1. pag. 10., & 11.*

Confraternitates quando pro præteritis Missis non celebratis absolvi debeant, & non sint cogendæ ad illarum celebrationem facto verbo cum Sanctissimo. *d.*

Lu-

Lucana dub. 2. pag. 10. & 11.

Onus Missarum quando non in perpetuum, sed ad vitam Sacerdotis, cui fuerat impositum, demandatum censeatur. *Ferrarien. Legati Missarum p. 15. cum seq.*

Missæ celebrandæ sunt in numero primo loco præfixo ab Exequutore ad id facultatem habente, non obstante, quod dictus numerus postea, auctis redditibus, per dictum Exequutorem auctus fuerit, si deinde ad primævum numerum ipse celebrationem Missarum redegerit. *Forolivien. Cappellaniarum p. 43. eum seq.*

Reductioni Missarum non est locus, si non agatur de Testamentaria dispositione, sed onus ex contractu susceptum fuerit. *Faventina Reductioni Missarum §. Commovit p. 43.*

Reductio Missarum, quo in casu non sustineatur *d. Faventina p 43. & 50.*

Hæredibus Fondatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis, nec Missa cantata in d. Anniversario privativè a Parocho cantari debet, *Firmana Jurium Parochialium dub. 6. p. 52.*

Relicto Legato Missarum celebrandarum in Ecclesia PP. Minorum de Observantia, si onus directum fuerit non ad dictos Patres, sed ad hæredes, electio Cappellani, qui dictas Missas celebret indesignata Ecclesia spectat ad dictos Hæredes. *Vxentina Celebrationis Missarum §. Cum vellet p. 67. cum seq.*

Patres Minores de Observantia, assequi nequeunt annuos perpetuos reditus, licet agatur de Legato sacrorum nomine relicto, & non petatur per viam actionis ex Testamento, & quamquam in Judicio compareat eorum Syndicus Apostolicus. *d. Vxentina § præsertim p. 67.*

Ecclesia, in qua de ordine Testatoris celebrari debent Missæ, utrum præstare debeat patientiam pro earum celebratione facienda per Cappellanum deputatum. *Vxentina Celebrationis Missarum §. Atque hinc p. 67. cum seq.*

Vel onera Missarum sint transferenda in aliam Ecclesiam. *Ibid.*

Vide *Officia Missarum.*

MISSA CANTATA.

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet per se ipsum, dummodo non impediat functiones Parochiales canere Missas in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, nec privative a Parocho dictæ Missæ sunt canendæ. *Firmana Jurium Parochialium dub. 1. pag. 52.*

Sed in casu impedimenti Rectoris Missas canere debet Parochus, & eidem debetur solita eleemosina pro Missis cantatis. *d. Firmana dub. 3. p 52.*

Parocho canenti Missam in Officijs Animarum Purgantium ex eleemosinis quæstuatis debetur eleemosina manualis juxta morem Regionis. *d. Firmana dub. 4. pag. 52.*

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis, nec Missa cantata in dicto Anniversario privative à Parocho cantari debet. *d. Firmana dub. 6. p. 52.*

MISSA CONVENTUALIS.

Soli Canonici Supranumerarij tenentur subire ad formam pacti onus celebrationis Missæ conventualis, illiusque applicationis pro Benefactoribus in genere soluta tamen a Canonicis Antiquioribus eleemosina Missæ conventualis pro rata servitij debiti ab iisdem Canonicis antiquioribus. *Abellinen. Eleemosinæ Missæ Conventualis p. 14. & 30.*

Canonicis, qui habent reditus, *vix* pares congruis alimentis, petentibus, an ipsi celebrare, & applicare teneantur Missas Conventuales in præteritum omissas, & non celebratas, seu potius a prædicto onere sint absolvendi? Responsum fuit: *Consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum, injuncto onere celebrationis alicujus Missæ solemnis arbitrio Episcopi. Vicen. Missæ Conventualis dub. 1. pag. 39. & 41. cum seq.*

Canonici celebrando Missam lectam in Cappella sub Altari Majori, dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, satisfacere nequeunt oneri Missæ Conventualis. *d. Vicen. dub. 2. pag. 39. & 41. cum seq.*

MISSA PAROCHIALIS.

Onus celebrandi Missam Parochialem fin-

gulis diebus Dominicis, & Festivis spectat ad Canonicum Sacellanum, non vero ad Capitulum, *Embricen. Jurium Canonicalium dub.3. p.45.*

MISSA SOLEMNIS.

Cappellani Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi* possunt Missas solemnes, aliasque functiones in d. Ecclesia explere diversis temporibus consuetis, quibus explentur in Parochiali, & in Ecclesiis filialibus, de signata per Episcopum hora congrua, qua expleri debent in Ecclesia Parochiali. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub. 7. p.6. , & 21. cum seq.*

MONS FRUMENTARIUS.

Demandata erectione Montis Frumentarij ex pretio fructuum unius anni hæreditatis Testatoris, cum onere injuncto hæredi emendi quotannis in perpetuum Rubrum unum in augumentum ejusdem Montis, hoc augumentum non efformat Capitale erectionis. *Amerina pag. 7. cum seq.*

Adeout pro constructione Ecclesiæ, obtenta Gratia erogationis alicujus summæ, quæ debetur dicto Monti *pro eo tamen solummodo, quod superest ultra sortem erectionis*, frumentum emptum, vel mutuatum usque ad tempus obtentæ gratiæ, non venit nomine sortis erectionis. *Amerina p.7. cum seq.*

MOZZETTA.

An Protopapæ, sive Parocho competere possit usus Mozzettæ. *Oppiden. dub.1. pag.22. 26. & 44. cum seq.*

O

OFFICIA MISSARUM.

PArocho canenti Missam in Officijs Animarum Purgantium ex eleemosinis quæstuatis debetur eleemosina manualis juxta morem Regionis. *Firmana Jurium Parochialium dub.4. p.52.*

Nec Parocho licet recipere ex pecuniis quæstuaris obulos 25. pro Cera sed eadem Cera emenda est ex dictis pecuniis quæstuatis. *d. Firmana dub.5. pag. 52.*

OLEUM SANCTUM.

Retentio Olei Sancti, illiusque ministratio in tota Civitate Vercellis, ejusque Suburbijs non spectat dumtaxat ad Archipresbyterum Ecclesiæ Cathedralis S. Eusebij, & ad Vicarium perpetuum S. Mariæ Majoris, sed tenentur etiam alii Parochi Urbani illud in suis Ecclesiis Parochialibus retinere, atque intra cujuslibet Parochiæ limites ministrare. *Verccellen. Jurium Parochialium dub. 1. pag.46. , & 49. cum seq.*

ONUS.

Missarum onus quando non in perpetuum, sed ad vitam Sacerdotis, cui fuerat impositum, demandatum censeatur. *Ferrarien. Legati Missarum p.15. cum seq.*

Bona, quæ remanserunt per concordiam affecta certo oneri Decimarum, quando non transeant ad alienas manus cum onere suo. *Tudertina Decimarum dub. 1. p.32. & 34. cum seq.*

Quando onera Missarum relicta in una Ecclesia, ea non acceptante, transferenda sint in alteram Ecclesiam. *Vxentina Celebrationis Missarum §. Atque hinc p.67. cum seq.*

ORATORIUM.

Quando non constet de legitimis causis denegandi benedictionem novi Oratorii, & licentiam celebrandi in eo recenter constructo, & subrogato in locum alterius sub eodem Tecto, & Indulto jam existentis, & quando injungendum sit Ordinario, ut visitationem, & benedictionem expleat, & licentiam celebrandi concedat, *Albintimilien. Oratorij p. 27. cum seq.*

Non sustinetur Ordinarii præceptum alicui injunctum: *ne sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, deinceps Missam celebrare faciat in Oratorio domus suæ, & infra sex horas sub eadem pœna consignet Vicario Generali Petram Sacratam, Patenam, Calicem, aliasque Sacras Suppellectiles: Albintimilien. Suspensionis Oratorij, & Censurarum dub.1 p.28. cum seq.*

Episcopus, utrum sine præjudicio Jurium Parochialium teneatur concedere facultatem benedicendi aliquod Oratorium pro sacris peragendis? Responsum fuit: *Supplicet Sanctissimo, & ad Mentem: Campanien. dub. 1. p. 40. 42. 50. 52., & 55. cum seq.*

An sit concedendum Indultum Fundatori alicujus Oratorij retinendi fenestram in eodem Oratorio prospicientem juxta conditionem adjectam in Instrumento Fundationis? fuit dictum: *Supplicet Sanctissimo, & ad mentem: Campanien. dub.2. pag. ibid.*

ORDINARIUS.

Præceptum de non conversando ab Ordi-

nario

nario Injunctum, revocari non debet, nisi arbitrio ejusdem Ordinarij. *Florentina pag.40. & 41. cum seq.*

Distractio Censuum in sorte scutorum 600. constituentium Dotem Beneficij, facta a Patrono auctoritate Ordinarii, non substinetur. *Ariminen. Beneficij, seu Cappellanie super Reintegratione dub.1. pag.48. 49. & 50.*

ORDINATIO ORDINES SACRI.

Ordinatio spectat ad Episcopum Domicilij Nativitatis, non vero Originis, jam derelicti a Patre ordinandi. *Ariminen. seu Feretrana Ordinationis p.3.*

Et si Clericus ad Ordines Minores promotus fuerint ab Episcopo Originis, absolvitur ad cautelam, & demandatur, ut præstet juramentum ad formam Bullæ. *d. Ariminen. seu Feretrana p.3.*

Si Diaconi, & Sacerdotes nulliter promoti fuerint ad Sacros Ordines defectu Patrimonii sufficientis, quomodo rescribi debeat. *Sugonen. pag 3.*

Quando Canonicatus declarandi veniant Sacerdotales, itaut Canonici non promoti teneantur se promoveri facere ad formã Concilij. *Gravinen p.13 cum seq.*

Sacri Ordines quo in casu conferendi potius sint per Episcopum Domicilii Originis, & non nativitatis eventualis, vel occasionalis. *Alatrina, seu Verulana Ordinationis p.16. & 17.*

Episcopus tenetur concedere Literas Testimoniales pro ordinatione illius, qui, *post longum examen de literatura, licentia, & idoneitate pro Sacris Ordinibus, usque ad Presbyteratum inclusive, fortitus est vota favorabilia quatuor adversa duo: Bergomen. Ordinationis, seu Literarum Testimonialium pag.29. cum seq.*

Qui obtinet Beneficium Sacerdotale, saltem habitu, tenetur assumere Sacros Ordines. *Piscien. Beneficij p.48. & 56.*

P

PAROCHIA PAROCHIALIS.

Pendente Judicio super separatione, & disiunctione duarum Parochialium per mortem Parochi, obtenta *Gratia pro præsentato* una cum derogationem medietatis vocum, ex pressa in Literis Apostolicis lite introducta, & indecisa, procedi debet ad earum exequutionem. *Compostellana Parochialis p.14.*

Confratribus an liceat Processionem explere intra limites Parochiæ de sola licentia Episcopi, ubi Parochus interpellatus assentiri nolit. *Cassanen. dub. 1. p.38.*

PAROCHUS.

Non potest prætendere propriam Sedem in Choro Ecclesiæ erectæ in solo Lateranensi, nec ut functiones ibi peragantur cum illius assistentia, *Milleten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.5. p.6. & 21. cum seq.*

Nec potesta dicta Ecclesia sumere Viaticum, illudque deferre ad Parochianos infirmos, sed Cappellani valent id impedire excepto casu necessitatis. *d. Mileten. dub.8. p.6. & 12. cum seq.*

Protopapæ, sive Parocho an competere possit usus Mozzettæ. *Oppiden. dub. 1. p.22. 26 & 44. cum seq.*

An favore Protopatæ, sive Parochi constet de concessione stalli in Choro commutati cum Sede Coraminis, eaque sit servanda. *d. Oppiden. dub.2. p.22. 26. & 44. cum seq.*

Confratribus an liceat Processionem explere intra limites Parochiæ de sola licentia Episcopi, ubi Parochus interpellatus assentiri nolit. *Cassanen. dub 1. p.38.*

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet per se ipsum, dummodo non impediat functiones Parochiales canere Missas in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & uti suppellectilibus ejusdem Cappellæ, ac propriis utensilibus, nec privative a Parocho dictæ Missæ sunt canendæ. *Firmana Jurium Parochialium dub. 1. pag. 52. cum seq.*

Sed in casu impedimenti Rectoris Missas canere debet Parochus, & eidem debetur solita eleemosina pro Missis cantatis. *d. Firmana dub.3. p.52. cum seq.*

Parocho canenti Missam in Officiis Animarum Purgantium ex eleemosinis quæstuatis debetur eleemosina manualis juxta morem regionis. *d. Firmana dub.4. p.52. cum seq.*

Nec Parocho licet recipere ex pecuniis quæstuatis obulos 25. pro Cera, sed eadem Cera emenda est ex dictis pecuniis quæstuatis. *d. Firmana dub.5. p.52. cum seq.*

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano Missam cantatam in Anniversario, quæ cantari

tari privative non debet a Parocho *d. Firmana dub.6. p.52. cum seq.*

PARTICIPATIO.

Sacerdoti injuste deleto ab Albo Capituli debetur participatio cum Insignijs, aliisque honoribus consuetis. *Totentina p. 6. & 11.*

PASSIO D. N. JESU CHRISTI.

Patribus S Dominici non licet canere in Diebus Dominicis Quadragesimæ Passionem D N. Jesu Christi, sed id privative spectat ad Ecclesiam Parochialem Congregationis Missionis, & in Feria Quarta ad dictos Patres Dominicanos attentis peculiaribus facti circumstantiis. *Colmen. p 12.*

PATRIMONIUM SACRUM.

Si Diaconi, & Sacerdotes nulliter promoti fuerint ad Sacros Ordines defectu Patrimonii sufficientis, quomodo rescribi debeat. *Sagonen. p.3.*

Etiamsi Bona affecta fuerint per concordiam certo oneri Decimarum, ab earum tamen solutione eximuntur Clerici pro eisdem Bonis in Patrimonium Sacrum assignatis. *Tudertina Decimarum dub. 2. p.32. & 34. cum seq.*

PAUPER PAUPERES.

Ex Legato, quod erogatur in stipem, & eleemosinas, præstandas Pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro pauperibus, detrahuntur Dotes in aliqua summa pro pauperibus consanguineis Testatoris. *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis p.12.13.& 15.*

PENSIO ECCLESASTICA.

Pensiones decurse, & decurrendæ utrum solvi debeant Equiti Hierosolymitano ad Consuram non initiato intra tempus per Breve præfinitum. *Florentina dub. 2. p. 41. & 42.*

PRÆBENDA THEOLOGALIS,

Etiamsi in antiquiori Ecclesia Collegiata erecta sit Præbenda Theologalis, permittitur tamen in recentiori Collegiata erectio d. Præbendæ Theologalis, adjecta lege, ut lectio Sacræ Scripturæ diversa die fiat in una, qua fit in altera Ecclesia. *Theatina Erectionis Theologalis pag.3.*

Sustinetur provisio Beneficij ab Episcopo facta in exclusionem Canonici Theologi, illius unionem ad Præbendam Theologalem prætendentis. *Sarnen. dub. 1. p. 26. & seq.*

Beneficium simplex uniendum non est Præbendæ Theologali, quæ ascendat ad annua scuta 60. monetæ Romanæ, *d. Sarnen. dub.2. pag.25 & seq.*

PRÆCEPTUM IN GENERE.

Non sustinetur Ordinarij præceptum alicui injunctum: *Ne sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, deinceps Missam celebrare faciat in Oratorio Domus suæ & infra sex horas sub eadem pœna consignet Vicario Generali Petram Sacratam, Patenam, Calicem, aliasque Sacras Suppellectiles. Albintimilien. Suspensionis Oratorij, & Censurarum dub. 1. p.28. cum seq.*

Præceptum de non conversando, ab Ordinario injunctum, revocari non debet, nisi arbitrio ejusdem Ordinarij. *Florentina p.31. cum seq.*

PRÆCEPTUM PASCHALE.

Valida est sententia declaratoriæ excommunicationis lata contra contemptorem præcepti Paschalis. *Triventina Censurarum p. cum seq.*

PRÆLATIO.

An ad loca participationis in Cathedrali Ecclesia deinceps vacatura admitti debeant Presbyteri antiquiores supranumerarij juxta Ordinis antianitatem, sive potius præferendi sint recentiores Presbyteri, qui a loco non discentes post Sacerdotium, diebus saltem festis Cathedrali jugitur inservierunt? dictum fuit per S. Congregationem: *Recurrant in casibus particularibus: Cassanen. dub.3. p.33. & 35.*

Deinde fuit responsum, quod præferri debeant Antiquiores, dummodo inservierunt duabus saltem ex tribus partibus anni, nisi fuerint legitime impediti, *d. Cassanen. dub. 3. p.36.*

Neque in concursu supranumerariorum, qui post ordinationem ad Sacerdotium diebus festis Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibuerunt, præferri debent ii, qui etiam publicæ adorationi Ven. Sacramenti per tempora ab Episcopo præfinita interfuerunt. *dicto Cassanen. dub.4. p.33. & 35.*

PRESBITER.

Vide *Sacerdos.*

PROCESSIONIS.

Episcopus exoratus pro licentia faciendi consuetas Processiones extra ambitum Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi* cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & SS. Statuis, & Imaginibus, potest illam denegare, concurrente tamen justa, & rationabili causa. *Mileten. Jurisdi-*

tio-

ctionis, & Jurium Parochialium dub. 3. pag. 6. & 21. cum seq.

Confratribus B. M. V. Septem Dolorum licet singulis Mensibus in tertia Dominica Processionem explere per Civitatem, & intra limites Parochiæ de sola licentia Episcopi, præsertim ubi Parochus interpellatus assentiri nolit. *Cassanen. dub. 1. p. 38.*

Et dicta Processio peragi potest horis præfixis arbitrio Episcopi. *d. Cassanen. dub. 2 p. 38.*

PROFESSIO.

Conceditur restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam ex defectu legitimæ ætatis. *Sipontina restitutionis in integrum p. 5. cum seq. 19. & 20. cum seq.*

Limita stante scientia hujus defectus, & nullitatis. *d. Sipontina p. 5. cum seq.*

Sed hæc limitatio non procedit, si scientia superventa fuerit occasione litis. *Ibid.*

Constat de nullitate Professionis, quoties in priori Judicio dictum fuerit, esse locum restitutioni in integrum. *Hispalen. Nullitatis Professionis p. 11.*

Declaratio nullitatis Professionis *pro forma* solum peti debet, cognita causa Restitutionis in integrum per Sac. Congregationem. *Lisbonen. Nullitatis Professionis p. 18. cum seq.*

Nullitas professionis ex quibus eruatur. *d. Lisbonen. p. ibid.*

Conceditur Restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam vi, & metu a Patre illatio. *Sipotina Restitutionis in integrum p. 19. 20. & 42.*

Denegatur Restitutio in integrum adversus Professionem, quæ nulla dicebatur, utpote emissavi, & metu, ac etiam vulneribus a Parentibus inflictis. *Patavina Restitutionis in integrum p. 35.*

Deinde vero recessum fuit a decisis, admissa restitutione in integrum ex noviter deductis. *d. Patavina p. 38.*

Conceditur Restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam ex defectu ætatis, ac minis, & terroribus, absque eo quod unquam d. Professio fuerit vel tacite, vel expresse ratificata. *Sancti Marci Restitutionis in integrum p. 54.*

PROTOPAPA.

Protopapæ, sive Parocho, an copetere possit usus Mozzettæ. *Oppiden. dub. 1. p. 22. 26. & 44. cum seq.*

An favore Protopapæ, sive Parochi constet de concessione stalli in Choro commutati cum Sede coraminis eaque sit servanda. *d. Oppiden. dub. 2. p. 22. 25. & 44. cum seq.*

R

RECTOR.

REctori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali licet per se ipsum; dummodo non impediat functiones Parochiales, canere Missas in diebus statutis a Fundatore Cappellaniæ, & utisupellectilibus ejusdem Cappellaniæ, ac propriis utensilibus, nec privative á Parocho dictæ Missæ sunt canendæ. *Firmana Jurium Parochialium dub. 1. pag. 52. cum seq.*

Sed in casu impedimenti Rectoris Missas canere debet Parochus, & eidem debetur solita Eleemosina pro missis cantatis. *d. Firmana dub. 3. p. 52 cum seq.*

REDDITIO RATIONIS.

Procurator Confraternitatis, etiam erectæ in Ecclesia *in solo Lateranensi* tenetur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta. *Mileten. Jurisdictionis dub. 3. p. 21. cum seq.*

REDUCTIO.

Missarum reductioni non est locus, non agatur de Testamentaria dispositione, sed onus ex contractu susceptum fuerit. *Faventina reductionis Missarum §. Commovit. p. 43.*

Quando reductio Missarum minime substineatur. *d. Faventina p. 50.*

REGULARES IN SPECIE.

Vide *Religiosus Religiosi in specie.*

REINTEGRATIO.

Facta per Patronum distractione Censuum constituentium Dotem Beneficii, idem Patronus, sive illius Donatarius tenetur ad remtegrationem eorumdem Censuum. *Ariminen. Beneficij, seu Cappellaniæ super Reintegratione dub. 1. pag. 48. cum seq. & 50.*

Sed non tenetur etiam ad damna, & interesse pro tempore præterito. *d. Ariminen. dub. 3. p. 48. cum seq. & 50.*

RELIGIOSUS RELIGIOSI IN SPECIE.

Religiosus Ordinis Patrum *Carmelitarum Excalceatorum*, qui ante ingressum in Monasterium morbo, vitioque insanabili laboraverat, illudque tacuerat, in integrum debet restitui. *Aretina Restitutionis in integrum pag. 51.*

Relicto Legato Missarum celebrandarum in Ecclesia PP. *Minorum de Observantia*, si onus directum fuerit non ad dictos Patres, sed ad hæredes, electio Cappellani, qui dictas Missas celebret in de signata Ecclesia spectat ad dictos hæredes. *Vxentina Celebrationis Missarum* §. *Cum vellet p. g. 67. cum seq.*

Patres Minores de Observantia assequi nequeunt annuos perpetuos redditus, licet agatur de Legato Sacrorum nomine relicto, & non petatur per viam actionis ex Testamento, & quamquam in Judicio compareat eorum Syndicus Apostolicus. *d. Vxentina* §. *Præsertim p. 67. cum seq.*

RESIDENTIA.

Legatum pium cum onere celebrationis Missæ quotidianæ, non requirens personalem residentiam, nec obligationem celebrandi per se ipsum, non est incompatibile cum Canonicatu, alibi residentiam requirente. *Sipontina Legati Missarum p. 8 & 9.*

Canonicus tenetur ad personalem residentiam, nec valet alium substituere, etiam si absit litis causa, quæ tamen non respiciat interesse Ecclesiæ. *Constantien. dub. 1. p. 26. 35. & 36.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Conceditur restitutio in integrum adversus professionem nulliter emissam ex defectu legitimæ ætatis. *Sipontina Restitutionis in integrum p. 5. cum seq. 19. & 20. cum seq.*

Limita stante scientia hujus defectus, & nullitatis. *d. Sipontina pag. ibid.*

Sed hæc limitatio non procedit, si scientia superventa fuerit occasione litis *Ibid.*

Declaratio nullitatis Professionis *pro forma* solum peti debet, cognita causa restitutionis in integrum per S. Congregationem. *Lisbonen. Nullitatis Professionis p. 18. cum seq.*

Conceditur restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam vi, & metu a Patre illato. *Sipontina Restitutionis in integrum p. 20. & 42.*

Conceditur restitutio in integrum favore Commissi sæcularis Ordinis servorum B. M. qui contendebat, professionem nunquam emisisse. *Brixien. Restitutionis in integrum p. 26.*

Denegatur Restitutio in integrum adversus professionem, quæ nulla dicebatur, utpote emissa vi, & metu, ac etiam vulneribus a Parentibus inflictis. *Brixien. Restitutionis in integrum p. 35.*

Deinde vero recessum fuit a Decisis, admissa restitutione in integrum ex noviter deductis. *d. Tatavina p. 35.*

Religiosus Ordinis Patrum *Carmelitarum Excalceatorum* qui ante ingressum in Monasterium morbo, vitioque insanabili laboraverat, illudque tacuerat, in integrum debet restitui. *Aretina Restitutionis in integrum p. 51.*

Conceditur restitutio in integrum adversus Professionem nulliter emissam ex defectu ætatis, ac minis, & terroribus, absque eo quod unquam d. professio fuerit vel tacite, vel expresse ratificata. *S. Marci Restitutionis in integrum p. 54.*

S

SACERDOS.

SI Sacerdotes nulliter promoti fuerint ad Sacros Ordines defectu Patrimonij sufficientis quomodo rescribi debeat. *Sagonen. p. 3.*

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missa lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis. *Firmana Jurium Parochialium dub. 6. p. 52.*

SACERDOTALIS.

Quando Canonicatus declarandi veniant Sacerdotales, itaut Canonici non promoti teneantur se promovere facere ad formam Concilij. *Gravinen. p. 13. cum seq.*

Quando Beneficium dicatur Sacerdotale, saltem habitu. *Tiscien. Beneficii p. 48. & 56.*

Qui obtinet Beneficium Sacerdotale, saltem habitu, tenetur assumere Sacros Ordines. *d. Tiscien. p. 48. & 56.*

SEDES CONFESSIONALES.

In Ecclesia, seu Cappella Confratrum retineri valent sedes confessionales ad recipiendas sacramentales omnium Confessiones, exceptis Mulieribus. *Cassanen. dub. 3. p. 38.*

SEMINARIUM.

Taxa pro Seminario respondere debet summæ scutorum trium pro quolibet centenario, & urgente necessitate augetur ad rationem scutorum quinque. *Parentina Contributionis p. 17. cum seq.*

Contributio per Possessorem Beneficii debetur Seminario pro rata Bonorum posse-

sessorum. *d. Tarentina pag.* 17. *cum seq. & 38.*

SERVITIUM.

Presbyteri supranumerari, qui habent jus ad Canonicatus Cathedralis vacaturos tenentur inservire Ecclesiæ ad instar Canonicorum. *Cassanen. dub.* 1., *& 2. pag.* 35.

Nec excusantur ratione servitij Ecclesiarum Ruralium, nisi prævia designatione Episcopi, *d. Cassanen. dub.* 1. *& 2. p.g* 56.

SOLUM LATERANENSE.

Cappellanis Ecclesiæ erectæ *in solo Lateranensi* non licet Conciones, & Sermones ibi per se ipsos, aut per alium habere absque licentia Episcopi. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub.* 1. *p.* 6. & 21. *cum seq.*

Nec eijsdem Cappellanis licet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ Populi adorationi exponere in d. Ecclesia absque licentia Episcopi. *d. Mileten. dub.* 2. *p.* 6. & 21. *cum seq.*

Parochus, vel Archipresbyter non potest prætendere propriam Sedem in Choro dictæ Ecclesiæ, nec ut functiones ibi peragantur cum illius assistentia. *d. Mileten. dub.* 9. *p.* 6. *&* 21. *cum seq.*

Episcopus exoratus pro licentia faciendi consuetas Processiones extra ambitum d. Ecclesiæ cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & SS. Statuis, & Imaginibus potest illam denegare, concurrente tamen justa, & rationabili causa. *d. Mileten. dub.* 3. *p.* 6. *&* 21. *cum seq.*

Cappellani dictæ Ecclesiæ possunt Missas solemnes, aliasque functiones in eadem Ecclesia explere diverus temporibus explentur in Parochiali, & in Ecclesiis filialibus, designata per Episcopum hora congrua, qua expleri debent in Ecclesia Parochiali. *d. Mileten. dub.* 7. *p.* 6. *&* 21. *cum seq.*

Parochus non potest a dicta Ecclesia sumere Viaticum, illudque deferre ad Parochianos infirmos, sed Cappellani valent id impedire excepto casu necessitatis. *d. Militen. dub.* 8. *p.* 6. *&* 21. *cum seq.*

Deputatus ab Episcopo potest nomine ipsius assistere annuæ electioni Procuratoris, seu Administratoris Confraternitatis etiam erectæ in Ecclesia sita *in solo Lateranensi, Mileten. Jurisdictionis dub.* 1. *pag.* 34.

Et dictus Procurator, sive Administrator, a Confraternitate electus, ab Episcopo approbari. *d. Mileten. dub.* 2. *f.* 34.

Atque etiam d. Procurator tenetur annuatim reddere rationem Episcopo de administratione per ipsum gesta. *d. Mileten. dub.* 3. *f.* 34.

SORS CAPITALE.

Vide *Capitale*.

STATUTA IN SPECIE,

Statuti, & Ordinationes de anno 1638. factæ per Decanum, & Canonicos Embricen. circa Canonicum Sacellanum sustinentur. *Embricen. Jurium Canonicalium dub.* 1. *p.* 45.

SUBDIACONUS.

Supranumerarij non tenentur exercere Officia Diaconi, & Subdiaconi, nisi in subsidium, & legitime impeditis Cappellanis numerariis. *Cassanen. dub.* 1. *& 2. p.* 56.

SUPPELLECTILIA.

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali, canendo Missas in diebus Statutis a Fundatore, licet uti suppellectilibus ejusdem Cappellæ. *Firmana Jurium Parochialium dub.* 1. *pag.* 52.

SUPRANUMERARIUS.

An soli Canonici supranumerarii teneantur subire ad formam pacti onus Hebdomadæ, ac celebrationis Missæ conventualis, illusque applicationis pro Benefactoribus in genere, absque eo quod petere valeant Eleemosinam á Canonicis Antiquioribus. *Abellinen. Missæ Conventualis p.* 1. 14. *&* 30.

Presbyteri supranumerarii qui habent jus ad Canonicatus Cathedralis vacaturos tenentur inservire Ecclesiæ ad instar Canonicorum. *Cassanen. dub.* 1., *& 2. pag.* 35.

Neque excusantur ratione servitii Ecclesiarum Ruralium, nisi prævia designatione Episcopi, & non tenentur exercere Officia Diaconi, & Subdiaconi, nisi in subsidium, & legitime impeditis Cappellanis numerariis. *d. Cassanen. dub* 1. *&* 2. *p.* 56.

An ad Loca participationis in Cathedrali Ecclesia deinceps vacatura admitti debeant Presbyteri an tiquiores supranumerarii juxta Ordinis antianitatem, sive potius præferendi sint recentiores Presbyteri, qui a loco non discedentes post Sacerdotium, diebus saltem Festis Cathedrali jugiter inservierunt? dictum fuit per Sacram Congregationem recurrant

sant in casibus particularibus. *d. Cassanen. dub.3. p.33. & 35.*

Deinde fuit responsum, quod præferri debeant antiquiores dummodo inservierint duabus saltem ex tribus partibus anni, nisi fuerint legitime impediti. *d. Cassan. dub.3. p. 56.*

Neque in concursu supranumerariorum, qui post ordinationem ad Sacerdotium diebus Festis Cathedrali Ecclesiæ servitium exhibuerunt præferri debent ii, qui etiam publicæ adorationi Ven. Sacramenti per tempora ab Episcopo præfinita interfuerunt. *d. Cassanen. dub. 4. p. 33. & 35.*

SUSPENSIO.

Non substinetur suspensio, quæ controvertebatur, utpote nulliter inflicta ratione Ordinis, Jurisdictionis, & Causæ. *Policastren. nullitatis suspensionis pag. 16.*

Episcopus non tenetur ad expensas, & interesse ob suspensionem ab eo nulliter inflictam. *d. Policastren. pag. 16.*

T

TAXA.

TAxa pro Seminario respondere debet summæ scutorum trium pro quolibet centenario, & urgente necessitate augetur ad rationem scutorum quinque. *Tarentina Contributionis p. 17. cum seq.*

TERMINUS.

Quando præfigatur terminus ad deducendum jura. *Urbinaten. Visitationis Sacrorum Liminum p. 4.*

TERRIGENA.

Hæredibus Fundatoris licet celebrari facere in Ecclesia extra Oppidum, & intra Parochiam a proprio Cappellano, & Sacerdotibus exteris tam Missas lectas, quam cantatam in Anniversario, nec hæredes tenentur invitare Sacerdotes Terrigenas pro Missis lectis. *Firmana Jurium Parochialium dub. 6. p. 52.*

TONSURA.

Eques Hierosolymitanus non professus utrum initiandus sit ad primam Tonsuram sine habitu clericali. *Florentina dub. 1. p. 41. & 42.*

Pensiones decursæ, & decurrendæ utrum solvi debeant Equiti Hierosolymitano ad Tonsuram non initiato intra tempus per Breve præfinitum. *d. Florentina dub. 2. p. 41. & 42.*

TRASLATIO.

Quando onera Missarum in unam Ecclesiam relicta, ea non acceptante, sint transferenda in aliam Ecclesiam. *Oxentina Celebrationis Missarum §. Atque hinc p. 67. cum seq.*

TURNUS.

Canonicus Sacellanus gaudere non debet Jure Turni, prout cæteri Canonici. *Embricen. Jurium Canonicalium dub. 1, pag. 45.*

V

VIATICUM.

PArochus non potest ab Ecclesia erecta *in solo Lateranensi* sumere Viaticum, illudque deferre ad Parochianos Infirmos, sed Cappellani valent id impedire, excepto casu necessitatis. *Mileten. Jurisdictionis, & Jurium Parochialium dub. 8. p. 6. & 21. cum seq.*

ULTIMA VOLUNTAS.

Non est locus commutationi voluntaris, etiamsi agatur favore Consanguineorum. *Florentina Commutationis ultimæ voluntatis p. 12. 13. & 15.*

UNIO.

Sustinetur provisio Beneficii ab Episcopo facta in exclusionem Canonici Theologi illius unionem ad Præbendam Theologalem prætendentis. *Sarnen. dub. 1. p. 26. cum seq.*

Beneficium simplex uniendum non est Præbendæ Theologali, quæ ascendat ad annua scuta 60. monetæ Romanæ. *d. Sarnen. dub. 2. p. 26. cum seq.*

VOLUNTAS.

Vide *Ultima voluntas.*

VOX.

Canonicus Sacellanus gaudere non debet voce activa, & passiva prout cæteri Canonici. *Embricen. Jurium Canonicalium dub. 2. p. 45.*

VTENSILIA.

Rectori Cappellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali, canenti Missas in diebus Statutis a Fundatore licet uti propriis utensilibus. *Firmana Jurium Parochialium dub. 1. p. 52.*

THESAURUS RESOLUTIONUM

Sacræ Congregationis

CONCILII,

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R^mo P. D. FURIETTO

PRODIERUNT

In Causis sub annum 1748. propositis,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprime utilis, & necessarius.

TOMUS XVII.

Duplici locupletissimo Indice Exornatus.

ROMÆ, MDCCXLVIII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Agonali

Superiorum facultate, & Privilegio Sanctissimi.

INDEX
TITULORUM

Cauſarum Anno 1748. Sacræ Concilij Congregationi propoſitarum Ordine Alphabetico per Diæceſes diſpoſitus.

A

Albanen. 27. April. pag. 28. 11. Maij pag. 29 24. Auguſti pag. 53., & 14. Sept. pag 57.
Anconitana 27. Januarii p. 13.
Anconitana Sponſalium 10. Februarij pag. 14. 16. Martij p. 19., & 30. Martii p. 22.
Arianen. 13. Januar. p 3.
Ariminen. 13 Januar. p. 427. Januar. p 6.
Aſculana Vicariatus perpetui, & exercitii muſicæ 24. Aug. p. 54.
Avenionen. Reſtitutionis in Integrum 27. Januar. p. 9. 10. Februar. p. 13.
Auximana 24. Aug. p. 55.

B

Bergomen 13. Jul. pag. 44., 3. Aug. pag. 47.
Burg. S. Donnini Emphyteuſis 10. Febr. p. 14., 16. Martii pag. 19., 30. Martii pag. 22
Burgi S. Sepulchri reductionis Oneris Miſſarum, 10. Februarii pag 16., 16. Martii pag. 19., 30. Martii pag. 23.

C

Camerinen. Erectionis Fontis Baptiſmalis, & juris Baptizandi, 10. Feb. pag. 15. *cum ſeq.*
Camerinen. Subſidiorum Dotalium ſuper applicatione, 24. Aug. pag. 56.
Caſſanen. irregularitatis, 14. Decemb. pag. 69.
Caſtellaneten. Subſidiorum, 16. Martij pag. 20., 30. Martij pag. 23., 27. Apr. pag. 25., 24. Auguſti p. 53.
Caſtellaneten. 16., & 30. Martii pag. 21., & 24. 27. April. p. 25.
Cephaluden Reſtitutionis in Integrum, 11. Maij pag. 30.
Compoſtellana Cappellaniæ 27. Jan. & 16. Februarii p. 12. & 14., 11. Maii p. 29.

F

Ferentina Indulti 13. Julij pag. 46., 3. Auguſti p 47.
Ferrarana Alternativæ 11. Maii pag. 31., 22. Junij pag. 34, 3. & 24. Auguſti pag. 49., & 52. 23. Novembris p. 63.

G

Gerunden. Juriſdictionis ſuper adjunctis, & viſitatione Cathedralis 27. Jan. pag. 8, 16. Martii pag. 19.

H

Hieracen. Cenſurarum 13. Januarii p. 4. 13. Julij pag. 41.

I

Ianuen. Matrimonij, 3. Auguſti p. 47.
Januen. Jurium Parrochialium 27. Apr. p. 27., 22. Junij pag. 34., 13. Jul. p. 40.

L

Lisbonen. Matrimonij 13. Januarij p. 5. 10. Feb. p. 15., 23. Novembr. p. 64., 14. Decem. pag. 67.
Lucana 13. Jan. p. 4.
Lucana Commutationis voluntatis. 30. Martii pag. 24.
Lucana Exequutionis Brevis 13. Jan. p. 5., 27. April. pag. 25. 22. Jun. p. 34.
Lucana Matrimonij 22. Jun. p. 37.
Lucana Ordinationis 22. Iun. p. 39.
Luceorien. Nullitatis Matrimonij ſuper alimentis, & ſumptibus litis 14. Sept. pag. 60.
Lunen. Sarzanen. Iuris amovendi Cappellanum

Ianum Curatum 27. April. pag. 27., 11. Maii pag. 29.

M

MEdiolanen. applicationis Missarum 11. Maii pag. 32.
Moguntina Primariarum precum 14. Decembris pag. 68.

N

NEpesina 24. Augusti pag. 57. *cum seq.*

P

PIentina Prædicationis 14. Sept. p. 62.
Pisana Subsidiorum dotalium 3. Augusti p. 49. 23. Novemb. p. 66., 14. Decemb. pag. 68.
Policastren. Matricitatis 14. Septemb. pag. 61. 23. Novemb. p. 63.

R

REatina Subrogationis bonorum 14. Septem. pag. 52 *cum seq.*
Romana Subsidiorum Dotalium 10. Feb. p. 17., 16. & 30. Martij pag 19., & 23., 3. Augusti p. 48.
Romana seu Camerinen. Restitutitionis in Integrum 22. Iunij p. 38., 14. Sept. pag 59.
Romana 24. Augusti pag. 53., 14. Septem. pag. 59.
Ruben. 27. Ianuar. pag. 11., 16., & 30. Martii pag. 19. & 22.

S

SAncti Severi participationis 22. Iunii p. 35., 13. Iulii p 44.
Satrianen. Participationis 22. Iunii p. 46., 13. Iulii pag. 54.
Satrianen, seu Campantien. Iurispatronatus 23. Novembr. pag. 66.
Satrianen., seu Potentina 27. Ian. p. 10.
Segobricen. Dismembrationis 22. Iunii pag. 36.
Senogaglien. Cappellaniæ 3., & 24. Aug. pag. 50. & 52.
Sipontina Nullitatis Suspensionis 11. Maii pag. 32.
Sipontina Restitutionis in Integrum 27. Ianuar. pag. 10., 16., & 30 Martii pag. 20., & 23 22. Iun. pag. 34. 31. Iulii pag. 42., 23. Novem., & 14. Decemb. pag. 65., & 67.

T

TArentina Contributionis 13., & 27. Ianuar. pag. 6, & 8., 27. Apr. p. 27.
Tolentina Iurium Parrochiatium 11. Maij p. 31. 13. Iulij p. 41.
Tricaricen. Beneficii 10. Feb. pag. 15. *cum seq.*
Triventina Portionis 3. Augusti pag. 51. *cum seq.*

V

VAllisoletana 11. Maii pag. 30., 13. Iulij pag. 41., 23. Novemb p. 64.
Verulana Archidiaconatus 13. Iulii p. 42. *cum seq.*
Viterbien. Mediæ Annatæ 13. Ian. p. 6.
Umbriaticen. residentiæ 14. Sept. pag. 60. *cum seq.*
Urbevetana Fontis Baptismalis 3. Aug. pag. 48. 23. Novembris pag. 64., 14. Decemb. pag. 67.
Uxentina Celebrationis Missarum 13. Ianuarii p. 1., 27. Aprilis pag 25.
Uxentina egati 13. Ianuarii pag. 4., 27. Aprilis pag. 25.

X

XAntonen., seu Ordinis Cluniacensis 23. Novembris, & 14. Decembris pag. 65. & 67.

Die Sabbathi 13. Januarij 1748.

In Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

QUatuor, quas ordine suo primo loco subijcimus, Causæ in *ultima Congregatione* Amplissimi hujus Ordinis habita *die 16. Decembris anni nuper transacti* proponi non potuerunt: Duæ vero, quæ has sequuntur, *Quinta, & Sexta* propositæ quidem fuerunt, sed *Dilata* fuit earum definitio *ad hanc Congregationem*. Poterunt itaque Eminentissimi Patres *ultimæ Congregationis Folium* iterum consulere, ut expediantur.

ARIANEN., cujus duo sunt Capita.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo Dubio sub die 12. Septembris anni* 1739.; & quatenus recedendum. *Sess. 24. c 13. de Ref.*

II. *An, & a quo tempore decurrisse intelligantur favore Canonici Malamisura fructus, distributiones, ac emolumenta omnia provenientia ex Massa tam Participationum, quam Canonicatuum, & quænam expensæ sint ei reficiendæ in casu &c.*

Ad I. in decisis, & Decretum non obstare. Ad II. fructus deberi a die adeptæ possessionis, & esse reficiendas expensas judiciales.

UXENTINA CELEBRATIONIS MISSARUM, in qua tria Dubia in disputationem veniunt. *Sess. 25. c. 3. de Ref.*

I. *An celebratio Missarum relictarum a Josepho Russo, Archidiacono Gaballo, & Joanne Dattilo in Altari Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis erecto in Ecclesia PP. de Observantia S. Francisci Civitatis Uxenti privative spectet ad dictos Patres; vel potius sit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare Sacerdotes?* Et quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

II. *An dicti Regulares teneantur patientiam præstare, ut in eorum Ecclesia Sacerdotes Sæculares Missas relictas celebrent?* Et quatenus negative.

III. *An onera earumdem Missarum sint transferenda ad aliam Ecclesiam?*

Ad I. Affirmativè ad primam partem. Negativè ad secundam in actu, de quo agitur, exce-

pto legato Archidiaconi Gaballo. Ad II. teneri quoad legatum Archidiaconi Gaballo, solutis utensilibus, & non attenta reductione. In reliquis provisum in primo. Ad III. Negative.

Sess. 25. c. 4. de Ref.

UXENTINA LEGATI, cujus duo Dubia sunt.

I. *An Maria Gaballo teneatur celebrare facere Missas, de quibus agitur, pro anima Victoriæ de Montibus?* Et quatenus affirmative.

II. *An sit in arbitrio d. Annæ Mariæ committere illarum cellebrationem Sacerdoti Sæculari sibi benevisо in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative.

Sess. 25. c. 12. de Ref.

HIERACEN. CENSURARUM, quæ duo pariter habet Capita.

I. *An decretum suspensionis, & irregularitatis a Reverendissimo Episcopo del Tufo latum die 6. Maij 1745. sit approbandum, & exequendum?* Et quatenus negative.

II. *An removeri debeat Oeconomus, & Parochus Antonius Mari sit plenarie reintegrandus ad suam Ecclesiam Parochialem cum omnibus fructibus, emolumentis, damnis, & interesse in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Affirmative in omnibus.

Sess. 25. c. 8. de Ref. & c. 5. de Regul.

ARIMINEN., in qua ultra XIII. Dubia novum nunc disputatur, & est in ordine primam.

I. *An Episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium Monasterij S. Sebastiani Civitatis Ariminі Canonicis Regularibus subjecti possit ipsas cogere ad subeundum onus visitationis personalis ad crates collocutorij circa ea, quæ pertinent ad clausuram in casu &c.*

II. *An Episcopas in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum crates, & mœnia exteriora Monasterii prædictarum Monialium, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque Loca in casu &c.*

III. *An, & quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes d. visitationi, aut eam impedientes in casu &c.*

IV. *An Episcopus ejusdem Monasterij clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus?*

V. *An teneantur Episcopo ut supra visitanti stratum cum pulvinari parare in Ecclesia interiori, & exteriori in casu &c.*

VI. *An & a quibus Episcopo accedenti pro eadem Visitatione debeantur in Ingressu & egressu ab Ecclesia honorificentiæ, & Præeminentiæ, actus reverentiales, & associatio in casu &c.*

VII. *An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & Visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. Abbatis, & Confessari earumdem, sive aliorum Regularium ejusdem Ordinis in casu &c.*

VIII. *An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis Bonorum pra-*

prædictarum Monialium ad formam Bullæ San. Mem. Gregorii XV. incipien. Inscrutabili, non obstante prætenso ejus non usu: & An pro hujusmodi effectu debeant asportari Libri Administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus Palatium Episcopale vel potius computa revideri debeant ad eratres Monasterii in casu &c. Et quatenus Affirmativè.

IX. *An in eadem redditione rationis intervenire debeant Abbas d. Monasterij, alijque Regulares ejus Ordinis in casu &c.*

X. *An prædictis Canonicis Regularibus in illorum Comitis, aut Capitulis liceat ultra Confessarium ordinarium deputare alium Vice Confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ab absentiam, vel infirmitatem Confessari ordinarii, vel aliam justam Causam ita expedire videatur in casu &c.*

XI. *An hujusmodi Vice Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari in casu &c.*

XII. *Ad idem Vice Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorumdem Canonicorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 10. de Regul.*

XIII. *An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

LUCANA EXECUTIONIS BREVIS, in qua quæritur. *An, & ad cujus favorem sit servandum, & respective relaxndum Breve in casu &c.* *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

Servandum esse Breve favore Catharinæ Felicis Fredianæ.

LISBONEN. MATRIMONIJ: Hæc quoque Causa in *Congregatione* habita *die* 18. *Novembris* anni nuper elapsi responsum accepit -- *Dilata ad primam post* Reges - Ideoque, cum nunc proponantur, poterunt Amplissimi Patres iterum legere *Folium Congregationis* habitæ *die* 23. *antecedentis mensis Septembris*, in quo primum data fuit, ut definiant. *An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.* *Sess. 24. c. 1. de Ref. Matrim.*

Dilata.

Sess.24. c.12. de Ref.

VITERBIEN. MEDIÆ ANNATÆ: Imperio pariter Eminentissimorum Patrum nunc Causa illhæc prodonitur, qui in *Congregatione* habita *die* 2. nuper transacti *Decembris* rescripserunt - *Dilata ad primam post Reges* - Consulto itaque *folio illius Congregationis*, decernere potuerunt.

An ab Archipresbytero, & a quibusvis Canonicis debeatur media annata in casu &c.

Affirmativè, exceptis Provisis Apostolicis, & ampliùs.

Sess.23. c.17. de Ref.

TARENTINA CONTRIBUTIONIS: Proposito in *Congregatione* habita *die* 12. *Augusti* elapsi anni Dubio hujus Causæ: An, & in qua summa „ debeatur Contributio V. Seminario Tarentino ab Ignatio Marresc pro Bene„ficio, seu Abbatia SS. Petri, & Andreæ in casu &c. -- Responsum fuit - De„beri dumtaxat pro rata bonorum possessorum per Abbatem Ignatium Marre„se „. Redit nunc ad novum Judicium Causa, & Amplissimi Patres respondere debent duobus dubiis.

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An, & in qua summa debeatur Contributio a R. P. D. Puoti V. Seminario Tarentino in casu &c.*

Dilata, ad sequentem.

Die Sabbathi 27. Januarii 1748.

DUÆ, quæ sequntur Causæ, in ultima *Congregatione* habita *die* 13. hujus Mensis dilationem obtinuerunt ad *hanc Congregationem*, ideoque earum Capita subjicimus, ut ab Eminentissimis Patribus definiantur.

Sess.25. c.8. de Ref & c.5. de regul.

ARIMINEN. cujus XIV. sunt Dubia.

I. *An Episcopus Ariminen. visitaturus clausuram RR. Monialium Monasterij S. Sebastiani Civitatis Ariminj Canonicis Regularibus subjecti possit ipsas cogere ad subeundum onus Visitationis personalis ad crates collocutorij circa ea, quæ pertinent ad clausuram in casu &c.*

II. *An Episcopus in concernentibus clausuræ custodiam possit visitare nedum crates, & mœnia exteriora Monasterii prædictarum Monialium, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque Loca in casu &c.*

III. *An, & quando puniendæ sint Moniales, vel alii resistentes d. visitationi, aut eam impedientes in casu &c.*

IV. *An Episcopus ejusdem Monasterij clausuram visitaturus possit ingredi stola indutus?*

V. *An teneantur Episcopo ut supra visitanti stratum cum pulvinari parare in Ecclesia interiori, & exteriori in casu &c.*

VI. *An & a quibus Episcopo accedenti pro eadem Visitatione debeantur in Ingressu & egressu ab Ecclesia honorificentiæ, & Præeminentiæ,*

actus

actus reverentiales, & associatio in casu &c.

VII. *An Episcopus possit solus cum suis Convisitatoribus ingredi, & Visitare clausuram dictarum Monialium absque interventu P. Abbatis, & Confessari earumdem, sive aliorum Regularium ejusdem Ordinis in casu &c.*

VIII. *An idem Episcopus possit exigere rationem administrationis Bonorum prædictarum Monialium ad formam Bullæ San. Mem. Gregorii XV. incipien. Inscrutabili, non obstante prætenso ejus non usu: & An pro hujusmodi effectu debeant asportari Libri Administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad ejus Palatium Episcopale vel potius computa revideri debeant ad crates Monasterii in casu &c.* Et quatenus Affirmativè.

IX. *An in eadem redditione rationis intervenire debeant Abbas d. Monasterij, alijque Regulares ejus Ordinis in casu &c.*

X. *An prædictis Canonicis Regularibus in illorum Comitis, aut Capitulis liceat ultra Confessarium ordinarium deputare alium Vice Confessarium ad annum, vel ad aliud certum tempus pro administrando Pœnitentiæ Sacramento eisdem Monialibus, quoties ab absentiam, vel infirmitatem Confessari ordinarii, vel aliam justam Causam ita expedire videatur in casu &c.*

XI. *An hujusmodi Vice Confessarius debeat pro qualibet vice intra tempus suæ deputationis occurrente approbari ab Episcopo, vel potius sufficiat eum semel ab initio approbari in casu &c.*

XII. *Ad idem Vice Confessarius possit etiam ab Abbate, aut ab eorumdem Canonicorum Regularium Capitulis deputari in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium ad formam Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 10. de Regul.*

XIII. *An pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficiat pariter quempiam idoneum a superioribus Regularibus deputari, & ab Episcopo approbari semel per annum, vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente in casu &c.*

AI., & II. Affirmative, & amplius. Ad III. Affirmative. Ad IV. Affirmative congruis Juris remediis. Ad V., & VI. Affirmativè. Ad VII. Affirmativè, quoad Confessarium Officialis, aliosque Ministros Monasterii. Ad. VIII. Affirmativè. Ad IX. Affirmative ad primam, & secundam partem, Negative ad tertium. Ad X. Affirmative, & quatenus Abbas opportuni monitus non comparverit. sive per se, sive per alium regularem revisionem fieri posse a solo Episcopo. Ad XI., & XII. Affirmative cum approbatione Episcopi, ac certiorato Episcopo in casu impedimenti, & cum ejusdem licentia. Ad XIII. Negative.

Ad

Ad XVI. Negative ad primam partem, & Affirmative ad secundam, & amplius in omnibus.

Sess. 23. c. 17. de Ref.

TARENTINA CONTRIBUTIONIS, in qua duo dubia disputantur.

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.* & quatenus affirmativè.

II. *An & in qua summa debeatur Contributio a* R. *P. D. Puoti V. Seminario Tarentino in casu &c.*

Dilata, & exhibeantur Literæ Apostolicæ Provisionum utriusque Partis.

Sess. 6. c. 4. & sess. 25. c. de Ref.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS SUPER ADJUNCTIS, ET VISITATIONE CATHEDRALIS: Vetus est hæc Causa in hoc Sacro Tribunali, in quo pugnarunt tres litigatores, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gerundensis, Archidiaconus Major ejusdem Ecclesiæ *de Rogationibus* nuncupatus, & demum Episcopus. Desiderat igitur patientiam Eminentissimorum Patrum, qua unum, atque alterum legant *Folium*, ut speciem integram intelligere possint. Prima lis acta est inter Capitulum, & Archidiaconum Majorem, & habetur factum *in Folio diei* 20. *Novembris anni* 1728., quod editum est *Vol. IV. Thes. Rvol. Sac. Congregatione pag.* 234., *& seqq.* Indulta fuit ea die dilatio, & Causa data fuit *in folio Congregationis* habitæ *die* 29. *Januarij anni* 1729. eodem *Vol. IV. Thesaur. pag.* 260., sed non fuit causa proposita: *die vero* 12. *Februarij ejusdem anni* 1729. proposita, & definita fuit favore Capituli, ut in eodem *Vol. IV. Thesaur. pag.* 262.: Victus Archidiaconus excitavit Episcopum, qui ad tuendam Jurisdictionem suam secundam movit Capitulo litem anno 1738., *& in folio diei* 19. *Aprilis illius anni*, quod extat *Vol. VIII. Thes. Resol. pag.* 74., *& 75.* data fuerunt *sex dubia* duobus separata titulis, altero *Gerunden. exemptionis*, altero *Gerunden. Jurisdictionis*: Causa ea die *ad sequentem Congregationem* dilata fuit: non potuit in sequenti Congregatione proponi, sed proposita fuit utraque Causa in *Congregatione diei* 24. *Maij ejusdem anni* 1738., ut in eodem *Vol. VIII. Thes. pag.* 101., *& seq.* quoad causam *Gerunden. Exemptionis* ex V. dubis unum definitum fuit, de quo nihil attinet dicere, & rescriptum fuit *in reliquis dilata*: quoad alteram causam *Gerruden. Jurisdictionis* rescriptum fuit Dubio -- *Dilata, & reproponatur una cum Dubiis reservatis in alia causa cum Episcopo* -- Reproposita itaque fuit causa quoad omnia Dubia nova, & vetera data tum ex parte Episcopi, tum ex parte Archidiaconi in *Congregatione* habita die 19. Decembris anni 1739. ut in *Thesaur. Resol. Vol. IX. pag.* 189., *& sequen.*, & inter illa Dubia data ex parte Episcopi unum fuit, quod erat ordine *primum*, „ & de quo nunc agendum est -- An Episcopus procedere teneatur contra Ca„ pitulares extra Visitationem cum duobus Adjunctis ad formam *cap.* 6. *sess.* 25. „ *de refor.*, & in visitatioue Cathedralis, dictorumque Capitularium per se „ ipsum dumtaxat ad formam *cap.* 4. *sess.* 6. *de refom.* -- Respondit Sacrum Tribunal *negative ut in d. Vol. IX. Thes. pag.* 190.; Audiri postolavit, & obtinuit Capitulum, & dum nova parabatur propositio, electi fuerunt communi trium litigantium consensu duo Judices Compromissarii doctrina, & dignitate Eminentissimi clar. memor. Cardinalis *Bellùga*, & *Gentili* Sacræ huius Congregationis Præfectus. Cum hi sententia discordes essent, morte obita a primo ex iis, & novo Episcopo Gerunden. recusante alium eligere Judicem compromissarum, causa quoad illud *primum dubium* reponitur in Sacro Tribunali, divisis pro faciliori studio Amplissimorum Patrum Dubijs, & Capitulum postulat, ut a Decisis recedatur, ne subvertantur Transactiones, Sententiæ Rotales, Constitutiones Summorum Pontificum, & diutur-

na,

na, ac longæva consuetudo hactenus servata cum sacramentis præstitis ab Episcopis, qui Ecclesiæ illi præfuerunt: Omnibus itaque perspectis, respondendum erit.

An quoad primum Dubium sit standum, vel recedendum a decisis sub die 19. Decembris 1739. in casu &c.

Dilata ad primam post Cineres.

AVENIONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Historiam Professionis emissæ ab Anna Maria Faaque in Monasterio S. Augustini Civitatis Avenionensis legent Eminentissimi Patres non sine, ut credimus, animi horrore in libello ab ea dato: Si quis vellet integram illam referre, *Folium* in velumen excresceret. Dabimus itaque summa quædam illius capita. Ortum habuit Anna Maria anno 1720. ex Joachimo Fauque, & Joanna de Fayard Conjugibus, & a teneris annis educata fuit intra septa plurium Monasteriorum. Vix trilustris anno 1735. graves passa fuit minas a Joanna Matre, cui ob viri dementiam datum fuerat regimen, & administratio domus, ea mente animoque, ut nomen daret Monasterio, a qua re maxime aversa erat Anna Maria Maternis tandem violentijs, & minis perducta declaravij velle Sacras Vestes susçipere: iis susceptis frequentiores fuerunt & minæ, & artes Matris, itaut Anna ægritudine, & tristitia confecta in morbum incideret, qua occasione evenit, ut mater, quæ specie filiam visendi Monasteriom ingressa erat, cum filia objurgaretur eam causam esse suæ mortis, responsum daret -- *Sepellieris* -- receptis viribus expulsoque morbo, repugnantiam, quam vitæ monasticæ habebat, semper ostendit, & ne quid intactum relinqueret, finxit se Jansenii erroribus inquinatam, ut a Monialibus reiceretur. Intellexit Mater filiæ artes, & epistolam scripsit, e qua liquido patet vis, qua eam ad profitendum impellebat, & omnem simul movit lapidem, ut a Monialibus admitteretur: respui volebat filia, recipi eam volebat Mater, & ob id obtinuit ab Archiepiscopo tunc temporis Avenionensi, ut ejus Vicarius Generalis, & Tabellio Monasterium ingrederentur, & inusitato more ac tempore, violatisque Monasterij Constitutionibus, Capitulum Monialium coram iis congregaretur. Quæ in eo gesta fuerint, quæ fuerit rerum confusio, audient Eminentissimi Patres ex Epistola Archiepiscopi, qui nunc Ecclesiæ illi præest. Admissa fuit Anna uno, sed inutili, superante suffragio. Facta Puellæ constantia, cum a Matre metueret, Professionem emisit, præmissa metus illati protestatione coram Confessario; Professionis verba mærens, lungens, aut non protulit, aut ea non intellexit Præfecta Monastrio, quæ lateri ejus adstabat. Professione hanc emissa, talem se præstitit, qualem noluissent Moniales; Jansenius, & Parisius in ore erant: singulis annis quibus, ut mortis est, in eo Monasterio, vota renovantur, protestationem renovavit nullitatis suæ Professionis. Edocta post quinquennium ab emissa Professione, de nullitate amplius dici non posse, quinto anno labente publicam coram Testibus, & Tabellione protestationem emisit, ne tempus detrimentum inferret, cum justo impedimento detineretur, ne adversus professionem diceret. Audivit tandem Matrem, quæ Parisiis morabatur, insanabili morbo correptam, curavitque, ut declarationem emitteret violentiarum, & metus illati, sed dum Religiosus, cui hæc data fuerat Provincia, cunctatur, moritur Mater. Soluta igitur metu Soror a S. Xaverio, ita enim Annæ nomen in Monasterio, preces obtulit, quibus petebat in integrum restitui. Mandata fuit ab hoc Sacro Tribunali Jurisdictio Archiepiscopo Avenionensi, ut Processus fieret judicialis, animique sui sententiam aperiret. Examini subjecti sunt octo Testes, Præfecta Monastrio, Moniales, ipsa Soror a S. Xaverio, Moniales Capitulariter declararunt nolle obsistere; Obstiterunt Sorores Fauque natu minores; causa bonorum, & successionis. Superatis tandem tricis omnibus injectis,

Sess. 25. c. 19. de Ref.

jectis, Causa definienda proponitur, & respondendum est ab Eminentissimis Patribus.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 15. ed Regul.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Postulavit integrum restitui adversus lapsum quinquenii P. Ludovicus a Rhodio Ordinis Cappuccinorum, qui in sæculo nuncupabatur Sebastianus Michael Joseph natus die 29. Januarii 1710. ex Christophoro Maramaldo, & Sancta Giardino conjugibus. Data a Sacratissimo Principe postulationis hujus cognitione Amplissimis Patribus, & mandata ab hoc Sacro Tribunali Jurisdictione Archiepiscopo Sipontino, ut Processus fieret judicialis, hic omnibus diligenter perspectis, transmissisque iis, quæ proponuntur, animi sui sententiam aperuit secundum postulantem: nunc autem causa definienda proponitur. Ratio una est in nullitate Professionis, quia emissa fuerit a P. Ludovico, antequam decimum sextum ætatis annum impleret. Probatur defectus legitimæ ætatis libris Baptismalibus Parochiæ, in qua natus est, & libris Monasterii, in quo Professionem emisit: natus est *die* ut diximus 29. *Januarii anni* 1710. Professionem emisit *die* 25. *Octobris anni* 1725. ideoque ad legitimam ætatem deficiebant menses tres, & dies quatuor. Hanc itaque manifestam nullitatem sanari non potuisse contendit a longo tempore, quo in Ordine fuit, & muneribus Officiisque in eo gestis, quia præsumptio tacitæ confirmationis, & ratihabitionis locum non habeat, nisi probetur scientia defectus legitimæ ætatis, ut pluries hoc Sacrum Tribunal definivit. Videant itaque Amplissimi Patres.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & scribat Defensor Professionis.

Sess. 14. c. 12. de Ref.

SATRIANEN. SEU POTENTINA: Publicum Oratorium Divo Januario dedicatum erexit anno 1655. in Oppido *Cogiani* Joannes Salines, data congrua dote; & ornamentis illud auxit, adiecit que onus Abbatibus, & Beneficiariis ejusdem Oratorii, ut perpetuis futuris temporibus annua centum, & sexdecim sacra in eo agerent: „ Con patto e condizione *verba sunt instrumenti*, che sempre, & in perpetuum abbia il Jus Patronato tanto di detta „ Chiesa, quanto di detta Abbazia, & Beneficio esso fondatore, e suoi eredi, „ e successori di sua famiglia mascolina tantum, e loro eredi &c. *Quo vero ad „ Jus patronatus possuum ita cautum fuit*: Con dichiarazione, che essendoci „ alcun Chierico di prima Tonsura di detta famiglia tantum di Salines dalli 14. „ anni in su possa essere Abbate, e Benefiziato di detta Chiesa, non ostante „ sia ordinato in aliena Diocesi, e suddito di altro Vescovo con peso però di „ far celebrare in detta Chiesa da qualsivoglia Sacerdote, che ad esso Abbate, „ e Beneficiato piacerà le sopradette Messe: *Adiunxitque inde Fundator* ed in „ mancanza di detti Chierici modo quo supra, abbiano li detti Compatroni la „ potestà di poter presentare, & eliggere quella d. Abbazia, e Benefizio, fin „ a tanto però, che sortirà qualcheduno Chierico di detta famiglia, o altro „ della maniera, che e espressato, e dichiarato sopra &c.

Post erectum hoc Beneficium quinque numerantur Beneficiarii, quorum tres fuerunt extranei, deficientibus iis, qui erant Agnati. Horum autem extraneorum sive culpa, sive negligentia bona Oratorii summum passa sunt detrimentum; Contrarium vero contigit, cum Beneficium fuit apud Agnatos. Hac ratione impulsi Franciscus, & Cajetanus Salines preces obtulerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant, ut nullo existente Clerico ad

passivum

passiuum Jus patronatus vocato, Beneficium hoc in simplicem manualem Cappellaniam converteret, & commutaret, offerentes in utilitatem Ecclesiæ augmentum dotis in annuis ducatis duodecim. Data fuit ab Optimo Principe postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus; Auditique fuerunt utrique Episcopi, Satrianensis, & Potentinus, qui in ea sunt sententia postulationi esse annuendum. Causa nunc itaque proponitur, urgentque Patroni similem gratiam indultam fuisse ab hoc Sacro Tribunali in *Capuaquen. die 17. Aprilis anni 1728.*, immo ab ipsomet Episcopo concedi posse substinere *Gonzalez ad Reg. 9. Cancellar. glossa 5. §. 6. n. 62. & Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. cap. 6. n.* 287. ideoque eo amplius ab hoc Sacro Tribunali esse concedendam, cum longe ampliori potestate polleat, præsertim cum ipse Fundator in pluribus casibus Beneficium hoc pro simplici Cappellania haberi voluerit: Hæc Patroni: superest ut ab Amplissimis Patribus definiatur.

An vacante Beneficio sub titulo S. Januarii Episcopi, & Martyris de Jurepatronatus Familiæ Salines, nulloque præexistente Clerico passive vocato, sit locus mutationi ejusdem Beneficii in simplicem Cappellaniam manualem ad nutum Patronorum in casu &c.

Affirmative retenta qualitate Beneficii, & facta per Patronos obligatione manutenendi Bona assignata in fundatione, necnon redditus ducatorum duodecim assignatorum in augumentum Beneficii.

RUBEN. In utraque Apulia, *Peucetia* scilicet, ac *Daunia* Ecclesias esse Cathedrales, quæ quoad Dignitates & Canonicos numeratæ sunt, quo vero ad reliquos sunt simpliciter receptitiæ, nec ad participationem fructuum, & reddituum admittuntur nisi, qui Civicam habeant qualitatem, & qui gratuitum, sive longius, sive brevius juxta particulares cujusque Ecclesiæ consuetudines, vel Constitutiones, servitium præstiterint, cognitissimum est, & amplissimum pro cunctis testimonium reddit *Card. de Luca disc. 17 de Canon. & Capit.* Inter has Cathedrales est Ecclesia Rubensis; quæ licet quoad Dignitates, & Canonicos numerata sit, habet tamen Clericos & Sacerdotes, quorum incertus est numerus, & indefinitus, quique de communi massa participant. Qui cives sunt, & certo tempore servitium Ecclesiæ præstiterunt, gradatim ad reddituum participationem admittuntur, Subdiaconi post triennale servitium *de tertia parte* reddituum participant, Diaconi facti, præstitoque per quadriennale tempus servitio aliam *tertiam partem* assequuntur, demum ad Sacerdotium promoti, præstitoque per aliud triennium servitio, *integram* obtinent reddituum partem sub onere tamen præstandi alternatim servitium Chori, & Sacra Conventualia per Turnum agendi, a quo onere immunes dumtaxat sunt Dignitates, agendique etiam certum sacrorum numerum, ut piæ Testatorum, vel largitorum voluntates impleantur: & qui hanc participationem obtinuerunt, ad mortem usque eam retinent, & si in Civitate sint, eadem onera Chori, & Sacrorum per alios implere possunt. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Cum igitur Ecclesia hæc pro simplicibus Sacerdotibus receptitia semper, & innumerata fuerit, mos fuit, ut eadem participatio Jure Civico quæsita, & sine ullo titulo collativo, penitusque separata & disiuncta a Dignitatibus, & Canonicatibus, retineretus cum illis sine ulla Sanctæ Sedis dispensatione, immo quandoque dimissa etiam Dignitate, vel Canonicatu, participatio retenta fuit, & si aliquis Canonicatum, vel Dignitatem obtinuit, antequam temporibus unicuique Ordini præscriptis servitium præstit esset, participationem nullam assequutus est, nisi perfecto integre, & absoluto gratuito graduali

servitio; idemque evenit, quoties *Forenses* Dignitatem vel Canonicatum in eadem Cathedrali Ecclesia obtinuerunt, nam ob Civicæ qualitatis defectum ad participationem communis Massæ non admittuntur, nisi accedente Sacerdotum consensu, expletoque gratuito servitio juxta tempora constituta.

In hac Cathedrali Ecclesia, Jure Civico, & decurso integro servitii tempore participationem integræ partis communis Massæ assequutus Sacerdos Jacobus Simia, inde Canonicatum obtinuit, retinuitque participationem, & bona immobilia, quorum fructus assignati erant pro integram sua participatione. Dimisso postea Canonicatu, coadiutoriam obtinuit Archipresbyteri ejusdem Cathedralis Ecclesiæ cum futura successione ad Archipresbyteratum, qui in ea Cathedrali secunda Dignitas est, retinuitque etiam participationem, & bona ad annum usque 1744., quo anno Capitulares eum bonis spoliarunt, eaque assignarunt aliis Sacerdotibus. Hinc orta lis inter Simiam, qui ad hoc Sacrum Tribunal confugit postulans reintegrari, & Capitulares, qui, monitorio expedito, petebant exequutionem resolutionis, quam ipsi fecerant. Data fuit Amplissimis Patribus decreto R. P. D. Auditoris Sanctissimi controversiæ hujus cognitio, & nunc, audito jam Episcopo, tria, quæ sequuntur, capita definienda proponuntur.

I. *An locus participationis in Ecclesia Ruben. sit compatibilis, & retineri valeat cum Officio coadiutoris Archipresbyteri, sive alterius Dignitatis ejusdem Ecclesiæ.*

II. *An Jacobus Simia reintegrari debeat ad locum participationis ejusque bona?*

III. *An, & a quo tempore ei debeantur fructus, ac damna, seu potius ipse teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum post adeptum possessionem coadiutoriæ in casu &c.*

Dilata ad primam post Cineres.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

COMPOSTELLANA CAPPELLANIÆ: Ut, quod in animo dudum habebant, re ipsa tandem perficerent conjuges Julianus Dieste, & Josepha de Loxo, Cappellaniam constituta dote fundarunt mense Januarii 1741., reservato sibi ipsius Jure patronatus activo, eorumque filio masculo, ejusque filiis, & descedentibus primogenitis, istisque defectis, favore aliarum personarum, de quibus nunc nihil opus est inquirere. Quovero ad Jus patronatus passivum ita statuerunt: „ Et etiam in Jure nominandi Cappellanum, „ qui inserviat dictæ Cappellæ, qui esse debeat quicumque filius Patroni, & „ nullo existente filio Patroni, qui sit capax, nominetur consanguineus, seu „ sanguine conjunctus propinquior familiæ fundatorum, seu illorum, qui ipsis „ recta linea succedant, & inter eos succedat ille, qui sit magis idoneus, & „ benemeritus, & nullis existentibus consanguineis, aut sanguine conjunctis, „ possit, & debeat intere a Patronus præsentare quemcumque Sacerdotem Missam „ celebrantem incolam hujus loci, & Cappellania gaudeat, & Missam celebret per se ipsum.

Nominatus inde fuit in eodem instrumento primus Cappellanus Alexander Dieste Fundatorum filius, additumque speciale Jusjurandum ad majorem actus firmitatem. Hoc instrumentum editum fuit ab ipsis Fundatoribus coram Provisore Compostellano, servatisque omnibus de Jure servandis, lata fuit sententia definitiva erectionis Cappellaniæ in Beneficium Ecclesiasticum ad formam ejusdem fundationis: & post eam latam sententiam prævia editorum affixione, & actis, atque processu institutus fuit Alexander Dieste filius Fundatorum, qui possessionem Cappellaniæ nactus est, eamque retinuit ad obitum usque. Eo autem nuper defuncto, fixa iterum fuerunt edicta, venitque ad petendam institutionem Idelphonsus de Torres tamquam passive vocatus, utpote consanguineus Fundatorum; sed conjuges Fundatores preces ob-

ces obtulerunt Optimo, Sacratissimoque Principi nostri, quibus postulabant, ut ipsis mutare liceret Fundationis legem quoad Juspatronatus passivum consanguineis tributum, utque ad Cappellaniam præsentare possent, quem magis vellent, ea ratione, ut jurgiis, & dissidiis, quæ inter consanguineos passive vocatos oriri possent, occurreretur. Data fuit Amplissimis Patribus postulationis hujus cognitio, & post longas moras, audito Archiepiscopo, qui agnoscit quidem Cappellaniam erectam esse in collativam, & ideo non posse fundatores detrimentum inferre juri quæsito passive vocatis, at ex ratione vitandi lites, & jurgia, quæ plurima oriri possunt, gratiam censet concedendam. Causa proponitur, pugnatque Idelphonsus libello suo non posse Fundatores variare, & detrimentum inferre juri consanguineis, sibique, uti proximiori quæsito. A Conjugibus nondum libellum jurium habuimus: Dubium est.

An sit locus commutationi Juripatronatus passivi Cappellaniæ, de qua agitur, itaut liceat fundatoribus viventibus cæterisque futuris Patronis in præsentia, seu aliis futuris vacationibus nominare, & præsentare Cappellanum ad libitum in casu &c.

Reliquæ non propositæ.

ANCONITANA SPONSALIUM: Postquam duobus sese sponderat uxorem futuram viris Jo: Baptistæ Amatorio, & Gentili Peccio nobilis Puella Maria Laura Bonarellia, Monasterium ingressa publicam, & juratam tam coram Tabellione declarationem emisit, qua promissionem utrique factam revocavit, quod dolo malo, & sine consanguineorum consensu data fuisset. Peccius interea, & Amatorius de prælatione pugnarunt: Victor Amatorius evasit & in partes etiam traxit suas Comitem Bonarellium Mariæ Lauræ Fratrem. Puellæ preces obtulit Optimo, Sanctissimoque Pontifici, a quo data fuit sponsalium horum cognitio Amplissimis Patribus. Audito jam Episcopo, res nunc definienda proponitur. Urget Maria Laura justam habere causam resiliendi a sponsalibus cum Amatorio contractis, quia decepta fuerit ab eo, qui nobilem sese, ditemque jactabat, quorum neutrum verum sit: Addit odium adversus eum ex hac fraude, & deceptione: Addit cogi non posse ad matrimonium contrahendum, licet sponsalia fuerint jurejurando munita, quod diversa sit hac in re virorum, & fœminarum conditio: licere fœminis a sponsalibus resilire, non viris: Fœminas monendas tantum esse, non cogendas, monitionem supplere posse contendit explorationem factam ab Episcopo ex mandato Sacri hujus Tribunalis. Decernant itaque Amplissimi Patres. *Sess.24. c.1. de ref. Matr.*

An constet de sponsalibus, ita ut sit locus canonicæ coactioni in casu &c.

Die Sabb. 10. Februarii 1748.

PRima ex tribus casibus, quas hic subiicimus, in *ultima* Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 27. transacti *Mensis Januarii* Dilationem obtinuit *ad hanc Congregatione*: Duæ vero, quæ sequuntur, proponi *in eadem Congregationem* non potuerunt: Poterunt itaque Eminentissimi Patres ad earum species repetendas *folium ultimæ Congregationis* iterum consulere.

AVENIONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, in qua quæritur. *Sess.25. c.19. de Reg.*

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Sess 24.c.12. de Ref. COMPOSTELLANA CAPPELLANIÆ, cujus unum caput est.
An sit locus commutationi Juripatronatus passivi Cappellaniæ, de qua agitur, itaut liceat fundatoribus viventibus, cæterisque futuris Patronis in præsentia, seu aliis futuris vacationibus nominare, & præsentare Cappellanum ad libitum in casu &c.

Negative quoad commutationem, sed licere Fundatoribus eorum vita durante tantum præsentare Cappellanum ad libitum.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr. ANCONITANA SPONSALIUM, cujus dubium est.
An constet de sponsalibus, ita ut sit locus canonicæ coactioni in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 1: de ref. Matr. LISBONEN. MATRIMONIJ: Causa hæc, cujus propositio toties dilata fuit, nunc, ut credimus, proponetur, & Eminentissimi Patres, lecto iterum *Folio Congregationis* habitæ *die* 23. *mensis Septembris* elapsi *anni* 1747., in quo primum data fuit, definire potuerunt.
An constet de nullitate Matrimonij in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 25. c. 11. de Ref. BURGI SANCTI DONNINI EMPHYTHEUSIS. Repetenda est causæ hujus species *ex folio Congregationis* habitæ *die* 19. *mensis Novembris anni* 1746., in quo data fuit: Proposita quidem ea die causa non fuit, sed in *Congregatione* habita die 14. *Januarij superioris anni* 1747., propositis tribus dubiis, quibus complectitur, rescripserunt Eminentissimi Patres: *Ad mentem & mens est, quod eligantur Periti juxta institutionem*: omnibus itaque impletis, causa nunc proponitur, & Monasterium, ac Monachi S. Mariæ Castioni, a quibus tantum libellum habuimus, postulant secundum eos tria dubia, quæ subiicimus, definiri.

I. *An concessio de anno* 1731. *in Emphytheusim facta bonorum, de quibus agitur, subsistineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An sit locus sanationi ejusdem concessionis per Beneplacitum Apostolicum desuper implorandum, & cujus expensis sit illud impetrandum in casu &c.* & quatenus negative.

III. *An Monasterium S. Mariæ Castioni teneatur solvere R. D. Petro Parentio pretium melioramentorum in dictis bonis hucusque fact. ac respective reficere omnes expensas, damna, & interesse in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 21. c. 5. de Ref. TRICARICEN. BENEFICIJ: Simplex Beneficium sub titulo *S. Joannis a Galasso*, quod est in Oppido Armenti Tricaricensis Diœceseos Cardinalis Caraffa Episcopus Tricaricensis anno 1648. Archipresbytero, & Clero ejusdem Oppidi, qui redditus Ecclesiæ communiter possident, univit. Cum autam

autem hæc unio nullum habuerit effectum, Nicolaus Caraffa Tricaricensis Episcopus Prædecessoris sequutus exemplum anno 1732. illud ipsum Beneficium Archipresbytero, & Clero citra tamen Possessoris detrimentum, iterum univit. Beneficii hujus possessor erat ab anno 1717. Clericus Paschalis Zaini, qui anno 1734. renunciatus Episcopus Guardiensis obtinuit ab Optimo Pontifice Clemente XII., ut illud retinere posset, ea tamen adjecta conditione, dummodo non excederet annuum redditum 24. ducatorum auri *de Camera*. Beneficium itaque retinuit, & fructus exegit Guardiensis Episcopus ad annum 1745., quo anno ab Armenti Clero, & Archipresbytero de possessione sua dejectus est. Ad hoc Sacrum Tribunal confugit Episcopus quærens se Beneficio injuste spoliatum, & postulat reintegrationem, quod in ejus damnum, atque injuriam Tricaricensis Episcopus unionem facere neque voluerit, neque potuerit, cum cautum in Jure sit uniones Beneficiorum ante vacationem factas, nonnisi post obitum possidentis effectum habere posse, urgeat licet vehementer causa, quæ ad unionem movit Episcopum, qualis esset inopia Parochialis Ecclesiæ, sive Seminarij, sive Chori Ecclesiæque servitium, ut relata antiquiorum Canonum dispositione, tradunt ex litera expressa Tridentini, ibi: *sine tamen præjudicio obtinentium*: *Mandos. in Regul. Cancell. Reg.* 12. *qu.* 5. *n.* 2. *Corrad. in Prax. Benef. par.* 11. *cap.* 12. *num.* 3., *& seqq.*, & hæc Sacra Congregatio apud *Garz. de Benef. par.* 12. *cap.* 2. §. 1. *num.* 98., *& 99.*. Urget etiam idem Episcopus Guardiensis Beneficium non vacasse Episcopatu suo, cum a Pontifice gratiam, veniamque impetrasset illud retinendi; Conditionem adjectam non obesse, quia fructus annui summam non excedant, ut liquet ex locatione, conductione bonorum facta ad sexennium: Quapropter damnandum esse Archipresbyterum, & Clerum Armenti ad restituendos fructum perceptos a die spolii, et iamsi Beneficium vacasset, cum sine Judicis declaratione eum de possessione sua deicere non potuerint, ut post *Text. in cap. Licet de conces. Præbend.* docent *Lap. allegat.* 103. *num.* 3., *& Hoyela de Incompat. Benef. part.* 1. *cap* 4. *num.* 8., *& 9.*; Ab Archipresbytero, & Clero nondum libellum habuimus. Duo sunt, quæ audito jam Tricaricensi Episcopo, dubia proponuntus.

I. *An sit locus confirmationi Unionis, seu illius sanationi?*

II. *An Episcopus Guardiæ Alferiæ non obstante d. unione retinere valeat Beneficium S. Joannis a Galasso, eique restituendi sint fructus a Clero Armenti ex eodem Beneficio percepti in casu &c.*

Ad I. Dilata, & transportentur acta auditis Ministris. Ad II. Affirmative in omnibus, & quoad prætensas expensas utantur Jure suo.

CAMERINEN. ERECTIONIS FONTIS BAPTISMALIS, ET JURIS BAPTIZANDI: Ex tribus Ecclesiis Parochialibus, quæ Camerini sunt, una Cathedralis, cæterarum Mater Fontem Baptismalem a tempore, cujus nulla est hominum memoria, retinuit; & ad eum Fontem infantes omnes deferuntur, ut lustralibus aquis purgentur. Fontem in Parochiali Ecclesia Sancti Venantii erigere cupientes ejusdem Ecclesiæ Canonici Sacro huic Tribunali preces obtulerunt, iis propositis rationibus, quid Parochiali Ecclesiæ erectio Fontis conveniat, quod hyemali præsertim tempore plurimis incommodis infantes afficiantur, cum ad Cathedralis Ecclesiæ Fontem deferuntur. Episcopus auditus ab Eminentissimis Patribus censuit id *esse innegabile* Canonicis Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Venantij: Verum id iis omnino esse negandum contendunt Canonici Cathedralis Ecclesiæ, qui sibi asserunt *Jus privativum* retinendi Fontem, & infantes baptizandi: disputant incommoda nova non esse, & jus Baptizandi non esse necessario Parochiale. A Canonicis

Sess. 24. *de Ref. Matrim. cap.* 1.

nicis Parochialis Ecclesiæ nondum libellum jurium habuimus. Dubium unum est, quod expediri debet.

An sit locus erectioni Fontis Baptismalis, & juri Baptizandi respective in Ecclesia Collegiata, & Parochiali Sancti Venantii Camerini in casu &c.

Negativè, & amplius.

Sess. 25. c. 4. de Ref.

BURGI SANCTI SEPULCHRI REDUCTIONIS ONERIS MISSARUM: Cappellam in Ecclesia PP. Minorum Observantium Burgi Sancti Sepulchri anno 1601. Cosmus Rigius fundavit, dotavitque scut. 105., injunxitque hæredibus onus solvendi perpetuo singulis annis iisdem Patribus sc. 12.60., quibus plura agerent Sacra. Plurimum auctus fuit sacrorum numerus anno 1662., aucta etiam Dote ab hæredibus Cosmi Alexandro, & Antonio Rigiis, qui Patribus tradiderunt: *Un Orto*, verba sunt publici Instrumenti „ contiguo all' Orto di detti Padri, e tre Celle unite col medesimo Orto per „ prezzo in in tutto di Piastre 300. così d'accordo convenuto, e Piastre 200. d. „ Signor Rigi pagarono a detti Padri, e per detti al Signor Giuseppe Pichi, che „ con li cento scudi dati dal detto già Signor Cosmo Rigi fanno la somma di „ Piastre 600., le quali detto Signor Proposto, e Signor Capitano Rigi intendano siano per la dote di detta Cappella, e convennero le suddette Parti, che „ le dette Piastre 200. si devino mettere a Censo con il consenso di detti Signori Rigi.

Hæc fuit Dos partim initio constituta, partim inde aucta: Onera vero quæ, Patres susceperunt, hæc sunt, ut ex ipso publico Instrumento „ E li sudetti Padri chiamandosi contenti, e sodisfatti &c. s' obbligarono celebrare a „ detta Cappella ogni mattina una Messa, eccetto, che il Martedì, che in tal „ giorno celebreranno una Messa di Requie all' Altare &c. con applicare il Sagrificio in tutte le sudette Messe secondo la mente di detti Signori Rigi &c. „ & in oltre convennero &c Siccome li detti Padri si obligorno a solennizzare „ le Feste della Santissima Vergine con cantare la Messa, e Vesperi a d. Cappella nel giorno della Nativita, Annunciatione, ed Assunzione, nelli quali „ giorni detti Signori Rigi s'obligorno darli una libra di Cera per Festa, e perche detti Padri non possono fare la Festa a detta Cappella nel giorno della „ Concezzione, e Purificazione s' obligorno farla nel primo giorno non impedito con la medesima Solennità, e Messe ed applicazione del sagrificio.

Non omnia hæc fuerunt onera, quæ Patres susceperunt; Pergit enim Instrumentum „ Ed in oltre s'obligorno celebrare tutte le Messe a d. Cappella „ con la Messa Cantata, e Lazzarone nel di 22. Settembre per l' Anniversario „ di d. Signor Cosmo, e nel di 13. Ottobre un Anniversario simile per l' Anima „ della Sig. Faustina Madre di detti Signori Rigi, e dentro all' Ottava di tutti „ li Santi un altro Anniversario per li Defonti di Casa Rigi, e tutte le sudette „ Feste ed Anniversarii si debbano celebrare alla d. Cappella, e mentre s'ufficia mantenere la Lampade accesa: *Tandem iidem Patres*: promisero di „ non mai domandare la reduzzione di dette Messe obligando &c.: Impletæ fuerunt hæc onera a Patribus ad annum usque 1724., quo anno P. Minister Generalis totius Ordinis postulavit, & obtinuit ab Optimo Pontifice Benedicto XIII., audito hoc Sacro Tribunali, ut in omnibus sui Ordinis Monasteriis cum consilio Definitorii, & prævia electione duorum Patrum, qui in singulis Provinciis res dili genter cognoscerent, Sacrorum onera ad rationem eleemosynæ manualis reduc cere posset „ eaque onera perpetua quarumcumque „ Missarum quomodocumqu e contracta, pro quibus nulla recipiebatur eleemosyna, delere posset.

Cum igitur P. Minister Generali s agnovisset Monasterium hoc Burgi Sancti Sepulchri his perpetuis oneribus pressum esse, superstite tantum annuo reddito sc. 12. 60.

sc. 12. 60. nam Dos Cappellæ, ut supra publico Instrumento constituta amplius non extabat, nullosque redditus sufficiebat, cum Hortus, Cellæque, quæ summam *di Piastre* 300. constituebant, in Sacrarii Fabricam conversæ fuerant; alia sc. 100. erogata fuerant in Organum: De aliis vero sc. 200 nulla habebatur scientia; ideo facultate utens a Summo Pontifice data delevit onera data a Rigijs, & reduxit annua sacra ad rationem manualis obulorum nempe novem cum dimidio pro quolibet Sacro. Sive hanc reductionem ignoraverit, sive eam sciverit Dominicus Rigius hæres Cosmi, Alexandri, & Antonij, nihil adversus eam egit, tandem in Jus vocavit Patres contendens servandam esse Majorum suorum voluntatem, & pacta conventa publico, solemnique Instrumento, quibus Patres pecuniam acceperunt; Reductionem nullam esse in conspectu fidei contractus. Auditus fuit Episcopus, qui secundum Patres respondit; a Dominico nondum libellum Jurium habuimus. Pertinet ad Jurisprudentiam Eminentissimorum Patrum definire.

An Reductio, de qua agitur, subsistineatur in casu &c.

Dilata ad sequentem.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM: Liberalitate Pauli Paganini collata fuerunt in Archiconfraternitatem Sanctissimæ Annunciationis Urbis anno 1620. scuta triginta millia in Locis Montium, ea lege adjecta, ut ex fructibus distribuerentur quotannis subsidia Dotalia sc. 100. pro quolibet pauperibus Virginibus, quæ Monasteriis nomen dare vellent, & si hæ deficerent, ijs præstari subsidia deberent, quæ nubere vellent. Declaravit inde idem Paulus Paganini voluntatem suam melius alio Instrumento acto anno 1623., voluitque, ut jus nominandi Puellas spectaret pro parte dimidia ad Sodales Archiconfraternitatis, pro alia dimidia parte ad Magdalenam Proneptem suam nuptam Theodosio Rubeo, eorumque filios, hæredes, & successores in infinitum: *Item, che la Signora Madalena*, verba sunt Instrumentam „ sua „ Pronipote, Molie del Signor Theodosio de Rossi, ed il d. Signor Teodosio, „ mentre viverà, e dopo la morte di essi li loro Figlivoli, Eredi e Successori „ tanto maschi, come femine in infinito possino nominare ogn'anno la metà „ delle Zitelle per monacarsi, o maritarsi con dote di cento scudi per „ ciascheduna. *Sess. 23. c. 6. de Ref.*

Paulus Rubeus Magdalenæ, & Theodosii Filius Advocatus non ignobilis, & editis agregiis ingenii facinoribus, quibus *Recentiorum Decisionum* Spartam ornavit, illustris, cum plures liberos sustulisset, nec satis haberet pecuniarum ad dotem filiabus præstandam, postulavit, & obtinuit a Summo Pontifice Clemente IX. anno 1669., ut ex dimidia parte fructuum Locorum Montium, qui destinati fuerant a Paulo Paganini in subsidia dotalia pauperum, Puellarum, constitueretur singulis Filiabus Advocati Dos scutorum bis mille, quæ inde a Clemente X. Pontifice Maximo aucta fuit ad scut. 4000. in singulas ejusdem Pauli filias. Patris autem exemplum sequutus Petrus Rubeus Pauli filius obtinuit ab Alexandro VIII. Pont. Max. anno 1691. parem assignationem sc. 2. mil. ex fructibus eorumdem Locorum Montium pro dote cujuslibet ex suis filiabus, quarum tres, cum nec in Domino, nec in sæculo nuberent, obtinuerunt a Summo Pontifice Clemente XI. anno 1708. ut alimentorum titulo eosdem fructus Locorum Montium percipere possent. Parem quoque gratiam obtinuerunt anno 1713. ab eodem Summo Pontifice Clemente XI Joseph, & Philippus filii pariter Pauli Rubei, Joseph pro tribus, Philippus pro quieque filiabus, quarum singulis constituta fuit dos sc. 1000. quæ cum satis esse posset iis, quæ Monasterio nomen dare volebant, tenuis vero esset pro nuptiis, ideo Cecilia una ex Filiabus Philippi; quæ nuptias contrahere voluit, impetravit anno 1722. ab Optimo Principe Innocentio XIII. ut dos augeretur.

Hoc

Hoc eodem Jure utens Felix Trulli filius Margharitæ filiæ Advocati Pauli Rubei obtinuit anno 1728. cum consensu Philippi Rubei gratiam assignationis Dotis sc. 2500. pro qualibet ex duabus, quas habebat, filiabus a Summo Pontifice Benedicto XIII. cum conditionibus tamen adjectis ab Eminentissimo tunc temporis Protectore Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciationis. Post hæc idem Philippus Rubeus extrema rerum omnium pressus inopia supplicavit Optimo Principi Clementi XII., qui anno 1731. *prævio Voto* hujus Sacri Tribunalis, jussit, ut ex iisdem redditibus Locorum Montium menstrua ei, donec viveret, scuta quinque solverentur. Hoc vitæ subsidio usus ad annum 1742. obiit misere in Nosocomio celeberrimi Jurisconsulti filius, quatuor superstitibus filiabus, quas ex secundis nuptiis contraxerat Hortensia, Leonilda, Dominica, & Constantia: Has omni ope destitutas Regio, quo præditus est, animo ali jussit Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV. assignatis sc. 2. menstruis in singulas earum.

At hæ Virgines tam Filiæ *Philippi*, quam Filiæ *Vicentii* Filii Philippi Rubei cum summis premerentur angustiis, preces novas obtulerunt eidem Sacratissimo Principi tum pro alimentis congruis, tum pro dote ex Pia largitione Pauli Paganini constituendis. Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, a quibus rogatus fuit Eminentissimus Protector Archiconfraternitatis, ut sententiam animi sui aperiret, *auditis Deputatis Archiconfraternitatis*. Edito, ostensoque *Voto*, eædem Virgines á Pia Congregatione S. Juonis Patrocinium obtinuerunt; & quia earumdem Postulationi obstare poterat Breve Summi Pontificis Benedicti XIII., quod obtinuerant Sorores Trullæ, Preces oblatæ fuerunt Sacratissimo Principi pro aperitione Oris, qui rescripsit: *Arbitrio Sac. Congregationis Concilij cum facultatibus necessariis, & opportunis etiam quoad aperitionem Oris*: Munc itaque vocatis in Jus tum hæredibus Felicis Trulli, tum Monasterio S. Mariæ Humilitatis Urbis ex persona Monialis Trullæ, tum Theresia Trulli, & Julio Cæsare Vita Antonellio ejus Viro, tum ipsa Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciationis Urbis, IV., quæ sequuntur, Dubia ab Eminentissimis Patribus sunt definienda.

I. *An sit locus Aperitioni Oris adversus Berve sanctæ memor. Benedicti XIII. in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An subsidia dotalia, quæ pro medietate distribuuntur hæredibus, quondam Magdalenæ Paganini, & vigore dicti Brevis san. mem. Benedicti XIII. apparent assignata filiabus bon. me. Felicis Trulli debeantur Virginibus de Rubeis?* & quatenus affirmative.

III. *An in casu, quo d. subsidia non sufficiant pro alimentis, & dotibus dictarum Virginum de Rubeis, quæ sunt numero sex, eisdem providendum sit pro supplemento ex altera medietate eorumdem subsidiorum, quæ distribuuntur a Ven. Archiconfraternitate SS. Annunciatæ Urbis*, & quatenus negative ad d. II. dubium.

IV. *An d. Virginibus assignanda sint d. subsidia, quæ ut supra distribuuntur ab eadem Archiconfraternitate, & in qua summa pro earum qualibet in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Die

Die Sabbathi 16. Martii 1748.

SEx priores, quas ordine suo subiicimus, Causæ Jussu Eminentissimorum Patrum *in hac Congregatione* proponuntur: Primæ duæ datæ fuerunt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 27. *Januarii*; quatuor reliquæ in *Folio Congregationis* habitæ *die* 10. *Februarii*: Ex his *Foliis* earum species repeti poterit.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS SUPER ADJUNCTIS ET VISITATIONE CATHEDRALIS, cujus unum Caput est. *Sess. 6. c. 4. & sess. 23. c. 6. de Ref.*

An quoad primum Dubium sit standum, vel recedendum a decisis sub die 19. *Decembris* 1739. *in casu &c.*

Prævio recessu a Decisis Affirmative.

RUBEN., in qua tria Dubia disputantur. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

I. *An locus participationis in Ecclesia Ruben. sit compatibilis, & retineri valeat cum Officio Coadjutoris Archipresbyteri, sive alterius Dignitatis ejusdem Ecclesiæ.*

II. *An Jacobus Simia reintegrari debeat ad locum participationis ejusque bona?*

III. *An, & a quo tempore ei debeantur fructus, ac damna, seu potius ipse teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum post adeptam possessionem Coadjutoriæ in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

ANCONITANA SPONSALIUM, in qua quæritur. *Sess. 24. c. 1 de Ref. Mat.*

An constet de sponsalibus, ita ut sit locus canonicæ coactioni in casu &c.

BURGI S. DONNINI EMPHYTHEUSIS, cujus tria sun Dubia. *Sess. 25. c. 11. de Ref.*

I. *An concessio de anno* 1731. *in Emphytheusim facta bonorum; det quibus agitur, subsistineatur in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit locus sanationi ejusdem concessionis per Beneplacitum Apostolicum desuper implorandum, & cujus expensis sit illud impetrandum in casu &c.* & quatenus negative.

III. *An Monasterium S. Mariæ Castioni teneatur solvere R. D. Petro Parentio pretium melioramentorum in d. bonis hucusque fact. ac respective reficere omnes expensas, damna, & interesse in casu &c.*

BURGI SANCTI SEPULCHRI REDUCTIONIS ONERIS MISSARUM, in qua definiendum est. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*

An Reductio, de qua agitur, subsistineatur in casu &c.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, cujus quatuor sunt Capita. *Sess. 25. c. 6. de Ref.*

I. *An sit locus Aperitioni Oris adversus Breve sanctæ mem. Benedicti XIII. in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An subsidia dotalia, quæ pro medietate distribuuntur hæredibus quondam*

Magdalenæ Paganini, & vigore d. Brevis san. mem. Benedicti XIII. apparent assignata filiabus bon. mem. Felicis Trulli, debeantur Virginibus de Rubeis? & quatenus affirmative.

III. An *in casu, quo d. subsidia non sufficiant pro alimentis, & dotibus dictarum Virginum de Rubeis, quæ sunt numero sex, eisdem providendum sit pro supplemento ex altera medietate eorumdem subsidiorum, quæ distribuuntur a Ven. Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ Vrbis*, & quatenus negative ad dictum II. dubium.

IV. An *d. Virginibus assignanda sint dicta subsidia, quæ ut supra distribuuntur ab eadem Archiconfraternitate, & in qua summa pro earum qualibet in casu &c.*

Sess. 25. c. 15. de Ref.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Data fuit hæc Causa *in Folio Congregationis* habitæ *die* 27. transfacti mensis *Januarii*, sed placuit Eminentissimis Patribus respondere -- *Dilata, & scribat Defensor Professionis* -- hoc igitur audito, expediendum erit:

An sit locus restitutioni in Integrum in Casu &c.

Sess. 25. c. 6. de Ref.

CASTELLANETEN. SUBSIDIORUM: Hujus, atque alterius, quæ sequitur, Causæ una atque eadem origo est, unum factum, ut disiungi non debeant. Pium Montem dotalem fundavit anno 1643. Sacerdos Joannes Giovinazzi, cujus curam, & administrationem Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Castellanetæ commisit; At quoniam ejus Montis redditus eam pecuniæ summam non constituebant, quæ satis esset ad mentis suæ propositum exequendum, voluit, ut multiplicarentur, donec singulis annis redditum Ducatorum 120. complerent: Impleto demum multiplico, jussit, ut portio Ducat. 20. quolibet anno Capitularibus distribueretur, & Ducat. 300. tertio quoquo anno in dotem unius Puellæ erogarentur, Puellas, quibus dotale subsidium præstandum esset, his verbis designavit „ Item vuole esso Sig. D. Giovanni, che alle figliuole femine presenti, e che in futuro nasceranno dal „ Dottor Fisico Gio: Antonio, e Livia Frosoloni, Fratello, e Sorella, e da „ Leonardo, e Leone della Fratta Fratelli nativi della Terra di Palaggiano, e „ Nipoti d' esso Pio disponente a ciascheduna femina si debba dare per dote Du„ cati 300. del modo sudetto per una volta tantum, si a quelle si vorranno „ maritare, come a quelle si vorranno monacare: Item la stessa dote di Du„ cati 300. nel modo, come di sopra, vuole esso Pio disponente si dia alle fi„ glie femine che discenderanno dalli Figli maschi presenti, e che potranno na„ scere dalli detti quattro supradetti nominati fuoi Nipoti, cioè Gio: Antonio, „ Livia, Leonardo, e Leone, che vada da eredi in eredi in infinito di detti „ figli maschi, e descendenti per linea diretta „ quibus omnibus onus adjecit ferendi nomen *di Giovinazzo*.

Neque iis tantum Puellis, quæ vel nubere, vel Monasterium ingredi vellent, prospexit, sed aliis etiam sive masculis, sive fœminis, qui, quæve ad quascumque nuptias contrahendas impotes essent; ait enim „ Item vuole, che „ essendoci qualche figliuola, che non sia abile maritarsi, o monacarsi, ov„ vero per altre cause, ed essendovi qualche figliuolo, che non sia abile ad „ accasarsi, o per altro rispetto legitimo e giusta causa, la quale si abbia da „ giudicare oretenus da detti Esecutori, rimettendo alla loro prudenza il tutto, „ si debba assegnare per loro dote Ducati 300., come a quelli di sopra, quali „ Ducati 300. si douranno mettere dal d. R. Capitolo ad annuo Censo, e li „ frutti di quelli assegnarli per vitto, e vestito, & altrettanto per servizio di „ d. femine, quanto delli mascoli, e che si debbano quelli godere durante la „ loro vita &c., e seguita la loro morte, la proprietà, cioè d. Ducati 300. „ restino a beneficio di esso R. Capitolo in perpetuum „ cui propterea onus adjecit agendi Sacrum Anniversarium; Porrexitque hanc dispositionem ad eos etiam, qui Sacris Ordinibus initiari vellent „ Item l'istesso s'intenda per li

figliuoli

„ figliuoli maſcoli, quali vorranno eſſer Preti, e che non ſe li diano d. Du-
„ cati 300., ſeu frutti di quelli come ſopra, ſe non ſaranno ordinati al Sud-
„ diaconato, e poſt mortem reſtino a beneficio del R. Capitolo tol peſo, e mo-
„ do ut ſupra.

Cum itaque tot eſſent Puellæ ad hoc dotale ſubſidium vocatæ, facile fuit pio diſponenti cognoſcere plures ex illis una eodemquem tempore illud petere poſſe, & hoc caſu ita cavit „ Che eſſendovi più figliuole deſcendenti dalli
„ predetti quattro nominati eredi per linea diretta come di ſopra atte di poter
„ ricever le doti in un iſteſſo tempo, vuole eſſo d. Gio: & eſpreſſamente com-
„ manda, che ſia preferita, e ſi conſegni la Dote alla maggiore di età „ *De-*
„ *mumque eos nominavit, qui hanc ſuam voluntatem exequerentur* „ Eper Eſe-
„ cutori di d. Pio Legato, e diſpoſizione eſſo Sig. D. Gio: elegge, e nomina
„ Monſig. Illuſtriſſimo Veſcovo di Caſtellaneta, il Rev. Archidiacono, lo R.
„ Cantore, e lo R. Teſoriere di Caſtellaneta tanto li preſenti viventi, quanto
„ quelli, che pro tempore ſaranno conſtituiti &c. „ quorum integritati, & arbitrio controverſias omnes, quæ de hac diſpoſitione oriri poſſent, definiendas commiſit.

Impleta fuit pii Diſponentis voluntas ad annum uſque 1745., quo anno cum quatuor eſſent, qui ſubſidium Dotale petebant, Catharina la Fratta, Catharina Pizziferro, Franciſcus Chieſi, & Sacerdos Joſeph Pizziferro, ad Executores itum eſt, qui convenire non potuerunt. Spreto tandem Epiſcopi primi executoris interventu & conſenſu, ſententiam tulerunt tres reliqui, Archidiaconus nempe, Theſaurarius, & Cantor: Duo Primi ſecundum Franciſcum Chieſi, Tertius ſecundum Catharinam Pizziferro. Ab hac ſententia confugit ad hoc Sacrum Tribunal Catharina la Fratta, & diſputat contra Catharinam Pizziferro, & Capitulum Caſtellanetæ vocatum ad ſubſidium Ducatorum 300. poſt obitum Franciſci, Chieſi, qui contigit menſe Novembris 1746., non habere eos qualitates a fundatore præfinitas, ſibique tantum dotale ſubſidium debitum fuiſſe, & deberi: nunc igitur, audito jam Epiſcopo, definiendum erit.

An, & cui debeatur ſubſidium, ſive pium legatum Montis Juvenazzi, de quo agitur, in caſu &c.

CASTELLANETEN: Ut diximus in Cauſa antecedenti, quatuor Exequutores in nominatione perſonæ, quæ dotale ſubſidium ferre deberet, convenire non potuerunt. Dum eos in ſuam ſententiam ſecundum Catharinam la Fratta trahere nititur Epiſcopus primus Exequutor, tres reliqui ejus ſuffragium, conſilia, & præſentiam contemnentes ſententiam tulerunt, eamque opera Regii Tabellionis Epiſcopo nunciarunt. Tulit ægre hanc methodum Epiſcopus, & querelas propoſuit Sacro huic Tribunali, ideoque ad omnes præcidendas controverſias octo, quæ ſequuntur, Capita definiri debent. *Seſs. 25. c. 6. de Ref.*

I. An Epiſcopus Caſtellanetæ valeat eligere, ſive deputare Defenſorem ad tuenda Jura Pii Montis Juvenazzi, de quo agitur, & quatenus affirmative.

II. An idem Defenſori aliquod debeatur ſalarium?

III. An aliquo occurrente diſſidio ſuper admittendorum qualitate, illud extrajudicialiter, ſive potius judicialiter dirimi debeat? Et quatenus affirmative quoad primam partem.

IV. An attendenda ſit reſolutio majoris partis Exequutorum, & quid in paritate ſuffragiorum?

V. An Epiſcopo in diſtributione, ſeu adjudicatione ſubſidiorum extrajudicialiter, vel judicialiter procedente, aliqua ipſi, ſive ejus Miniſtris debeantur emolumenta, & quæ in caſu &c.

VI. An ſchedula diſtributionis ſubſidiorum ſubſcribenda ſit a ſolo Epiſcopo, vel ab aliis Exequutoribus?

VII. An gesta per Archidiaconum Sebastianum Patrone, Thesaurarium Hieronymum Plagese, & Contorem Nicolaum Tria aff: Exe, quatores Pii Montis sint nulla in casu &c. & quatenus affirmative.

VIII. An iidem inciderint in Censuras, vel in alias pœnas in casu &c.

Die Sabbathi 30. Martij 1748.

CUM in ultima *Congregatione* habita *die* 16. hujus mensis ob negociorum gravitatem, quæ tempus absumpserunt, una tantum Causa ex iis, quæ in *folio* datæ fuerunt, proponi, & definiri potuerit, reliquas nunc octo, quæ superfuerunt, subjicimus, ut ab Eminentissimis Patribus definiantur.

Sess.24.c.12. de Ref. RUBEN., cujus tria sunt Capita.

I. *An locus participationis in Ecclesia Rubeu. sit compatibilis, & retineri valeat cum Officio Coadjutoris Archipresbyteri, sive alterius Dignitatis ejusdem Ecclesiæ.*

II. *An Jacobus Simia reintegrari debeat ad locum participationis ejusque bona?*

III. *An, & a quo tempore ei debeantur fructus, ac damna, seu potius ipse teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum post adeptam possessionem Coadjutoriæ in casu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Provisum in Primo. Ad III. quoad primam partem provisum in Primo, quoad secundam partem Negative.

Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr. ANCONITANA SPONSALIUM, cujus unum Dubium est.

An constet de sponsalibus, ita ut sit locus canonicæ coactioni in casu &c.

Constare de Sponsalibus cum Amatorio, & esse monendum, sed in casu, de quo agitur non esse locum coactioni, & ad mentem, & mens est, quod monitio fiat per Episcopummet, & amplius.

Sess.25.c.11. de Ref. BURGI S. DONNINI EMPHYTHEUSIS, in quia tria Capita sunt definienda.

I. *An confessio de anno 1742. in Emphytheusim facta bonorum, de quibus agitur, substineatur in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit locus sanationi ejusdem concessionis per Beneplacitum Apostolicum desuper implorandum, & cujus expensis sit illud impetrandum in casu &c.* & quatenus negative.

III. *An Monasterium S. Muriæ Castioni teneatur solvere R. D. Petro Paren-*

rentio pretium meliorameńtorum in dictis bonis hucusque fact. ac respective reficere omnes expensas, damna, & interesse in casu &c.

Dilata, & eligatur novus Peritus, coadjuvatis probationibus super valore Prædij, de tempore contractus.

BURGI S. SEPULCHRI REDUCTIONIS ONERIS MISSARUM, in qua quæritur. *Sess. 25. c. 4. de Ref.*
An Reductio, de qua agitur, subsistineatur in casu &c.

Affirmative.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM, cujus IV. sunt Capita.
I. *An sit locus Aperitioni Oris adversus Breve sanctæ me. Benedicti XIII. in casu &c.* Et quatenus affirmativè. *Sess. 25. c. 6. de Ref.*
II. *An subsidia dotalia, quæ pro medietate distribuuntur hæredibus quondam Magdalenæ Paganini, & vigore dicti Brevis san. mem. Benedicti XIII. apparent assignata filiabus bon. mem. Felicis Trulli, debeantur Virginibus de Rubeis?* & quatenus affirmativè.
III. *An in casu, quo d. subsidia non sufficiant pro alimentis, & dotibus dictarum Virginum de Rubeis, quæ sunt numero sex, eisdem providendum sit pro supplemento ex altera medietate eorumdem subsidiorum, quæ distribuuntur a Ven. Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ Urbis*, & quatenus negativæ ad dictum II. Dubium.
IV. *An d. Virginibus assignanda sint d. subsidia, quæ ut supra distribuuntur ab eadem Archiconfraternitate, & in qua summa pro earum qualibet in casu &c.*

Ad I., & II. Negative, & amplius. Ad III., & IV. Affirmative juxta mentem.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, in qua quæritur. *Sess. 25. c. 15. de Ref.*
An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Non proposita.

CASTELLANETEN. SUBSIDIORUM, in qua respondendum est. *Sess. 25. c. 6. de Ref.*
An, & cui debeatur subsidium, sive pium legatum Montis Juvanazzi, de quo agitur in casu &c.

Dilata ad sequentem.

CASTEL-

Sess. 22. c. 9. de Ref.

CASTELLANETEN, cujus VIII. sunt Capita.

I. *An Episcopus Castellanetæ valeat eligere, sive deputare Defensorem ad tenda Jura Pii Montis Juvenazzi, de quo agitur*, & quatenus affirmative.

II. *An eidem Defensori aliquod debeatur salarium?*

III. *An aliquo occurrente dissidio super admittendorum qualitate, illud extrajudicialiter, sive potius judicialitate dirimi debeat?* Et quatenus affirmative quoad primam partem,

IV. *An attendenda sit resolutio maioris partis Exequutorum, & quid in paritate suffragiorum?*

V. *An Episcopo in distributione, seu adiudicatione subsidiorum extraiudicialiter, vel judicialiter procedente, aliqua ipsi, sive eius Ministris debeantur emolumenta, & quæ in casu &c.*

VI. *An schedula distributionis subsidiorum subscribenda sit a solo Episcopo, vel ab aliis Exequutoribus?*

VII. *An gesta per Archidiaconum Sebastianum Patrone, Thesaurarium Hieronymum Plagese, & Cantorem Nicolaum Tria ass. Exequutores Pii Montis sint nulla in casu &c.* & quatenus affirmative,

VIII. *An iidem inciderint in Censuras, vel in alias pœnas in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 6. de Ref.

LUCANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS: Censum, ejusque annuos redditus, quos ab Ecclesia S. Michaelis debitrice quotannis percipiebat Sacerdos Aloysius Balbani legavit Sodalitio, quod Lucæ est titulo SS. Angelorum Custodum, cujus ipse fuerat *Director spiritualis* hoc onere adjecto huic legato, atque hac data substitutione „ con obligo alla medesima „ ed agl' Aggregati, e Deputati di essa d' impiegare i frutti annui del medesimo Censo nella Musica, che da essa suol farsi fare l' estate nelle sue radunanze dell' Orto „ Conveniunt enim Sodales in Viridarium quoddam æstivo tempore piis agendis operibus „ E se la d. Congregazione non volesse accettare „ il predetto Megato, e accettatolo poi, non impiegasse il frutto di d. Censo „ nella Lusica suddetta &c. in tal caso il medesimo Censo lasciò, e lascia, e in „ quello ordina, e vuole, che succeda la Ven. Compagnia de RR. Preti di „ Luca coll' obligo di dover fare annualmente un Anniversario in die depositionis, o altro giorno a quello prossimo non impedito per suffragio dell' anima di esso Sig. Testatore &c.

Agnovit Legatum hoc, & redditus annuos in Musicam convertit Sodalitium; At nunc Viridarij Dominus recusavit usum illius Sodalibus permittere; Cum vero aliud non habeant Sodales aptum his operibus piis, Preces Sacratissimo Principi nostro obtulerunt, quibus postulabant commutationem voluntatis Defuncti, & facultatem subrogandi redditus Census legati, qui in musicam erogantur, in impensas exercitationum, quas hyberno tempore, festis diebus, prima, secundaque noctis hora facere solent, & ad implendam Testantis voluntatem, qui in substitutione data in casu, quo redditus Census in musicam non converterentur, Anniversarium agi jussit, obtulerunt bina quotannis Sacra agere pro expiatione Animæ Testatoris. Data hujus postulationis cognitione Sacro huic Tribunali, auditus fuit Archiepiscopus, & nunc Causa proponitur, dato tantum libello Jurium a Sodalibus SS. Angelorum Custodum quo disputant commutationi locum esse, non substitutioni, cum non propria culpa, sed alterius facto intercepta sit erogatio redditum Census in musicam; Præsertim, quod hæc non commutatio sit voluntatis, sed modus aptior, quo

exe-

exequi possit voluntas, quæ impleri non potest eo modo, quo jussit Testator: Unum Causæ caput est.

An, & quomodo sit locus Commutationi voluntatis in casu &c.

Scribatur Archiepiscopo juxta instructionem.

Die Sabbathi 27. Aprilis 1748.

PRiores duæ, quas hic subiicimus, causæ in ultima Amplissimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 30. transacti *Mensis Martij* dilationem habuerunt *ad hanc Congregationem*, & ideo potuerunt Eminentissimi Patres, ut eas definiant, speciem earum repetere ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 16. *ejusdem Mensis*, in quo primum datæ fuerunt.

CASTELLANETEN. SUBSIDIORUM, cujus unum dubium est. *Sess. 25. c. 6. de Ref.*

An, & cui debeatur subsidium, sive pium legatum Montis Juvanazzi, de quo agitur in casu &c.

Deberi Catharinæ la Fratta.

CASTELLANETEN, cujus VIII. sunt Capita.

I. *An Episcopus Castellanetæ valeat eligere, sive deputare Defensorem ad tenda Jura Pii Montis Juvenazzi, de quo agitur*, & quatenus affirmative. *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

II. *An eidem Defensori aliquod debeatur salarium?*

III. *An aliquo occurrente dissidio super admittendorum qualitate, illud extrajudicialiter, sive potius iudicialitate dirimi debeat?* Et quatenus affirmative quoad primam partem.

IV. *An attendenda sit resolutio maioris partis Exequutorum, & quid in paritate suffragiorum?*

V. *An Episcopo in distributione, seu adiudicatione subsidiorum extraiudicialiter, vel iudicialiter procedente, aliqua ipsi, sive eius Ministris debeantur emolumenta, & quæ in casu &c.*

VI. *An schedula distributionis subsidiorum subscribenda sit a solo Episcopo, vel ab aliis Exequutoribus?*

VII. *An gesta per Archidiaconum Sebastianum Patrone, Thesaurarium Hieronymum Plagese, & Cantorem Nicolaum Tria aff. Exequutores Pii Montis sint nulla in casu &c.* & quatenus affirmative.

VIII. *An iidem inciderint in Censuras, vel in alias pœnas in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. provisum in Primo. Ad III. Affirmativè ad primam partem Negative ad secundam. Ad IV. Affirmative ad primam partem, & quoad secundam procedendum esse per sortes. Ad V. Negativè ad primam partem. Affirmative ad secundam juxta Taxam Innocentianam. Ad VI. subscribendam esse ab omnibus. Ad VII. Affirma-

fimative, & impoſterum nominationem faciendam eſſe Collegialiter. Ad VIII. Negative, & ad mentem.

Seſſ 25. c. 3. de Regular. UXENTINA CELEBRATIONIS MISSARUM: ſpecies hujus atque alterius, quæ ſequitur, cauſæ repetenda eſt ex *Folio Congregationis diei 16. Decembris* ſuperioris *anni* 1747. ea quidem die duæ hæ cauſæ proponi non potuerunt, propoſitæ vero ſunt in *Congregatione* habita *die* 13. *Januarii hujus anni*. Tria dubia in hac prima cauſa diſputabantur. „ I. An celebratio Miſ„ ſarum relictarum a Joſepho Ruſſo, Archidiacono Gaballo, & Joanne Dat„ tilo in Altari Sanctiſſimæ Trinitatis, & Beatiſſimæ Virginis erecto in Eccle„ ſia PP. de Obſervantia Sancti Franciſci Civitatis Uxenti privative ſpectet ad „ dictos Patres, vel potius ſit in arbitrio Annæ Mariæ Gaballo alios deputare „ Sacerdote? & quatenus negative quoad primam partem, & affirmative quoad „ ſecundam. II. An d. Regulares teneantur patientiam præſtare, ut in eorum „ Eccleſia Sacerdotes ſæculares Miſſas relictas celebrent? & quatenus negative. „ III. An onera earumdem Miſſarum ſint transferenda ad aliam Eccleſiam? „ Reſponditque Sacrum Tribunal. Ad I. Affirmative ad primam partem, ne„ gative od ſecundam in caſu, de quo agitur, excepto Legato Archidiaconi „ Gaballo. Ad II. teneri quoad Legatum Archidiaconi Gaballo ſolutis utenſili„ bus, & non attenta reductione, in reliquis proviſum in primo. Ad III. nega„ tive „. Ad novum nunc Judicium venit hæc definitio, & Eminentiſſimi Patres expenſis juribus, quæ proponentur, reſpondere poterunt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius.

Seſſ. 25. c. 4. de Ref. UXENTINA LEGATI: Duo in hac ſecunda Cauſa dubia propoſita fuerunt „. I. An Maria Gaballo teneatur celebrare facere Miſſas, de quibus „ agitur, pro anima Victoriæ de Montibus? & quatenus affirmative. II. An ſit „ in arbitrio d. Annæ Mariæ committere illarum celebrationem Sacerdoti ſæ„ culari ſibi beneviſo in caſu &c., & reſpondit Sacrum Tribunal. Ad I. affir„ mative. Ad II. negative. „ Hæc quoque definitio ad novum revocatur examen & reſpondendum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius.

Seſſ. 22. c. 6. de Ref. LUCANA EXECUTIONIS BREVIS: Propoſitum fuit in *Congregatione* habita *die* 16. *Decembris anni* 1747. Dubium hujus cauſæ. An, & ad cu„ jus favorem ſit ſervandum, & reſpective relaxandum Breve in caſu &c. ſed dilata fuit ea die definitio. Repropoſito itaque eodem Dubio in *Congregatione* habita *die* 13. *Januarii hujus Anni*, reſponderunt Eminentiſſimi Patres, *ſervandum eſſe Breve favore Catharinæ Felicis Frediane*. Retractari poſtulant hoc judicium Gubernatores Loci Pii Azzurrinorum, & ideo nunc deliberandum eſt.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

Dilata ad primam poſt proximam.

TA-

TARENTINA CONTRIBVTIONIS: Propoſita fuit hæc Cauſa in *Congregatione* habita *die* 27. tranſacti Menſis *Januarij*, & reſcripſerunt Eminentiſſimi Patres: *dilata, & exhibeantur litteræ Apoſtolicæ proviſionum utriuſque Partis*. Cauſa nunc iterum proponitur impleta, ut credimus, ab utraque Parte editione Proviſionum; His itaque inſpectis, duo cauſæ hujus dubia poterunt definiri. *Seſſ. 22. c. 6. de Ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An, & in qua ſumma debeatur contributie a R. P. D. Puoti V. Seminario Tarentino in caſu &c.*

Ad I. In deciſis, & amplius. Ad II. Deberi pro rata Bonorum.

LVNEN. SARZANEN. JVRIS AMOVENDI CAPPELLANVM CVRATVM. Species hujus cauſæ petenda eſt ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 2. *Septembris anni* 1747. in qua duo dubia propoſita fuerunt „ I. An „ liceat Parocho Folli ad arbitrium removere Cappellanum Curatum a Terra „ Baſtremoli ab ipſo nominatum etiam abſque cauſa ab Ordinario cognoſcenda in caſu &c. „ & Reſponderunt Ampliſſimi Patres, *negative*. II. dubium definitum non fuit, & reſponderunt Eminentiſſimi Patres, *Dilata, & ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem*: Cum cauſa nunc iterum proponatur, duo dubia ſunt expedienda. *Seſs. 23. c. 18. de Ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis quoad primum Dubium in caſu &c.*

II. *An liceat Parocho Folli ad ſui libitum explere omnes Functiones Parochiales in Eccleſia, & loco Baſtremoli, ibique etiam ad ſui libitum reſidere in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

JANVEN. JVRIVM PAROCHIALIVM: Relicta Parochiali Eccleſia S. Joannis de Quarto, in qua eorum Sodalitium nuncupatum *Mortis, & Orationis* fuerat erectum, ad Monaſterium Monachorum Domini Hieronymi Congregationis Olivetanæ ejuſdem Oppidi paucis ab hinc annis ſeſe Sodales contulerunt, & tum ipſi, tum Monachi, qui eorum curam ſuſceperant, plura ſibi arrogarunt. quæ Parochus putat ſua lædere Jura. Contendunt enim Sodales poſſe eorum Cappellanos ſtolam deferre, dum per Oppidum intra Parochiæ fines Pompæ ſeu Proceſſiones ducuntur, ſtipemque pro Pauperibus extra Monaſterium colligere, de qua rationem Parocho, ut ante ſolebant, reddere recuſant. Monachi vero Mulieribus partum enixis benedicere abſque Parochi venia non dubitant, eorumque Abbates Mitra, Paſtoralique Baculo utentes Pontificalia exercere, campanas, ſupellectilem, & Altaria ſæcularium etiam Eccleſiarum benedicere poſſe contendunt. De his queſtus eſt Jo: Ambroſius Seminius Eccleſiæ Parochialis Rector in precibus, quas obtulit Ampliſſimo Ordini. Auditus Archiepiſcopus ſecundum Parochum reſpondit, & perpenſis juribus hinc inde adductis, cenſet ſtolæ uſum competere non poſſe Cappellanis Sodalitii extra Monaſterium; neque illam deferendi jus ſibi arrogare poſſe ob id, quod Sodalitium Mortis, & Orationis de Quarto unitum, aggregatumque ſit Archiconfraternitati ejuſdem nominis, quæ in Urbe eſt, id enim dudum definitum fuiſſe ab hoc Sacro Tribunali in cauſa *Cremonen.* 23. *Junij* 1706. negat etiam Archiepiſcopus poſſe Sodales ſtipem cogere pro Pauperibns extra Monaſterium, niſi prius impetrata venia, uti cautum eſt *cap.* 28. *Synod. Cardinal. Duratii*, ex cujus diſpoſitione *Seſs. 24. c. 18. de Ref.*

teneantur etiam rationem reddere Parocho, quod etiam Jure servandum esse voluit *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. formul. 6. num. 21.*; Hæc quoad Sodales, quod vero ad Monachos pertinet, ea, quæ supra narravimus, agere eos posse pluribus rationibus negat Archiepiscopus: Videant igitur Amplissimi Patres, qua Juris ratione quatuor, quæ sequuntur, Dubia expediri debeant.

I. *An Rectores, seu Cappellani Confraternitatis Montis, & Orationis de Quarto sive sæculares, sive Regulares possint stolam deferre extra Monasterium in districtu Parochiæ, tam in Processionibus funerum, quam in aliis præsertim præsente Parocho.*

II. *An dicta Confraternitas possit eleemosynas extra dictum Monasterium quæritare?* & quatenus Affirmative de licentia Archiepiscopi.

III. *An teneatur de recta administratione Parocho rationem reddere?*

IV. *An Regulares dicti Monasterij possint Puerperis Benedicere, & ejusdem Monasterii Abbates extra Monasterium Pontificalia exercere in Processionibus dictæ Confraternitatis, extra Monasterium Mitram, & Baculum Pastoralem deferre, campanas, sacram supellectilem, Altaria etiam pro usu aliarum Ecclesiarum, etiam sæcularium benedicere.*

Dilata ad secundam.

Sess. 22. decret. de observ. & evit. in cel. Miss.

ALBANEN. Pium Legatum in Ecclesia Collegiata Castri Mœnii vulgo Mareni institutum jam, atque erecta anno 1643. a Hieronymo Cardinali Columna, & confirmata ab Urbano VIII. Pontifice Maximo numero unius Abbatis sex Canonicatuum, & duarum Cappellaniarum, Pium inquam Legatum in hac Collegiata Ecclesia exequendum reliquerunt anno 1656. Dominicus, & Lucretia Gagliardi hisce verbis; „ Item jure Legati reliquerunt „ V. Capitulo S. Barnabæ Terræ Mareni domum &c. cum onere celebrandi „ Missam unam cantatam cum aliis quinquaginta Missis lectis singulis annis in „ perpetuum, hac adjecta conditione, quod extantibus Presbyteris de familia, „ illi subintrent in dicto Legato cum dicto onere Missarum, & non extantibus „ Presbyteris de familia, cedat dicto R. Capitulo cum onere supradicto. „ Ita hactenus factum fuit a Presbyteris de familia, excepto solemni sacro, quod ab iis Capitulo injunctum fuit, soluta manuali Eleemosyna. Cum autem anno 1743. Jo: Baptista Gagliardi Legatum hoc habuisset, & onera eidem injuncta explere vellet, petiit ab Abbate Capituli, ut quid emolumenti nomine pro sacro solemni præstandum est, significaret: respondit Abbas præstanda esse: „ sei candele, tre giulj a chi canta, un giulio per cadauno, o „ sia Canonico, o Curato, o altri Sacerdoti, benchè semplici assistenti, & „ il doppio all' Abbate, cioè due giulj. „ Ex hac Epistola novit Jo: Baptista novos etiam Canonicos, quorum Canonicatus post Legatum fundati fuerant, ad participationem admitti velle, ideoque preces obtulit Amplissimis Patribus, quibus postulavit, ut declararet ir nullis aliis stipendium sacri solemnis esse solvendum, nisi illis tantum Canonicis, qui tempore institutionis Legati aderant in Ecclesia Collegiata.

Post has preces reservit Gagliardus usque ab anno 1647. factam fuisse a Canonicis ejusdem Ecclesiæ cum consensu, præsentia, & approbatione Vicarii Generalis taxam longe minorem illa, quam exprimebat Epistola Abbatis; novasque ideo preces obtulit Amplissimo Ordini, quibus postulavit hujus taxæ, quam primo ignorabat, exequutionem. Rogatus itaque fuit Eminentissimus Albanensis Episcopus, ut hac de re sententiam animi sui aperiret,

& nunc

& nunc duo, quæ sequuntur, Dubia proponuntur.

I. *An Taxa confecta, & approbata ab Eminentissimo Episcopo anno 1647. sit servanda in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An, quomodo, & ad quam rationem debeantur Anniversaria, de quibus agitur, in casu &c.*

Non proposita.

Die Sabbathi 11. Maij 1748.

ALBANEN. Cum in ultima Ampliſſimi Ordinis *Congregatione* habita *die* 27. tranſacti menſis *Aprilis* cauſa iſthæc proponi non potuerit, rogamus Eminentiſſimos Patres, ut *Folium* ejuſdem *Congregationis* iterum legant, quo duo, quæ ſubiicimus, hujus cauſæ dubia nunc definire poſſint. *Seſſ. 22. Dec. de Obſerv. & Evit. in Celebr. Miſſ.*

I. *An Taxa confecta, & approbata ab Eminentiſſimo Epiſcopo anno 1647. ſit ſervanda in caſu &c.* & quatenus negative.

II. *An, & quomodo, & ad quam rationem debeantur Anniverſaria, de quibus agitur, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. A II. Proviſum in Primo.

LUNEN. SARZANEN. JURIS AMOVENDI CAPPELLANUM CURATUM: Hæc cauſa in eadem *ultima Congregatione* dilationem obtinuit *ad hanc Congregationem*: Poterunt que Ampliſſimi Patres ſpeciem illius repetere ex *Folio Congregationis* habitæ *die* 2. *Septembris* ſuperioris *anni* 1747. in quo primum data fuit: nos hic duo, quæ in eadem *ultima Congregatione* proponi debebant, dubia ſubiicimus. *Seſſ. 24. c. 18. de Ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis quoad primum dubium in caſu &c.*

II. *An liceat Parocho Folli ad ſui libitum explere omnes Functiones Parochiales in Eccleſia, & loco Baſtremoli, ibique etiam ad ſui libitum reſidere in caſu &c.*

Ad I. In deciſis & amplius. Ad II. Affirmative quoad primam partem, reſervatis emolumentis Cappellano Curato, & Negative ad ſecundam.

COMPOSTELLANA CAPPELLANIÆ: Data fuit hujus cauſæ ſpecies in *folio Congregationis* habite *die* 27. ſuperioris menſis *Januarii*: non potuit ea die cauſa proponi, propoſita fuit in *ſequenti Congregatione* habita *die* 10. *Februarii*. Dubium erat „ An ſit locus commutationi Juriſpatronatus paſſivi Cappellaniæ, de qua agitur, itaut liceat Fundatoribus viventibus „ nominare, & preſentare Cappellanum ad libitum in caſu &c. *Reſpondit* „ *Sacrum Vribunal* - negative quoad commutationem, ſed licere Fundatoribus, eorum vita durante tantum, præſentare Cappellanos ad libitum „. Hæc definitio ad novum nunc revocatur examen, & cognoſcendum eſt. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.* *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

In deciſis, & amplius,

Seff. 15. c. 19. de Regul.

VALLISOLETANA: Morte Christophori de Alonso vacavit anno 1742. Beneficium Juris patronatus Laicorum erectum in Parochiali Ecclesia S. Joannis *de Nava Regis*, quæ, una est ex vigintinovem Villis, quibus componitur Abbatia nuncupata *Medina del Campo* sita in Diœcesi Vallisoletana. Hæ Villæ suas habent Parochiales Ecclesias, in quarum qualibet plura fundata sunt Beneficia, quæ onus habent adnexum præstandi servitium Sacris Ecclesiæ Functionibus. Præsentatus fuit ad vacans Beneficium Clericus Dominicus Rodriquez Quadrillero, qui, cum per leges annarias Beneficium assequi non posset, veniam ætatis impetravit ab Optimo Maximoque Principe nostro, & facultatem percipiendi omnes fructus ejusdem Beneficii. Hac venia impetrata, obtinuit ab Episcopo institutionem, & Beneficii possessionem nactus Ecclesiæ servitium præstitit, donec studiis operam dare cupiens sese contulit in Regiam Vallisoletanam Accademiam: Hinc litis origo. Nam, cum Dominicus petiisset ab aliis *Conbeneficiatis* fructus sui Beneficii, renuerunt illi eos præstare, quia particulare statutum ab ipsis conditum fuisset, quo cavebatur, ut nullus admitti posset ad fructuum perceptionem, nisi prius ad Sacerdotalem Ordinem promotus fuisset; utque omnes tenerentur servitium per se ipsos præstare, non per substitutum; utque demum nullus ultra tres menses abesse posset sine venia Beneficiatorum. Hoc statutum ab Optimo Principe Clemente XII. anno 1734. confirmatum fuisse dicebant.

Hac repulsa percitus Dominicus preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut Beneficiati ad fructus tradendos compellerentur. Data fuit postulationis hujus cognitio Sacro hinc Tribunali: auditus Episcopus secundum Dominicum respondit. Proponitur nunc causa, & Dominicus disputat nihil obesse statutum, quia promulgatum non fuerit, neque usu receptum, & quia ipse habet gratiam Pontificiæ dispensationis, qui fructibus Beneficii sui frui potest. A Beneficiatis libellum jurium nondum habuimus. Unum dubium est hujus Causæ.

An fructus Beneficii, de quo agitur, debeantur Dominico in casu &c.

Dilata, & proponatur Causa, citatis omnibus Interesse habentibus ad formam Constitutionis Sanctissimi Domini nostri.

Seff. 22. c. 4. de Ref.

CEPHALUDEN. RESDITUTIONIS IN INTEGRUM: Preces obtulit Sacratissimo Principi nostro Fr. Salvatore Petralia Laicus in Ordine Cappuccinorum, qui in sæculo nuncupabatur Dominicus Geraci, quibus postulabat in integrum restitui adversus Professionem, quam emisit in Monasterio Civitatis Mistrettæ Diœceseos Cephaludensis; quod Professio nulla, atque irrita esset ob vim, metumque gravem a Patre binubo illatum. Data Amplissimis Patribus postulationis hujus cognitione, mandata fuit jurisdictio Episcopo Cephaludensi, ut processus fieret judicialis, & animi sui sententiam aperiret: respondit Episcopus secundum Fr. Salvatorem, quem censet in integrum restituendum. Ex Processu accepimus Fr. Salvatore minim, verberibusque coactum sacras vestes suscepisse, pluries post Professionem ab Ordine defeciisse, pluries Professionem suam nullam, atque irritam extrajudicialiter declarasse: resciimus ex testibus, quos inter plurimum spectandus Vincentius Pater author minarum, & vis illatæ; cum his convenit ipse Fr. Salvator in examine.

Contra *Defensor Professionis* disputat non probari vim, & metum illatum tempore ipso Professionis, vel saltem proximo, ut Professio nullitatis vitio inficiri posit: Testes esse singulares, & Fr. Salvatorem Professionem suam tacite ratam habuisse, tum ex tempore quo non reclamavit, tum ex silentio,

cum

cum nullas de ejus invaliditate querelas habuerit, itaut, etiam si ab initio dici posset eum per vim, & metum Professionem emisisse, nihil tamen vetet, ut dicamus, depositio metu, eam ratam habere voluisse juxta celebrem *decis. 952. Emerix Jur.* Hæc in Causa proponuntur. Onus erit Eminentissimorum Patrum ea, qua solent, jurisprudentia definire.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & proponatur Causa, citatis omnibus Interesse habentibus ad formam Constitutionis Sanctissimi Domini nostri.

FERETRANA ALTERNATIVÆ. Cum Parochialis Ecclesia S. Mariæ fines suos extra mœnia munitissimæ Arcis Sancti Leonis longe protenderet, atque intra eos fines duas simplices Ecclesias haberet S. Luciæ, & S. Bartolomæi, rusticæ Plebis commodo cautum fuit anno 1574. decreto Episcopi Famagustani Visitatoris Apostolici, ut juxta alteram duarum Ecclesiarum, ipsius rusticæ Plebis ære conlato Domus ædificaretur, quo posset Cappellanus Curatus his Ecclesiis constitutus iis, qui extra mœnia incolebant, commode Sacramenta Ecclesiastica ministrare. Re confecta, ædibusque ædificatis, Cappellani omnes ad hæc usque tempora titulo *Ecclesiarum S. Luciæ & S. Bartolomæi* instituti fuere, diuturnaque consuetudine observatum fuit, ut nunc in una, nunc in altera earumdem duarum Ecclesiarum per alternas vices festis diebus Sacra agerent. Nuper vero Michael Pandolphinius Cappellaniam hanc assequutus, cum originarius e Plebe S. Luciæ omnes pene illius homines adfinitatis, vel consanguinitatis vinculo conjunctos habeat, in Ecclesia tantum S. Luciæ Divina persolvit. Id ægre ferens Populus Ecclesiæ S. Bartolomæi, ne detrimenti aliquid caperet intermissione alternativæ, adiit defunctum Episcopum Feretranum, qui, dum in Sacra Visitatione esset, decreto suo annuit Plebis illius postulationi; sed morte obita ab eodem Episcopo, Populus S. Luciæ postulavit ab Amplissimis Patribus, ut decretum illud irritaretur. Audito Vicario Apostolico, qui nunc Episcopus Feretranus est, rescriptum fuit -- *Episcopo qui mandet servari solitum juxta decretum Visitatoris Apostolici* -- in quo tamen cum nihil esset expressum de hac alternativa, contendit nunc Populus Ecclesiæ S. Bartolomæi alternativam hanc, quam ex facto probant plurimi testes spetuagenario majores ex jure quoque esse servandam. Quid contra ferat Michael Pandolphinius, & Plebs Ecclesiæ S. Luciæ ignoramus, nam libellum jurium ab his nondum habuimus. Dubium, quod proponitur, est.

Sess. 22. c. 4. de Ref.

An sit servanda alternativa per Cappellanum Curatum in celebratione Missarum aliisque Parochialibus muneribus in casu &c.

Dilata ad sequentem.

TOLENTINA JURIUM PAROCHIALIUM. in Civitate Tolentini tres sunt Parochiæ altera Cathedralis Ecclesiæ, altera S. Jacobi, tertia S. Catervi, quæ commendata est Canonicis Regularibus Lateranensibus. Parochiarum divisio non per regiones certis, & designatis finibus circumscriptas, sed per domus, & familias ab antiquissimo tempore, cujus nulla est memoria, facta fuit, & juxta primam partitionem Parochi personis, familiisque quisque suis Sacramenta Ecclesiastica ministrant, & in eas jurisdictionem exercent. Vetustissimum hunc ordinem turbavit Parochus S. Catervi, qui contra Ecclesiam Cathedralem contendit Parochianos illius famulatus causa morantes in ædibus subjectis Parochiæ S. Catervi, & Colonos, qui Mo-

Sess. 24. c. 18. de Ref.

qui Monasterii prædia colunt, hujus, non Cathedralis subesse jurisdictioni: contenditque etiam alienigenas, & peregrinos, qui in eam Civitatem venerunt, electa licet Parochia, eam mutare, & pro lubitu variare posse, ut nuper factum est a Joanne Pistoni. Hæc Parochus Cathedralis Ecclesiæ ratus non esse ferenda adiit Amplissimos Patres, & ut moris est, auditus Episcopus contra Canonicos Regulares Lateranenses respondit, quod immemorabilis illa consuetudo nedum plurimis testimoniis comprobetur, sed etiam Decreto edito a Vicario Generali anno 1671. Parochis omnibus consentientibus. A Monasterio, & Parocho S. Catervi nihil hactenus habuimus. Dubia IV. expedienda sunt.

I. *An famuli, & famulæ debeant recipere Sacramenta a Parocho illorum, quibus inserviunt, seu potius a proprio Parocho originis in casu &c.*

II. *An Coloni Monasterii PP. S. Catervi originarii alterius Parochiæ sint sacramentandi a Parocho dicti Monasterii, seu potius ab illo originis in casu &c.*

III. *An forenses semel recognoscentes aliquam Parochiam, vel mediante adimplemento præcepti Paschalis, vel se describendo in statu animarum, vel se proclamare faciendo occasione contrahendi matrimonium, aut similia peragentes coram aliquo Parocho, exinde possint primam Parochiam variare?* & quatenus negative.

IV. *An & de cujus Parochia dicendus sit Joannes Pistoni in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

Sess. 5. c. 2. de Ref.

SIPONTINA NULLITATIS SUSPENSIONIS. Preces obtulerunt Amplissimo huic Ordini Joseph Valente Canonicus Pœnitentiarius, & Vicarius Curatus Cathedralis Ecclesiæ Sipontinæ, ac Venantius Fini ejusdem Parochiæ Oeconomus, quibus petebant absolutionem a pœna suspensionis a Divinis iisdem inflicta ab Archiepiscopo Sipontino. Absoluti fuerunt, ut fieri solet, cum reincidentia, & datis ad Archiepiscopum literis, audita est ejus sententia, & recepta acta contra eos gesta. Nunc itaque Joseph disputat sententiam suspensionis ab Archiepiscopo latam nullitatis, & injustitiæ vitiis infectam esse: nullitatis quidem, quod nulla præcesserit citatio, injustitiæ vero, quod nulla ex duabus causis, ob quas pœna inflicta fuit, aut ex facto, aut ex jure subsistat. Non prima, quod Josephi negligentia, & culpa mortem sine Ecclesiasticis Sacramentis, atque ope adstantis Sacerdotis obierit miles stationarius Arcis Sipontinæ, quia ea die, qua miles obiit, infirmus Joseph lecto detinebatur, ut probat testificationibus vicinorum, amicorum, familiarium, & demum Canonici, cui cura, atque onus datum est describendi defectus eorum, qui nulla urgente legitima causa, Choro absunt; non vero altera, quod ipse defecerit in munere suo imbuendi pueros præceptis, rudimentisque Christianæ Legis, quia, cum in Ecclesia Cathedrali Sipontina erecta sit, & constituta *Congregatio Doctrinæ Christianæ*, uti nuncupatur, cui specialiter provincia hæc demandata est, contendit se ab hoc onere solutum, & si etiam teneretur, disputat non potuisse od id a Divinis suspendi, sed vel ab exercitio Curæ, vel eligi debuisse ab Archiepiscopo Sacerdotem ideoneum, qui impensis Parochi pueros doceret, ut tradunt *Piasec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 16. & Barbos de Paroch. par. 1. cap. 15. num. 3.* ideoque concludit in hac sententiæ Archiepiscopalis nullitate, atque injustitia damnandum esse Archiepiscopum, ut sua pecunia impensas omnes sarciat, & interesse.

Archiepiscopum in epistola sua totus est, ut justitiam monstret sententiæ suæ, narrat-

narratque absolvisse jam Oeconomum Venantium Fini, qui excusationem postulavit. Auditus etiam fuit Episcopus Trojanus, qui non obscure innuit plura ab Archiepiscopo Sipontino agi animo in Capitulum adverso. Sapientissimi Patres, omnibus perpensis, expedient.

I. *An constet de nullitate Suspensionis in casu &c.* & quatenus affirmative.
II. *An Archiepiscopus teneatur ad expensas, & interesse in casu &c.*

Affirmative ad utrumque.

MEDIOLANEN APPLICATIONIS MISSARUM. Fundavit Philippus Maria Vicecomes Mediolani Dux anno 1415. lex Ecclesiastica Beneficia, sive Cappellanias ad Altare majus Ecclesiæ S. Joannis Modoetiæ Archidiecæseos Mediolanensis, reservavitque sibi, & Successoribus suis Jus nominandi Cappellanos, quos voluit in Ordine Sacerdotali constitutos, utque tenerentur qualibet die, justo cessante impedimento, sacrum agere in eodem Altari *ob reverentiam Beati Joannis*: En verba ipsa „ Item quod dicti per „ tempora Cappellani, & quilibet eorum teneantur, & debeant omni die, „ justo impedimento cessante, ad dictum Altare Missam unam pro quolibet eo- „ rum celebrare ob reverentiam Beati Joannis, & interesse Divinis Officiis „ in dicta Ecclesia una cum dicto Capitulo Canonicorum residentium ipsis Ec- „ clesiæ S. Joannis. „ data negligentibus pœna pecuniaria favore Sacrarij ejusdem Ecclesiæ. Priscis temporibus dubitatum non fuit ex hac fundatione, & legibus illius nullam Cappellanis datam fuisse obligationem sacra pro Fundatore applicandi, quia ipse applicationem non injunxerit, sed sacra agi dumtaxat voluerit *ob reverentiam B. Joannis*, & in casu defectus Cappellanorum, eas pecuniaria pœna multari voluerit. Hinc eo tempore orta est consuetudo, ut Cappellani sacra non applicarent, sed stipendium, seu eleemosynam pro applicatione reciperent, & liquet ex Acti Visitationis factæ tempore Divi Caroli Borromæi Cappellanos singulis hebdomadis in orbem *celebrasse Missam Capitularem*, colque si requisiti fuissent, *celebrasse cum stipendio seu eleemosyna*, ac passim etiam pro mortuis *celebrasse recepta eleemosyna*. *Sess. 22. Decr. ee Observ. & Evit. in celebr. Miss.*

Orta vero hac de re controversia anno 1676. inter Capitulum, & Cappellanos, aditus fuit Vicarius Generalis Mediolanensis, qui sententiam tulit secundum Cappellanos. Siluit quæstio ad hæc usque tempora, sed iterum ortis disputationibus inter Capitulum, & Cappellanos, ad controversias dirimendas communi consensu Arbiter electus fuit Vicarius Feneralis Clar. Mem. Cardinalis Stampa Archiepiscopi Mediolanensis, qui ex sententia Canonistarum, & Theologorum secundum Cappellanos respondit Capite V. sui Laudi. Aditum fuit hoc Sacrum Tribunal pro confirmatione hujus Laudi, & Eminentissimi Patres die 24. Augusti anni 1743. responderunt „ Pro approbatione, excepto Capite quinto respiciente declarationem super applicatione Missarum, pro qua declaratione obtinenda debeant Cappellani Chorales „ instare coram Sacra Congregatione „ Instant igitur nunc pro speciali approbatione ejusdem Capitis V., atque ob id Dubium, quod subiicimus, proponitur.

An Caput quintum Laudi prolati a Vicario Generali Mediolanen sit approbandum in casu &c.

Affirmative.

Die

Die Sabbathi 22. Junij 1748.

TRes, quas ordine suo subiicimus, Causæ ad hanc *Congregationem* pertinent: Prima data fuit in *Folio ultimo Congregationis* habita *die* 11. *transacti mensis Maii*: Aliæ duæ datæ fuerunt in *folio Congregationis* habitæ *die* 27. *Aprilis*, & dilationem obtinuerunt ad *hanc Congregationem*; Poterunt itaque Patres Amplissimi, repetita *horum foliorum*, lectione, Dubia quæ in his *tribus* causis proponuntur, expedire.

Sess. 22. *c.* 4. *de Ref.*

FERETRANA ALTERNATIVÆ, cujus unum Caput est.

An sit servanda Alternativa per Cappellanum Curatum in celebratione Missarum aliisque Prrochialibus muneribus in casu &c.

Negative, & servetur solitum ante Decretum Episcopi Calvi.

Sess. 22. *c.* 6. *de Ref.*

LVCANA EXEQVVTIONIS BREVIS, in qua deliberandum est.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Prævio recessu a decisis. Breve non esse exequendum.

Sess. 22. *c.* 8. *de Ref.*

JANVEN. JVRIVM PAROCHIALIVM, in qua IV. dubia expedienda sunt.

I. *An Rectores, seu Cappellani Confraternitatis Montis, & Orationis de Quarto sive sæculares, sive Regulares possint stolam deferre extra Monasterium in districtu Parochiæ, tam in Processionibus funerum, quam in aliis præsertim præsente Parocho.*

II. *An dicta Confraternitas possit eleemosynas extra dictum Monasterium quæritare?* & quatenus Affirmative de licentia Archiepiscopi.

III. *An teneatur de recta administratione Parocho rationem reddere?*

IV. *An Regulares dicti Monasterii possint Puerperis Benedicere, & ejusdem Monasterii Abbates extra Monasterium Pontificalia exercere in Processionibus dictæ Confraternitatis, extra Monasterium Mitram, & Baculum Pastoralem deferre, campanas, sacram supellectilem, Altaria etiam pro usu aliarum Ecclesiarum, etiam sæcularium benedicere.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. *c.* 15. *de Ref.*

SIPONTINA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM: Causa isthæc data fuit *in Folio Congregationis* habitæ *die* 27. superioris *Mensis Januarii*, quod poterunt Eminentissimi Patres iterum inspicere: Placuit ea die respondere: *Dilata, & scribat Defensor Professionis*: nunc itaque, eodem audito, definiendum erit Dubium.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

SAN-

SANCTI SEVERI PARTICIPATIONIS: Hæc causa pluries in hoc Sacro Tribunali, & usque ab anno 1713. proposita fuit, ut in seriore loco dicemus: species vero hæc est. Pres sunt in Civitate Sancti Severi præter Cathedralem Ecclesiæ Parochiales, & receptivæ, altera S. Severini, altera S. Nicolai, tertia S. Joannis Baptistæ; Hæ præter Archipresbyterum, qui curam habet Animarum, certum habent Sacerdotum num., qui Ecclesiis servitium præstant, & de earum redditibus participant. Jus subrogandi, sive substituendi Aggregatos ad Loca, seu participationes vacantes Clerus earumdem Ecclesiarum sibi semper assetvit. Varia pro temporum varietate ratio fuit admittendi Aggregatos ad participationem, sed ab Episcopo Matta anno 1688. in Synodo constitutum fuit „ ut pro obtinenda subrogatione Aggregatio saltem per mensem „ præcedere debeat vacationem Loci, ad quem fieri debet subrogatio, quod „ constare debeat de servitio ab Aggregato præstito Ecclesiæ per attestationem ab omnibus Presbyteris participantibus in eadem Ecclesia juramento „ firmatam. *Sess. 24. c. 13. de Ref.*

Anno sequenti 1681. idem Episcopus decreto suo cavit „ ut ii, qui subrogari „ prætendunt, examinari succesive debeant coram Episcopo super Cantu „ Gregoriano, super functionibus Ecclesiasticis, ac super Rubricis Missalis, „ & Breviarii ad hoc, ut ipse Episcopus secundam suam prudentiam judicare „ possit: Itemque quod sit tempore vacationis alicujus Loci nullus reperiretur „ Aggregatus ad formam prædictam in illa Ecclesia, vel Aggregati ab Examinatoribus judicarentur inhabiles, Episcopus pro illa vice providere libere „ possit „. Post hoc decretum Episcopi S. Severi sibi paulatim arrogarunt jus subrogandi ad Loca participationum, quæ res causam dedit liti actæ inter Clerum trium Ecclesiarum, & Episcopum anno 1713. in hoc Sacro Tribunali. Die itaque 29. Aprilis illius anni propositum fuit Dubium „ An Aggregatio „ ad servitium, & respective admissio, seu subrogatio ad participationem in „ Ecclesiis Parochialibus spectet ad Episcopum, sive ad Clerum earumdem Ecclesiarum: Responditque Sacrum Tribunal: negative quoad primam partem „ & affirmative quoad secundam, servata tantum forma Constitutionis Synodalis anni 1680., & amplius.

Impetrata ab Episcopo *nova Audientia*, causaque iterum proposita in *Congregatione* habita *die* 30. *Septembris ejusdem anni*: responsit Sacrum Tribunal „ „ In decisis in omnibus, servata etiam forma Constitutionis Synodalis anni 1681. „ quoad examen faciendum tamen per Examinatores Synodales, sed quoad Cantum Gregorianum præfigatur terminus per Episcopum admittendo, quatenus „ sit inhabilis, illum addiscendi intra quatuor menses, & quatenus admittendus „ reperiatur inhabilis in dicto examine, numquam devoluatur electio ad Episcopum, sed alius proximior in antiquitate admittatur prævio examine, ut supra „ Iterumque proposita causa in *Congregatione* habita *die* 14. *Aprilis anni* 1714. responsum fuit: *In secundo loco decisis, & amplius*.

Questus est anno 1726. Episcopus, datis literis ad Eminentissimos Patres, de Aggregatis servitio trium Ecclesiarum Parochialium, quoad parum essent idonei ad Sacramentales Confessiones excipiendas, & Sacramenta Ecclesiastica ministranda, & data fuit ab Amplissimis Patribus epistola ad eumdem Episcopum, qua jusserunt „ ut salvo jure Cleri quoad aggregationem, & salvo „ etiam examine quoad Rubricas, & Cantum Gregorianum, occasione vacationis, & admissionis ad participationem, non admittatur in posterum in prædictis Ecclesiis ad participationem, nisi ille, qui ultra examen super prædictis, aliud non subierit examen explendum pariter per Examinatores Synodales coram Episcopo super Theologia morali, & aliis necessariis pro recte adimplendo Parochi officio, data illi prælatione, quem Examinatores post „ examen prædictum magis ideoneum, & aptum in Domino judicaverint.

Hæc epistola, quæ onus dabat Episcopo „ eam per edictum proponendi, & promulgandi, exprimendo in eodem, quod nova lex postremo a Sac. Congregatione edita post sex menses a die publicationis, seu edicti decurrendos

„ suum habere debeat robur, & effectum „ edicto publici juris facta non fuit, nisi die 21. Maij 1747. quo tempore, vacante Loco participationis in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, indictus fuit concursus tamquam ad Parochialem, & licet Sacerdos Antonius la Terza Aggregatus nihil omisisset, ut Curiam Episcopalem ab ejus proposito revocaret, petendo etiam judicialiter, ut nihil ageretur contra responsa hujus Sacri Tribunalis annorum 1713., & 1714., placuit tamen sequi vota Sacerdotis Baptistæ de Amico contradictoris, ideoque Sacerdos la Terza confugit ad hoc Sacrum Tribunal, a quo, audito jam Episcopo, causa nunc omnis VII. collecta capitibus est definienda.

I. *An in admissione ad participationem Loci vacantis sint servandæ Constitutiones Synodales Episcopi Mattæ editæ de anno* 1680., *&* 1681., *juxta tamen modum expressum in decretis Sacræ Congregationis emanatis sub diebus* 1. *Aprilis*, *&* 30. *Septembris* 1713. *in casu &c.*

II. *An*, *& quomodo præter dictas Constitutiones servanda etiam sit methodus præscripta in epistola ejusdem Sacræ Congregationis de anno* 1726. *in casu &c.*

III. *An in præsentatione facienda per Clerum ad modo vacantem participationem sufficiat illius tantummodo testimonium adscriptionis*, *& servitii Ecclesiæ respective ab Aggregato præsliti in casu &c.*

IV. *An attendenda etiam sint alia requisita personalia in casu &c.* & quatenus affirmative.

V. *An hujusmodi requisita debeant constare in disquisitione concursus per testimonium ferendum a Clero participante præfatæ Ecclesiæ*, *seu alibi in casu &c.*

VI. *An*, *& quomodo sit danda prælatio in concursu approbandorum in casu &c.*

VII. *An edictum de anno præterito latum a Reverendissimo Episcopo pro citandi Presbyteri aggregatis interesse habentibus ad examen pro obtinenda participatione Loci vacantis subsistineatur in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. *c.* 12. *de Ref.*

SEGOBRICEN. DISMEMBRATIONIS. Hæc quoque causa proposita fuit in hoc Sacro Tribunali *In folio Congregationis* habitæ *die* 16. *Januarii anni* 1740. *Thes. Resol. Sac. Congreg. Vol. IX. pag.* 5., e quo ejus species repeti debet. Tria data fuerunt dubia, quæ tamen in illa *Congregatione* proponi non potuerunt, & proposita fuere in *sequenti Congregatione* habita *die* 30. *Januarii*, ut in eodem *Vol. IX. Thes. pag.* 19; Quærebatur, an Ecclesia Villæ de Torcas, quam Marchio de Castelui Loci Dominus Parochialem fieri postulabat, dividi, separari, ac dismembrari deberet ab Ecclesia Cathedrali Segobricensi, vel ob distantiam, vel ob negligentiam Canonicorum Cathedralis, qui pluries defecerant in administrandis Sacramentis Villæ illius Incolis. Primum itaque dubium fuit „ An concedenda sit dismembratio Villæ „ de Torcas ab Ecclesia Cathedrali Segobricensi: *& Sacrum Tribunal respondit*: Affirmative salvis juribus Matricitatis favore Ecclesiæ Cathedralis, & „ reservato competenti honore a Rectoribus pro tempore novæ Parochiæ quotannis eidem Cathedrali præstando arbitrio Episcopi: *alterum dubium fuit*: „ An concedenda sit reservatio Jurispatronatus Domino temporali prædictæ „ Villæ ejusque successoribus: *cui respondit Sacrum Tribunal*: Affirmative „ juxta modum: *tertium vero dubium fuit*: An novo Parocho concedæ sint „ Decimæ correspondentes curæ Animarum in Villa de Torcas in casu &c.

& huic dubio responsum fuit; *negative*. Superatis nunc a Marchione de Castelni omnibus obstaculis, cum ad exequutionem rescriptorum Sacri Tribunalis properaret, præpeditus fuit votis Incolarum, qui Decimas solvere, & præstare volentes postularunt ab eo, ut peteret *recessum a decisis in tertio dubio*: obsequens itaque Marchio eorumdem desiderio retractari definitionem illam postulat, & dubium proponitur nunc.

An sit standum, vel recedendum a decisis super tertio Dubio in casu &c.

Episcopo pro informatione, & voto super novis precibus, audito Capitulo.

LUCANA MATRIMONIJ. Dispensationem a duplici impedimento Consanguinitatis, & spiritualis Cognationis impetrarunt a Sacratissimo Principe Nostro, ut matrimonium contrahere possent Thomas Andreotti, & Catharina Cerri Vidua Petri Andreotti Vicani Porcarij Archidiœceseos Lucenfis, expressa causa, quod „ insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter „ eos minime subsequuta, & nihilominus orta est gravis suspicio, licet falsa, „ quod se carnaliter cognoverint; Et nisi matrimonium contrahatur, dicta „ Catherina graviter diffamata, & innupta remaneret, graviaque exinde scan- „ dala orirentur. „ His Literis Apostolicis, quæ ad Vicarium Generalem datæ fuerunt, acceptis, quibus adiectæ erant formulæ conditionales: *de præmissis te diligenter informes, & si preces veritate niti reperies*: examinati fuerunt quatuor Testes, qui expressam in literis causam verificabant. His auditis Vicarius Generalis definitivum tulit decretum, quo „ constito sibi „ prius de veritate omnium in eadem litteris Apostolicis in forma Brevis ex „ fide dignis habitis informationibus, atque ex depositionibus plurium Testium &c. examinatorum &c. ad tenorem earum dispensavit. *Sess. 24. c. 2. de Ref. Mat.*

Post hoc Decretum suffectus fuit alter Vicarius Generalis in locum illius, qui decretum tulerat, & Promotor Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis dicens ea, quæ in literis Apostolicis narrata fuerant, *falsa fuisse asserta, nec constare de præfatis*, postulavit a novo Vicario *simi debitas Informationes super verificatione prædictorum*, & licet Thomas Andreotti exciperet de Jurisdictionis defectu, cum latum a præcedenti Vicario Generali hac de fuisset definitivum decretum, & appellasset etiam ad Sanctissimum, Judex tamen abstinere noluit, & examini subjecit Parochum Porcarii, qui licet prius testificationem feciisset, qua veritas narratorum in Literis dispensationis comprobabatur, ingenii tamen subtilitate eam elusit, & negavit narrata in Literis. Aditum a Sponsis Tribunal Signaturæ Justitiæ circumscripsit acta omnia coram novo Vicario Generali, sed inde data fuit Promotori Fiscali facultas sua Jura proponendi in hoc Sacro Tribunali, & audito jam Archiepiscopo, Causa nunc proponitur, postulantibus sponsis, ut definiatur Literas dispensationis esse exequendas, quia narrata quatuor Testibus *formiter* auditis verificata fuerunt, qui extrajudicialiter testificationes suas ratihabuerunt, & tres alii Testes eadem, quæ in Literis narrata fuerunt, confirment: Alii vero Testes dati a Promotore Fiscali non sint spectandi, vel ob exceptiones, quas habent singuli in dictis, vel quia contrarii non sint iis, qui narrata in literis dispensationis confirmant, cum utraque testificatio vera esse possit. Videant itaque Patres Amplissimi, qua Juris ratione expediendum sit Dubium, quod proponitur.

An Literæ Apostolicæ dispensationis sint exequendæ in casu &c.

Affirmative.

Sess. 25. c. 19. de Regul.

ROMANA SEU CAMERINEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Postulat in Integrum restitui, ut Professionem nullam dicat P. Silvester Berardi Romanus, nuncupatus in seculo Antonius, qui fine Patre annum agens undecimum aliis nuptiis a Cæcilia Theresia ejus Matre Tutrice, & Curatrice contractis cum Equite Hieronymo Odam, incidit in Victrici manus: specie quidem Victricus erat blanda, comis, & liberalis, re ipsa tamen ferox, & ad iram, & verbera facilis, cui quatuor domi sorores erant non dissimilis naturæ, quæ Fratris nuptias moleste ferentes, ejus uxorem odio habebant, & cum in eam explere iram suam non possent, Antonio maledicere, eumque pugnis, & saxis impetere non desinebant. Ut huic rei pararet remedium, omnem Eques movit lapidem, ut Privignum in Monasterium conjeceret, ratus domesticum, & fœminile hoc bellum finem habiturum, si domo abesset Antonius. Blande igitur illum compellare cæpit, eumque hortari, ut animi consulens tranquillitati religioso alicui Ordini nomen daret; contra Antonius obsistere, mentemque suam aperire abhorrentem hoc vitæ genus. Asperius inde cum Antonio egit Eques: honestas omnes corporis animique voluptates intercæpit, amicorum consuetudinem interdixit: uno sivit familiariter uti Felice Stavischi, qui spe præmi quod promiserat Eques allectus omnem dabat operam, ut Antonius Monasterium ingrederetur. In irritum tamen, & Victrici asperitates, & Stavischi consilia cessere; constans enim erat Antonii voluntas. Ut hanc Privigni constantiam vinceret Victricus, nec minis, nec verberibus abstinuit, cibum sæpe negavit, terstricto ense necem minitans eum aggressus est: decimum quartum ætatis annum impleverat Antonius; nunciavit ei Victricus, ut Fabrianum concederet, ubi Sacris Vestibus acceptis in Congregatione *Silvestrinorum* probationis annum expleret: minæ, & verbera Victrici, consilia amicorum, matris etiam promissa, quibus spes iniciebatur, ut nondum impleto probationis anno, compositis cum Victrico rebus, Romam Domi reduceretur, in causa fuerunt, ut Fabrianum Antonius pergeret, ubi mœrore, lacrymisque confectus vestes accepit. Victricus nihil actum reputans, nisi Privignus solemnia vota nuncuparet, nihil etiam intactum reliquit, ut eum volentem nolentem ad Professionem adigeret. Fractus animo Juvenis Professionem emisit anno 1736. duas tamen ante schedulas scripsit, quarum alteram Confessario servandam tradidit, alteram ad familiarem suum P. Livium Britii misit, quibus testatum volebat se vi metuque illato, & ad mortem fugiendam Professionem emittere, eamque nullam esse; & sane licet aliquando periculoso morbo laborasset, ratam eam noluit habere; centies etiam de ejus nullitate protestatus est, uno verbo nihil egit, quod suspicionem injicere possit de ratihabitione ejusdem Professionis. Moriens tandem Victricus agnovit, quid gessisset, veniamque a Privigno postulavit, quod eum impulisset ad illum vitæ genus amplectendum, a quo abhorrebat, matrem hæredem scripsit, ut filio opem ferret, quo posset declarationem obtinere nullitatis emissæ Professionis. Ut Victrici memoriæ parceret P. Silvester e Monasterio egredi curavit, petita a Principe Gratia; at postquam nihil hac ratione profecit, confugit ad hoc sacrum Tribunal, a quo data fuit Jurisdictio Eminentissimo Urbis Vicario, Episcopo Camerinensi, & ex ipso Silvestro, atque ex pluribus, quos dedit Testibus, quos inter plurimum spectandi sunt Mater, Stavischius, & alii ejusdem Ordinis Monachi, hæc, quæ narravimus, resciviimus. Disputat contra Monasterij Postulator nullam Testibus habendam fidem, quod amici, & familiares sint P. Silvestri, matrem vero rem suam agere, cum ad tertias venerit nuptias, & unicum, quem habet hunc filium, revocare velit e Monasterio, ut rem curet domesticam. Videant Amplissimi Patres, qua Juris ratione expediendum sit Dubium.

An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Dilata, & adjuventur probationes.

LU-

LUCANA ORDINATIONIS. Veteres, taclæque Inimicitiæ, quibus impetitus est pluribus ab hinc annis Stephanus Vincentius Dominici, præpedire non potuerunt, ne ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promoveretur, licet in vulgus spargeretur eum comitiali morbo laborare, & læsum esse oculo, quem Canonis dicunt, nam tenebræ dispulsæ fuerunt experimento facto, & Medici testificatione. At postquam ille anno 1736. Diaconatus Ordine honestatus fuit, efficere potuerunt, ut a Lucensi Archiepiscopo numquam impetrare potuerit, ut Sacerdos ordinaretur. Postquam igitur nihil intactum reliquit, ut animum flecteret ejusdem Archiepiscopi, Preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut a quocumque Episcopo extra tempora Ordinationum, & sine literis Lucensis Archiepiscopi ordinari posset. Data Amplissimis Patribus hujusce rei cognitione, auditus fuit Archiepiscopus, qui in Epistola sua plura de eodem Diacono congregat: Refert enim eumdem annis 1733., & 1744. duos imposuisse Census, ut eorum pecuniis alium æqualis quantitatis Censum extingueret, & quæ imminebat, utilis Dominij cujusdam domus jacturam averteret: Utrumque falsum fuisse, ideoque Creditores eorumdem Censuum querelam hanc de re proposuisse Lucensi Archiepiscopo Colloredo, coactumque fuisse Stephanum pecuniam restituere: Alium quoque emptionis venditionis contractum de simulatione suspectum fuisse: emptio erat quorumdam Bonorum pretio scut. 300. inita cum Michele Paulini Affini: suspicio oriebatur, quod triduo antequam ad Subdiaconatum promoveretur, emptio contracta fuisset, quod Bonorum venditorum possessionem venditor retinuisset ab anno 1735. ad annum 1741., & pensitationes reales intribuisset: His de Causis aliisque, quæ ad mores pertinent, recusasse Archiepiscopum Colloredum Stephano Sacerdotium conferre: Addit Archiepiscopus se amicorum officiis perductum ter ad examen eum admisisse, ter ab Examinatoribus, qui eius mores, vitæque genus, imperitiamque noverant, rejectum fuisse: Pergit ad alia, quæ verecundiam honestatemque pulsant, & refert eum amoribus implicitum, quos *detestabiles* vocat, quibus fœminas ita prosequutus est, ut eum non puderit aliam ad malum provocare, aliam renuentem furti ream accusare. Hæc Archiepiscopus. *Sess 23. c. 16. de Ref.*

Contra Stephanus falsum asserit quidquid de Censibus refert Archiepiscopus, & de querelis Archiepiscopo Colloredo propositis a Creditoribus Censuum, & probat negativam testificationibus Cancellarii Fori Episcopalis, & Laici, quorum uterque, actis diligenter lustratis, nihil inveniisse dicit: Duos Census impositisse quidem, sed redemisse, ut bona liberaret hypothecis, eaque Patrimonio Sacro subjiceret: veram non simulatam fuisse emptionem Bonorum ab Affini probare Acta Judicialia, & sententiam: Patrimonium sibi esse verum constare ex diligenti disquisitione facta a *Congregatione*, quæ Lucæ est *Ordinandorum*; non rejectum, sed probatum fuisse ab Examinatoribus probare denunciationes publice factas anno 1745. in Ecclesiis Parochialibus S. Mariæ Filicorbi, & S. Michaelis Archangeli, de quibus earum Rectores testantur: Morum integritatem, vitæque genus honestissimum, quo hactenus vixit, patere ex ipsius Archiepiscopi verbis, de quibus testificationem facit Magnus Reipublicæ Lucensis Cancellarius, patere explurimorum hominum testimoniis, quorum alij Parochi sunt, alij *Congregationis Ordinandorum*, alij demum publici morum Inquisitores, qui omnes ratione officii vitam, quam duxit, optime nosse debent: Denique de studiis, ingenioque cultu dubitandum non esse post amplissimum testimonium Professoris Theologiæ Moralis, cujus ipse Auditor fuit spatio annorum quatuordecim. His omnibus, quæ utrinque proponuntur, expensis, respondendum est.

An Diaconus Stephanus Vincentius Dominici sit promovendus ad Sac. Presbyteratus Ordinem in casu &c.

Dilata.

Die

Die Sabbathi 13. Julij 1748.

PLacuit Amplissimis Patribus in ultima *Congregatione* habitæ *die* 22. *transacti mensis Junij* dilationem duabus, quæ sequuntur, causis concedere ad hanc *Congregationem*, & ideo poterunt, repetita lectione *Folii ejusdem Congregationis*, eas, prout juris esse censuerint, definire.

Sess. 22. *c.* 8. *de Ref.*

JANUEN. JURIUM PAROCHIALIUM, cujus IV. sunt Capita.

I. *An Rectores, seu Cappellani Confraternitatis Mortis, & Orationis de Quarto sive Sæculares, sive Regulares possint stolam deferre extra Monasterium in districtu Parochiæ, tam in Processionibus funerum, quam in alijs, præsertim præsente Parocho?*

II. *An d. Confraternitas possit eleemosynas extra dictum Monasterium quæritare?* Et quatenus affirmative de licentia Archiepiscopi.

III. *An teneatur de recta administratione Parocho rationem reddere?*

IV. *An Regulares dicti Monasterij possint Puerperis benedicere, & ejusdem Monasterij Abbates extra Monasterium Pontificalia exercere, in Processionibus dictæ Confraternitatis extra Monasterium Mitram, & Baculum Pastoralem deferre Campanas, sacram suppellectilem, Altaria etiam pro usu aliarum Ecclesiarum, etiam Sæcularium benedicere in casu &c.*

Ad I. posse in associatione Cadaverum juxta institutum tantum, etiam præsente Parocho. Ad II. Affirmative de licentia Archiepiscopi. Ad III. Negative, & amplius. Ad IV. Recurrant ad Sac. Congregationem Rituum.

Sess. 24. *c.* 18. *de Refor.*

SANTI SEVERI PARTICIPATIONIS, in qua VII. dubia expedienda sunt.

I. *An in admissione ad participationem Loci vacantis sint servandæ Constitutiones Synodales Episcopi Mattæ editæ de anno* 1680., *&* 1681., *juxta tamen modum expressum in decretis Sacræ Congregationis emanatis sub diebus* 1. *Aprilis, &* 30. *Septembris* 1713. *in casu &c.*

II. *An, & quomodo præter dictas Constitutiones servanda etiam sit methodus præscripta in epistola ejusdem Sacræ Congregationis de anno* 1726. *in casu &c.*

III. *An in præsentatione facienda per Clerum ad modo vacantem participationem sufficiat illius tantummodo testimonium adscriptionis, & servitii Ecclesiæ respective ab Aggregato præstiti in casu &c.*

IV. *An attendenda etiam sint alia requisita personalia in casu &c.* & quatenus affirmative.

V. *An hujusmodi requisita debeant constare in disquisitione concursus per testimonium ferendum a Clero participante præfatæ Ecclesiæ, seu alibi in casu &c.*

VI. An

VI. *An, quomodo sit danda prælatio in concursu approbandorum in casu &c.*

VII. *An edictum de anno præterito latum a Reverendissimo Episcopo pro citandis Presbyteris aggregatis interesse habentibus ad examen pro obtinenda participatione Loci vacantis substineatur in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Servandam esse pro nunc quoad examen Theologiæ moralis. Ad III. Affirmative. Ad IV., & V. provisum in antecedenti. Ad VI. Recurrant in casibus particularibus. Ad VII. Negative.

VALLISOLETANA: Hæc, atque altera, quæ sequitur causa datæ fuerunt in *Folio Congregationis* habitæ *die* 11. superioris *Mensis Maij*: Utraque ad *hanc Congregationem* dilationem obtinuit. Hujus vero unum caput est. *Seff. 24. c. 6. de Ref.*

An fructus Beneficij, de quo agitur, debeatur Dominico in casu &c.

Negativè.

TOLENTINA JURIUM PAROCHIALIUM, cujus IV. sunt Capita. *Seff. 24. c. 18. de Ref.*

I. *An famuli, & famulæ debeant recipere Sacramenta a Parocho illorum, quibus inserviunt, seu potius a proprio Parocho originis in casu &c.*

II. *An Coloni Monasterii PP. S. Catervi originarii alterius Parochiæ sint sacramentandi a Parocho dicti Monasterii, seu potius ab illo originis in casu &c.*

III. *An forenses semel recognoscentes aliquam Parochiam, vel mediante adimplemento præcepti Paschalis, vel se describendo in statu animarum, vel se proclamare faciendo occasione contrahendi matrimonium, aut similia peragentes coram aliquo Parocho, exinde possint primam Parochiam variare?* & quatenus negative.

IV. *An & de cujus Parochia dicendus sit Joannes Pisloni in casu &c.*

Ad I., & II. Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, & amplius. Ad III. Negative, & amplius. Ad IV. Esse de Parochia Cathedralis, & amplius.

HIERACEN. CENSURARUM: Data fuit hæc causa in *Folio Congregationis* habita *die* 16. *Decembris superioris anni* sed proponi non potuit: Proposita, & definita fuit in *Congregatione* habita *die* 13. *Januarij hujus anni*: duo erant dubia „ I. An decretum suspensionis, & Irregularitatis a „ Reverendissimo Episcopo del Tuso latum *die* 6. *Maij* 1745. sit approbandum, „ & exequendum? *& quatenus negative*. II. An removeri debeat œconomus, „ & Parochus Antonius Mari sit plenarie reintegrandus ad suam Ecclesiam Paro- *Sess. 25. c. 12. de Ref.*

„ Parochialem cum omnibus fructibus, emolumentis, damnis, & interesse in „ casu &c. *respondit Sacrum Tribunal*„ Ad I. negative. Ad II. Affirmative in omnibus„ Venit nunc causa ad novum judicium, & cognoscendum est.
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 25. c. 12. de Ref.

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRVM: Proposita fuit hæc causa in ultima *Congregatione die* 22. transacti *Mensis Junii*, dubioque - *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* responsum fuit - *negative* - venit nunc ad novum judicium, & definiri debet.
An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad mentem, & mens est, quod scribatur Archiepiscopo juxta instructionem.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

VERVLANA ARCHIDIACONATVS: Cum inter duodecim Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Verulanæ nullus esset, qui majori dignitate præditus cæteros antecelleret, omnesque essent pares, sola temporis prærogativa servata, in mentem venit Thomæ Jabonio Archidiaconatum in ea Cathedrali fundare, ut prima, atque unica Dignitas esset: Anno itaque 1742. constituta dote locorum triginta quatuor Montium in ipso fundationis instrumento, cavit, ut novus Archidiaconus omnibus frui deberet Privilegiis, quibus aliarum Cathedralium Archidiaconi frui solent, voluitque ad augendum Verulanæ Cathedralis decus, ut Archidiaconi omens perpetuis futuris temporibus Protonotarii Apostolici esse deberent, & ornamentis illis, quæ vulgo *Rochetto*, *e Mantelletta* nuncupantur, uti posset, atque indui in quibuscumque Sacris Functionibus: Onera vero plurima dedit, quæ legere poterunt Amplissimi Patres in ipso fundationis instrumento. Preces inde Fundator obtulit Sacratissimo Principi nostro, ut Constitutione sua fundationem confirmaret, & erigi juberet „ in majori Ecclesia prædicta unum Archidiaconatum, Dignitatem inibi post Pontificalem majorem, „ & unicam, & illum, qui oculus Episcopi dicitur, existentem, qui ipsius „ majoris Ecclesiæ Capituli caput existat, & in ea primum locum obtineat.
Annuit Optimus Princeps, & literis ad Verulanum Episcopum datis, jussit, ut „ authoritate Apostolica, etiam nullo desuper modernorum Capituli, & Canonicorum dictæ majoris Ecclesiæ, quatenus opus sit, ad hoc requisito consensu„ Archidiaconatum erigeret, utque præsentatus his qualitatibus præditus esse deberet *in aliqua* scilicet„ publica, & approbata Vniversitate studii „ generalis in utroque jure Doctor, & in cantu Gregoriano versatus, ac Sedis „ Apostolicæ Notarius, Protonotarius nuncupatus existat, seu creari debeat, *qui etiam teneatur*„ in illius ingressu obligationem solvendi dimidiam annatam Fabricæ emittere, ac jura Sacristiæ ipsius majoris Ecclesiæ debita, & „ per illius Canonicos persolvi solita persolvere; *concessit pariter* Archidiacono dictæ majoris Ecclesiæ pro tempore existenti prædicto, ut ipse Rocchettum, & Mantellettam violacei coloris, tam in dicta majori Ecclesia, illiusque Choro, quam extra, ac inter Missarum solemnia, aliorumque Divinorum Officiorum, & ubique locorum etiam in præsentia S. R. E. Cardinalium, „ etiam de latere Legatorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac Ordinarii etiam proprii, deferre, & gestare, illisque uti, necnon omnibus, & singulis privilegiis similes dignitates obtinentibus de jure, usu, & consuetudine &c. competentibus similiter gaudere, & licite possit, ac valeat„ ac demum quibuscumque statutis, consuetudinibus, privilegiis ejusdem Cathedralis Ecclsiæ Apostolica authoritate derogavit.

Episco-

Episcopus itaque Verulanus Archidiaconatum erexit, servata forma, & legibus fundationis, & literarum Apostolicarum, & primum a Thoma Jabonio fundatore, & Patrono præsentatum Sacerdotem Cæsarem Crescentium de Angelis ipsius Episcopi Vicarium Generalem instituit; Institutus vero præsentibus omnibus ejusdem Cathedralis Canonicis, tribus tantum exceptis legitimo impedimento distentis, in novæ Dignitatis possessionem immissus fuit, eique primum in Choro locum, primamque in Capitulo vocem Canonici assignarunt. Brevi tamen tempore pax, & quies inter Archidiaconum, & Canonicos locum habuerunt; Plura inter eos orta sunt dissidia, quæ ad hoc Sacrum Tribunal delata fuerunt, & nunc ab Eminentissimis Patribus X., quæ sequuntur, collecta Capitibus expediri, & dissolvi debent.

I. *An Archidiaconus ratione duplicis Præbendæ teneatur ad duplum omnium expensarum pro manutentione Ecclesiæ, & Sacristiæ, seu potius ad instar omnium aliorum Canonicorum tam seniorum, quam noviter erectorum; & a quo tempore sint d. expensæ per Archidiaconum conferendæ?*

II. *An jura Sacristiæ debita a singulis Canonicis in actu ingressus debeantur ab Archidiacono in consueta summa scut. duodecim, vel potius in duplatione antedictæ duplicis Præbendæ?*

III. *An Archidiaconus habeat vocem in Capitulo?*

IV. *An, & ad quem spectet convocare Capitulum?*

V. *An Archidiaconus teneatur ad officium Hebdomadarij, & respective ad Missas Conventuales, & Parochiales per turnum.*

VI. *An Archidiacono solemniter celebranti teneantur Canonici etiam primæ erectionis inservire in officio Diaconi, & Subdiaconi.*

VII. *An Archidiaconus Processionaliter incedens possit incedere solus, vel in comites supportare unum, vel geminos alios Canonicos seniores, & an possit deferre cereum majoris ponderis, vel potius ejusdem ponderis, prout deferunt alij Canonici?*

VIII. *An ad Archidiaconum spectet præsidentia in Choro, & ad quem effectum?*

IX. *An Archidiaconus præter Rocchettum, & Mantellettam violaceam gestare possit in Choro, aliisque functionibus Ecclesiasticis etiam vestem violaceam?*

X. *An Archidiaconus de quocumque habitu indutus, & indistincte per Civitatem Verulanam incedens gestare possit tibialia violacea, & signum pariter violaceum in Pileo, atque uti collariolo violaceo in casu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem. Affirmativè ad secundam a die captæ possessionis, & amplius. Ad II. Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam, & amplius. Ad III. Affirmative. Ad IV. spectare ad Archidiaconum. Ad V. Negative. Ad VI. Dilata. Ad VII. Non posse incedere solum, nec deferre Cereum majoris ponderis. Ad VIII. Affirmative ad effectus expressus in Eugubina 12. Martij 1746. ad IX. Affirmative. Ad X. Negative.

Sess.22. decret. de observ. & evit. in cel. Miss.

BERGOMEN.: Antequam Professionem emittere t in Monasterio Congregationis Cælestionorum Cæsar Angioletti Bergomensis, qui nomen acceperat P. Alexii, cum sex sorores haberet, tres nuptas, & totidem innuptas, donationem bonorum omnium, Juriumque suorum fecit anno 1682. tribus sororibus innuptis, in qua servavit sibi annuam præstationem scut. 50. monetæ Bergomensis, aliamque non absimilem favore P. Alexandri Angioletti Germani fratris, & Monachi Casinensis, quoad uterque viveret. Bonorum donatorum usumfructum matri reservavit, defunctisque tandem omnibus iis, quibus fructus prestandos voluerat, donationi locum esse jussit, substituitque superstites, & filios, si qua ex sororibus donatariis sine filiis decederet; Inventarium bonorum omnium suorum fieri jussit datis exequutoribus, quos Commissarios nuncupavit, Francisca Matre, & P. Alexandro, donec viverent; Voluit autem „ che da Signori Commissarij siano formati tanti Capitali fruttiferi, quanti potranno rendere annualmente scudi novanta da lire sette l'uno moneta di Bergamo da valersi per stabilire, e fondare essi Capitali dell'utile del negozio, & anco de Capitali istessi, con obligo di sempre rinvestirli perpetuamente da Signori Commissari, durante il tempo della loro Commissaria. „ Id autem fieri voluit, ut hæc Capitalia essent pro dote perpetuæ Cappellaniæ, quam post obitum Franciscæ Matris, P. Alexandri, & ipsius P. Alexii institui voluit in Ecclesia S. Mariæ Celanellæ cum onere sacrum in ea agendi omnibus diebus festis per sex menses, & aliis sex menfibus, diebus non festis in Ecclesia Parochiali S. Blasii Caprini: Jus Patronatus activum dedit „ alli Signori Carlo, e Deffendo Angioletti, e loro figluoli, e descendenti maschi, & in mancanza de figli, e descendenti maschi di detti Signori Carlo, e Deffendo Zii Paterni di esso P. D. Alessio, ed Alessandro detto Jus nominandi detto Cappellano nel modo come sopra in perpetuo spetti all'agnazione delle predette sei sorelle, e loro respettivamente descendenti, volendo per levar le confusioni, che tal Jus, & amministrazione s'aspetti sempra, e si devolva nella maggior d'età così di d. agnati Angioletti, & signore sei sorelle, come de loro descendenti maschi, se ne averanno qualcuna di esse, & non avendone delle femine: *Quo vero ad Jus patronatus passivum ita statuit*, che essendovi così Regolari, come secolari Sacerdoti di detta agnazione, o descendenti delle predette signore sei sorelle sia in libertà d'aver essa Cappellania con l'emolumenti sua vita durante, & anco di essa li secolari Parenti formarsene Patrimonio, al quale possano ordinarsi Sacerdoti.

Post hæc donator ita progreditur „ Che finito l'usufrutto di detta Signora Francesca, come delli suddetti Signori D. Alessio, & Alessandro, nel modo suddetto, e maritate tutte tre d. sorelle nubili, sodisfatte delle loro doti, o monacate &c. e detratto li Capitali per la sudetta messa, & anco dell'altra, che sotto sarà ordinata con ogn' altri aggravj, sia fatto il calcolo diligente di quanto sopravanzasse di netto, e questo netto avanzo sia diviso in questo modo, cioè in dieci parti, & otto di queste restino a favore, e benefizio delle suddette signore tre sorelle nubili, e loro figli in virtù della presente donazione, e gl'altri due decimi si aspettino proporzionatamente all'altre signore (*quæ jam nuptæ erant*) Margharita, Angelica, e Catarina, e loro figli in stirpes, e non in capita, restando però tutti obligati alla manutenzione dalla detta, & infrascritta messa proporzionatamente, sopra le d. decime parti del netto avanzo con li beni loro propri e di raggione ancora di d R. D. Alessio, quali non passano in pregiudizio della presente obligatione esser distratti per ogni decrescimento de redditi, o maggior emolumento, che pagar si dovesse in d. celebrazione. *Denique idem Donator dispositionem suam ita clausit*, che finiti tutti li sudetti usufrutti, e donazioni, & avanti si faccia il calcolo del netto avanzo di sopra da dividersi, e disponersi in dieci parti, esso P. D. Alessio ordina, e vuole, che sia pure fondata un altra Messa perpetua e quotidiana da celebrarsi nella Parochia di

„ S. Pan-

„ Pancrazio della detta Città di Bergamo, ogni volta però che detta Signora
„ Franceſca, o D. Aleſſandro Commiſſario non la ordinaſſero da celebrarſi in
„ altra Chieſa, il che far li ſia permeſſo, e l' elezzione del Sacerdote ſi aſpetti
„ egualmente in conformità dell' altra Meſſa, e con le condizioni tutte
„ della medema, quando detta Signora Franceſca e D. Aleſſandro non ne di-
„ ſpongano, o laſcino tal nomina ad altri, al che fare abbiano iſteſſamente pie-
„ na libertà: E per fondo li debba eſſer ſtabilito da Signori Commiſſarj altret-
„ tanti Capitali, Cenſi o Livelli, da quali ſi poſſa ricavar ſcudi ottanta an-
„ nuali con la medema condizione della reinveſtita &c. dovendo detti Commiſ-
„ ſari fare ex nunc le rinveſtite medeſime, benchè la ſua eſecuzione, e cele-
„ brazione debba eſſere differita, fino che ſiano finiti li detti uſufrutti della
„ Signora Franceſca, e Signor D. Aleſſio, e D. Aleſſandro e nubili ſuddet-
„ te: E perché reſti in ogni modo a favore delle tre nubili, e ſuoi figli, &
„ anco delle tre altre maritate e ſuoi figli qualche capitale, perciò ſi dichiara
„ che nel farſi il calcolo del netto avanzo *deductis deducendis*, e cavata anco
„ la d. ultima Meſſa, non reſtaſſero da dividerſi in dieci almeno ſcudi diecimila,
„ ſia queſta ultima Meſſa in tal caſo ridotta a ſoli Meſi ſei.

Hæc habet donatio Cæſaris, ſive P. Alexii Angioletti, quæ nos latiori ſermone, & ipſis Donatoris verbis dedimus, ut Eminentiſſimi Patres, qui eam legere nequeunt in *Sommario*, rem omnem facilius tenere poſſint. Nunc ad reliqua pergimus. Aliquot poſt donationem annis P. Alexius ſeverioris amore Diſciplinæ a Cæleſtinis ad Camaldulenſes tranſiit, accepto nomine Fr. Romualdi, annuam vero præſtationem, quam ſibi in donatione idem ſervaverat ſcutorum 90. Camaldulenſes verbis ſolemnibus renunciarunt favore filiarum Margaritæ Angioletti Bottani ſororis novi Fr. Romualdi, quæ una erat ex nuptis tempore donationis. Et hæ quidem aliquot annis præſtationem illam annuam percipere potuerunt, at egreſſo demum e Monaſterio, & Congregatione Caſſinenſi P. Alexandro, hic bona omnia occupavit, præſtationem annuam Filiabus Margharetæ non ſolvit, rem domeſticam male curavit, maximaque ex parte fundos Cappellaniarum diſtraxit. Obiit poſt hunc alter Avunculus Fr. Romualdus, itaut omnibus uſufructuariis defunctis, locus factus ſit erectioni duarum Cappellaniarum. At ſoreres Bottani Maria, & Proſpera filiæ Margharetæ, precibus Sacratiſſimo Principi noſtro oblatis, poſtularunt, ut ſuſpenderetur Cappellaniarum erectio ad mortem uſque ipſarum, ut ex redditibus bonorum annuam præſtationem ſcut. 90. percipere poſſint, & vitam ducant. Data Ampliſſimis Patribus hujuſce rei cognitione, auditus fuit Epiſcopus Bergomenſis; Plurima quidem ſunt, quæ ex facto ignoramus: Neſcimus enim, an, quod volunt Donator, inventarium bonorum ſuorum ab Exequutoribus ſive Commiſſariis factum fuerit; An ab iiſdem Inveſtimenta curata fuerint; An ex Carolo, & Deffendo Patruis donatoris ſuperſint deſcendentes; An ſi deſint, ſuperſint alii deſcendentes ex ſex ſororibus, & præſertim natu majoribus, ut voluit Donator pro Jurepatronatus activo, & paſſivo; An bona a P. Alexandro diſtracta vindicari poſſint, quæ demum ſit quantitas, quæ nunc extat Bonorum a donatore relictorum. Scimus tantum has duas ſorores, quæ ſuſpenſionem poſtulant, eſſe de ſanguine Patronorum, & fortaſſe Patronas ipſas, cum donator expreſſe fœminas ad Patronatum vocaverit, non extantibus maſculis: ſcimus ab Epiſcopo eas eſſe *pauperes, innuptas, & ſexagenarias*: Sententia ejuſdem Epiſcopi eſt, *ut gratia dignæ videantur, ne nobili loco natæ mendicare cogantur*. Onus erit Eminentiſſimorum Patrum, omnibus diligenter perpenſis, reſpondere.

An ſit locus ſuſpenſioni erectionis Cappellaniarum in caſu &c.

Non propoſita cum ſequenti.

Sess. 21. c. 3. de Ref.

FERENTINA INDULTI : Ut studiis Romæ operam navaret Clericus Cæsar de Luca Canonicus Ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ Oppidi S. Laurentii Ferentinæ Diœceseos, preces obtulit mense Decembris anni 1746. Sacro huic Tribunali, quibus postulabat, ut liceret ei, licet absenti, fructus omnes Canonicatus percipere. Rogatus Episcopus, ut animi sui sententiam aperiret, audito Capitulo, non respondit causatus Literas amissas fuisse. Datis itaque novis Literis V. Kal. Junii 1747., rescripsit ille inter Collegiatas suæ Diecæseos „ adesse antiquam, & laudabilem consuetudi„ nem, quod Canonicus non adhuc Diaconus percipiat tantum medietatem „ suæ portionis quotidianarum distributionum, eo quia alia medietas distri„ buatur inter Canonicos Presbyteros pro eleemosyna missarum, & functio„ num: *Addidit* quod idem Canonicus teneatur per se ipsum, vel per alium „ suis propriis stipendiis exercere munus Sacristæ Ecclesiæ „ quapropter censebat annuendum quidem esse postulationi, *salva tamen prædicta consuetudine, & onere manutenendi Sacristam pro servitio Ecclesiæ*. His a Canonico de Luca auditis, facto calculo expensarum, facile agnovit aut nihil, ut fere nihil supereresse, quod ex fructibus perciperet. Instantibus itaque Autumni feriis Patriam repetiit ratus se rem omnium cum ipsis Canonicis amice componere posse, sed re infecta, Romam reversus est ad cursum studiorum peragendum.

Romam reversus, cum jam vigesimum tertium ætatis annum ageret, Literas ab eodem Episcopo postulavit, quibus, ut pridem egerat ad minores Ordines assequendos, posset Romæ ad Sacros Ordines promoveri. Negavit eas Episcopus, & Promotor Fiscalis Canonicorum Cæsarem citavit „ ad alle„ gandam in termino decem dierum causam, quare ab suam absentiam a resi„ dentia non debeat puniri ad formam Decreti Concilii Tridentini. „ Hac de re questus est Canonicus Cæsar apud Eminentissimos Patres, & iterum audito Episcopo, respondit „ Citationem executam fuisse præcise ad excu„ tiendum dictum Canonicum, qui post Decretum : ostendatur relatio : jam „ per annum, & ultra continuabat absentiam. „ Jussu itaque EE. PP. Episcopus die 19. Martii hujus anni terminum unius mensis præfixit Capitulo, & Canonicis ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, ut Jura sua deducerent. Tres jam elapsi menses, & nondum Canonici Jura deduxerunt. Ut finis tandem huic controversiæ imponatur, & ne detrimentum capiat in iis fructibus, quorum instat collectio, causam proponendam curavit Canonicus Cæsar, qui disputat consuetudinem, de qua Episcopus, & Canonici, nullis aut Capituli, & Ecclesiæ Constitutionibus, aut Synodalibus Decretis, nulla Judicum sententia, aut re judicata probari. Actus si qui sint, qui ad eam inducendam proponi possint, aut æquivocos, & difformes esse, aut turbativos : contra huic consuetudini plurima adversari Sacri hujus Tribunalis responsa, quibus Indultum fuit studiorum Causa Canonici aut Beneficiariis alicujus Collegiatæ Ecclesiæ Diecæseos Ferentinæ, ut licet absentes, fructus omnes perciperent, vel duas ex tribus partibus, si fructus in solis quotidianis distributionibus consistant juxta cognitissimam distinctionem : Addit eam consuetudinem, si adesset, auctoritate Sacri Tribunalis tollendam esse, quia læsiva sit, & contra tenorem rationis : Munus denique Sacristæ neque Canonicatui annexum esse, neque Clerico Canonicatum obtinenti : contra hanc consuetudinem ea locum habere, quæ contra aliam. Hæc summa est libelli Canonici Cæsaris : quid habeant Canonici alii ignoramus, Dubium est.

An sit servanda prætensa consuetudo relinquendi medietatem fructuum, & exercendi Officium Sacristæ in casu &c.

Die

Die Sabbathi 3. Auguſti 1748.

SUperſunt ex *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 13. tranſacti *menſis Julii* Priores duæ, quas ſubijcimus, Cauſe, quæ repetita ejuſdem *Folii* lectione, EE. PP. definitionem expectant.

BERGOMEN., qua quæritur. *Seſſ. 22. decr. de obſerv. & evit. in cel. Miſſ.*
An ſit locus ſuſpenſioni erectionis Cappellaniarum in caſu &c.

Fiat erectio Cappellaniarum, & poſtea ſupplicent.

FERENTINA INDULTI, cujus unum Caput eſt. *Seſſ. 21. c. 3. de Ref.*
An ſit ſervanda prætenſa conſuetudo relinquendi medietatem fructuum, & exercendi Officium Sacriſtæ in caſu &c.

Affirmative.

JANUEN. MATRIMONII: Speciem Cauſæ hujus dedimus in *Folio Congregationis* habitæ *die* 28. *Maii* 1746. quod in Lucen hominum editum eſt *Vol. XV. Theſ. Reſol. S. Congregat. pag.* 56. Reſpondit ea die Sacrum Tribunal. *Eſſe Locum cohabitationi triennali*: Poſt hoc reſponſum Marchioniſſa Livia Gentilis Marchionem Centurionum Virum, qui tunc in Urbe erat, in Jus vocavit, ut „ in exequutionem reſolutionis Sac. Congregationis præ„ figeretur ei terminus ad explendam cohabitationem triennalem, *& præfixus* „ *fuit terminus Menſis: Vir proteſtationem emiſit* ſe eſſo promptum, & para„ tum adimplere, & parere Reſolutioni S. Congregationis &c. ſuper triennali „ coh bitatione, & ad hunc effectum declaravit, & elegit domicilium ſuum „ in Urbe pro implemento antedictæ Reſolutionis, ut ſupra captæ, & non„ alias &c. „ Cum autem hæc proteſtatio Jure non valeret; cognitiſſimum enim eſt cohabitationem habendam eſſe in Patria utriuſque Conjugis, in qua contractum quoque fuit Connubium, ideo Livia petiit judicialiter „ declarari „ proteſtationem non afficere, & cohabitationem ordinatam a Sacra Congre„ gatione eſſe exptendam in Civitate Januen.. „ Decretum fuit ſecundum hanc poſtulationem, & novus terminus Viro præfixus fuit: ſed Vir Decreto quieſcere noluit, & bis poſtulavit, ut retractaretur; fruſtra tamen, nam Jus erat ſervandum. Decretis Vir non paruit, & tranſacto termino, interpellatus fuit a Muliere „ ad docendum ſe paruiſſe Reſolutioni, & Decreto Sac. Con„ gregationis ſuper cohabitatione ordinata in Civitate Januæ, alias videndum „ ad illam Adverſarium compelli per Cenſuras Eccleſiaſticas. *Reſponſum ac„ cepit hæc poſtulatio*, facta per totam in actis pro parte Citati declaratione „ acceptationis Reſolutionis & Decretorum S. Congregationis in decretis, ſin „ minus compelli per Cenſuras.“ *Seſſ. 24. c. 1. de Reform. Matr.*

Eadem die 7 Octobris 1746., qua Decretum hoc latum fuit, Procurator a Marchione Viro conſtitutus *acceptavit* Decretum cohabitationis habendæ in Civitate Genuæ ad formam tamen mandati, in quo erat „ dichiaro, e proteſto „ di non eſſere andato fin ora, non meno a motivo dell' Aria, come pure per „ circoſtanza, e contingenze a tutto il mondo ben note, per le quali ſembra, „ che non poſſa reſtringerſi il tempo a pochi giorni „ Verba hæc interpretata

eſt Mar-

est Marchionissa Livia de Hostili Exercitu, a quo Genua obsidione premebatur, & exitum rei expectavit. At postquam Exercitus Hostium recessit, spem ejus sefellit eventus, nam Marchio Laurentius Vir per annum varias Italiæ Regiones peragratus, tandem Neapoli discessit, & Romam rediit, & iterum tunc in Jus vocatus fuit „ ad videndum sibi præfigi ultimum peremptorium terminum ad docendum se paruisse rescripto, & Decretis Sac. Congregationis super cohabitatione alias ordinata, alias videndum mandari procedi ad ulteriora in relaxatione Censurarum jam comminatarum „ Decretumque fuit secundum Liviam *nisi infra mensem, & amplius*. Exitus hujus decreti hic fuit, ut Marchio Laurentius Urbe discesserit, & nihil cogitans de Livia, & conjugio conceserit in Hetruriam, ubi adhuc moram trahit. Post duos igitur annos, & quod excurrit a die rescripti Sacri hujus Tribunalis, videns Livia desperatum opus conjunctionis, & nolens ætatem perdere, & florem luventæ postulat, ut definiatur idem dubium, quod propositum fuit in *Congregatione diei* 28 *Maii* 1746.

An sit Locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Laurentium Centurioni compellendum esse ad cohabitationem triennalem per censuras.

Sess. 23. c. 4. de Ref.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS: Duo in hac Causa proposita fuerunt Dubia *in Congregatione* habita *die 2. Decembris* superioris *anni* 1747. Primum expeditum fuit: Alterum quod erat „ An sit locus Erectioni alterius Fontis in Ecclesia *SS.* Georgei, & Christinæ Vulsinii in casu „ &c.: *Responsum accepit*: negative, & ad mentem, & mens est ne Ecclesia „ Sanctissimi Salvatoris debitis fraudetur obsequiis „ Ad nonum nunc venit Judicium hoc responsum, & Capitulum novo libello, novisque Juribus postulat ab eo recedi. Illud observandum est hanc Causam exemplo fuisse alteri Causæ *Camerinen. Erectionis Fontis Baptismalis, & Juris Baptizandi*, quæ data fuit, & definita *die* 10. *Februarii hujus anni*. Dubium itaque, quod nunc proponitur, est.

An sit standum, vel recedendum a Decisis super secundo Dubio proposito die 2. Decembris 1747. *in casu &c.*

Prævio recessu à decisis Affirmative, & Episcopus incumbat omninó ne Ecclesia Sanctissimi Salvatoris debitis fraudetur obsequiis.

Sess. 23. c. 6. de Ref.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Dedimus Causæ hujus speciem, & rationes *in Folio Congregationis habitæ die* 10. *Februarii hujus anni*, sed IV. Capita, quibus complectitur, proposita, & definita fuerunt in *Congregatione diei* 30. *Mensis Martii* Primum erat „ An sit locus aperitioni „ oris adversus Breve San. Mem Benedicti XIII. in casu &c. *Et quatenus affirmative*. II. An subsidia Dotalia, quæ pro medietate destribuuntur hæredibus quondam Magdalenæ Paganini, & vigore d. Brevis S M Benedicti „ XIII. apparent assignata Filiabus bo. mem Felicis Trulli, debeantur Virginibus de Rubeis? *Et quatenus affirmative*. III. An in casu, quo dicta subsidia non sufficiant pro alimentis, & Dotibus dictarum Virginum de Rubeis, „ quæ sunt numero sex, eisdem providendum sit pro supplemento ex altera medietate eorumdem subsidiorum, quæ distribuuntur a Ven. Archiconfraternitate SSmæ Annunciatæ Urbis. *& quatenus negative ad dictum II. Dubium* „ IV. An dictis Virginibus assignanda sint d. subsidia, quæ ut supra distribuuntur ab eadem Archiconfraternitate, & in qua summa pro earum qualibet in „ casu &c.

„ casu &c. *Responderunt his EE. PP.* Ad I. & II. Negative, & amplius. Ad „ III. & IV. Affirmative juxta mentem, & Mens est, quod Eminentiss. Præ„ fectus procedat ad Executionem cum Eminentiss. Protectore „ Contra hanc definitionem nova super duobus postremis Dubiis nunc dubia moventur, quibus perpensis, decernendum erit.

An sit standum vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius, & quoad summam subministrentur alimenta in scutis tribus menstruis pro quolibet, subsidia vero dotalia juxta, earum statum, & præsentem conditionem, ita tamen ut nubentes in Domino, nubant extra Urbem, & ad Eminentissimum Præfectum pro exequutione.

FERETRANA ALTERNATIVÆ. Habetur hæc Causa *in Folio Congregationis diei* 11. superioris *Mensis Maii*, definita tamen fuit *in Congregatione diei* 22. *Juni*, Dubioque, quod proponebatur „ An sit servanda „ Alternativa per Cappellanum Curatum in celebratione Missarum, aliisque „ Parochialibus Muneribus in casu &c. -- *Responsum fuit* -- Negative, & ser„ vetur solitum ante Decretum Episcopi Calvi „ Non placuit hæc definitio Populo Ecclesiæ S. Bartholomæi, ideoque nunc iterum exponenda sunt ejus Jura, ut cognoscatur. *Sess.* 22. *c.* 4. *de reform.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

PISANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Testamento, quo decessit Antonius Coccolinius, sex Dotalia subsidia singulis anni die Festo D. Antonii Patavini præstari voluit totidem Puellis pauperibus, honestis, & quæ certis, designatisque Oppidis natæ essent: Cavit tamen, *che essendovi in alcun anno*, verba sunt Testamenti „ Figlie Femine da Maritarsi, o Mona„ carsi DICASA COCCOLINI, in tal caso per quell' anno, che seguirà il „ passaggio alle nozze Spirituali, o Carnali di una di dette Fanciulle di detto „ COGNOME COCCOLINI, per quell' anno non devino destribuirsi le pre„ dette Doti, ma tutto si dia a quella Fanciulla„ Hæc Dotalia subsidia, licet Agnata non esset, sed Cognata tantum postulavit, & obtinuit ab hoc Sacro Tribunali Maria Rosa filia Dominici Perazzini die 25. Septemb. anni 1728. Hujus sequutus exemplum Andreas Razzi an. 1745. preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulavit, ut sex subsidia dotalia tribuerentur Filiæ suæ Mariæ Rosæ Razzi Data postulationis hujus cognitione Amplissimis Patribus, auditus fuit Archiepiscopus, qui Mariam Rosam & pauperem, & Testatori sanguine conjunctam esse, & nullum certæ personæ detrimentum inferri respondit. Censuit itaque Sacrum Tribunal die 18. Decembris anni 1745. rescribendum esse -- *Progratia juxta Decretum diei* 25. *Septemb.* 1728. quod erat -- *Archiepiscopo, qui præfatas sex Dotes Oratoris Filiæ pro ejus arbitrio, & conscientia gratis assignare, & applicare possit* -- *Sess.* 22. *c.* 6. *de ref.*

Arbitrio tamen hoc Pisanus Archiepiscopus pluries, licet rogatus, noluit interponere, non negavit, non concessit; Anceps enim, ut ipse ait, erat, quod censeret jus aliquod quæsitum fuisse sex pauperibus Puellis, quæ, deficien-

ficientibus fœminis Agnatis, ad subsidia Dotalia vocatæ fuerunt a Testatore, obsistente præsertim Executore Testamentario Josepho Coccolinio, qui Cancellarius est Curiæ Archiepiscopalis. Confugerunt itaque iterum ad hoc Sacrum Tribunal Maria Rosa, & Andreas Razzi Pater, ac disputant ex Testamento Antonii Coccolinii educi non posse ejus voluntatem excludendi a subsidiis Puellas Cognatas; nisi in concursu Agnatarum: nominibus *di Casa Coccolini* Cognatas comprehendi: alia verba *di detto Cognome Coccolini* accipienda esse non taxative ad excludendas Cognatas, & admittendas Agnatas tantum, sed demonstrative, ut Agnatæ præferantur Cognatis, Cognatæ extraneis, incertisque certorum Oppidorum: neque enim verosimile fieri usque adeo Testatorem odio persequi voluisse Cognatas, ut eas exclusas voluerit etiam in concursu extranearum, atque incertarum, præsertim si Cognatæ maxima, uti Maria Rosa, rerum omnium inopia premantur: hanc fuisse mentem sacri hujus Tribunalis, cum anno 1728 secundum Mariam Rosam Perazzini respondit, itaut dubium amplius nullum esse possit de intellectu dispositionis Testamentariæ Antonii Coccolinii, postquam semel ita eam interpretati sunt Ampliſſimi Patres. Quid contra proponat Joseph Coccolinius ignoramus, nam libellum Jurium ab eo non accepimus. Causæ caput unum est.

An sit locus applicationi Subsidiorum Dotalium in casu &c.

Affirmative,

Sess. 21. *c.* 17. *de Ref.*

SENOGALLIEN CAPPELLANIÆ. Septem Cappellanias in Ecclesia S. Joannis Evangelistæ, seu Sanctissimi Sacramenti Oppidi Montis S. Viti Diœcesesos Senogallienſis, certis cuique assignatis Bonis, Testamento erigi jussit anno 1734. Joseph Zoppinius: Jurapatronatus prime, & secunde ad tertiam usque generationem Francisco Augustino Boni, & Joseph Stoppani, cæterarum vero Reipublicæ, seu Communitati ejusdem Oppidi S. Viti reliquit, cui pariter, finitis generationibus, Jusparonatus primæ, & secundæ Cappellaniæ reservavit: Voluit autem „ Che a dette Cappellanie possino „ concorrere tutti li Preti Sacerdoti nativi, & abitanti di questa Terra &c. „ purchè non siano provisti d' altre Cappellanie perpetue incompatibili &c. „ *hoc enim casu* vuole assolutamente siano per sempre escluſi.

Onera vero, quæ Cappellanis dedit, hæc sint; quæ verbis ipsis Testamenti repræsentamus „ Che siano tenuti ed obligati durante le loro Cappellanie „ celebrare per se, e non potendo per legitima causa, o giusto, e ragionevole „ impidimento per se stessi celebrare, far celebrare da altro Sacerdote tre „ Messe per ciascuna settimana: Che tutti e singoli detti Cappellani debbino „ intervenire, assistere, ed accompagnare processionalmente il Santissimo Sagramento con portarsi del proprio &c. una Torcia per ciascuno, e così servire in tutte le funzioni, che si faranno pro tempore dalla detta Compagnia „ del Santissimo Sagramento di S. Gio: Evangelista, prestando nelle sue e funzioni quell' ajuto, che potranno con le loro Persone, particolarmente nelle „ Confessioni, se saranno Confessori, e Communioni, e nelle Messe Cantate, e Vesperi: Che ciascun Cappellano sia tenuto alla pena di un quarto di „ paolo per ciascuno, e ciascuna volta, che mancasse d' assistere, come sopra „ senza legitimo impedimento e legitima causa. „ Omnes denique Cappellanos voluit esse Sacerdotes, ne illis quidem exceptis Domus, Familiæque Zoppiniæ, & unumquemque eorum in orbem biennio quolibet, administrare debere certa quædam Bona, quorum fructus in dotem pauperum Puellarum erogandos reliquerat.

Testator ipse primos Cappellanos nominavit, quos inter Joan: Lucas Seraphinius, qui septimam obtinuit Cappellaniam. Hic, defuncto Testatore, possessionem nactus est, & Sacerdotem alium, qui onera Cappellanis data expleret,

pleret, subſtituit, ipſe vero Laureti habitat, nam Cantor eſt in Eccleſia Lauretana. Monitus fuit pluries a Communitate Patrona, ut vel Cappellaniam, vel officium Cantoris dimitteret, ſed fruſtra, noluit enim monitis obſequi. Re delata ad hoc Sacrum Tribunal, auditus fuit Epiſcopus, & nunc cauſa proponitur, poſtulante Communitate, ut Cappellanus hic adigatur ad dimittendam Cappellaniam, vel Cantoratum, cum duo hæc incompatibilia ſint. Incompatibilitatem probat Communitas authoritate Sacri hujus Tribunalis, quod cenſuit has Cappellanias a Joſepho Zoppinio fundatas reſidentiæ onus annexum habere, dum in altra Cauſa *Senogallien. Cappellaniæ* data in *Folio Congregationis diei 16. Maii*, & definita *in Congregatione diei 6. Junii anni 1759.*, *Theſaur. Reſol. t. Sac. Congreg. ejuſdem anni Vol. IX. pag. 78.*, & 86. contra Sacerdotem Franciſcum Menzucchium binas Cappellanias, unam, quæ in Eccleſia S. Amici Caſtri Murri erecta erat. alteram, quæ, tertia erat ex ſeptem a Joſepho Zoppinio fundatis, retinentem, Dubio, quod proponebatur „ An conſtet de Incompatibilitate duarum Cappellaniarum, de quibus agitur, itaut ſit factus locus vacationi utriuſque, „ ſive potius alterius, & quæ vocaverit in caſu &c. *Reſpondit* Affirmative „ ad primam partem, & alterutram ex Cappellaniis eſſe dimittendam.

Addit ex Teſtamentaria Zoppinii diſpoſitione liquere, Cappellanias obtinere non poſſe, qui alias perpetuas incompatibiles haberent, Cappellanos ſacris functionibus perſonaliter intereſſe, intervenire debere, Bonorum, quorum fructus pro dote Puellarum aſſignavit, adminiſtrationem gerere debere, quæ omnia præciſam reſidentiam præferant, ideoque incompatibilis ſit Cappellania in Oppido S. Viti cum Cantoratu in Civitate Laureti: nec mutare, quod Cappellanis juſto impedimento diſtentis indulſerit Teſtator, ut per alios ſacra agere poſſent; non enim de impedimento illo verba Teſtatoris accipienda ſunt, quod quiſque ſibi voluntate ſua præſtare poteſt, ſed de eo, quod vel morbo, caſu, aliiſque ſimilibus eventis, cauſiſque involuntariis obvenit: neque ob id, quod pœnam pecuniariam injunxerit Teſtator iis, qui in ſervitio deſeciſſent, argui Jure poſſe eum cauſativam, non vero præciſam, & perſonalem reſidentiam voluiſſe; licet enim, quum contrariæ deſint conjecturæ, argui poſſit ex pœna adjecta cauſativam potius, quam præciſam reſidentiam Teſtatorem voluiſſe, ex oneribus tamen, quæ in hac ſpecie a Zoppinio data ſunt, quæque *per ſe* Cappellani implere debent, ſatis manifeſto argui Teſtatorem præciſam potius, quam cauſativam reſidentiam voluiſſe, & pœnam pecuniariam adieciſſe ad coercendam voluntariam Cappellanorum negligentiam, non ad inducendam cauſativam reſidentiam. Hæc Communitas S. Viti: a Seraphino nondum Libellum habuimus: Dubium, quod proponitur, eſt.

An Sacerdos Jo. Lucas Seraphini retinere poſſit una cum Cantoratu in Alma Domo Lauretana unam ex ſeptem Cappellaniis erectis in Oppido Montis S. Viti a quondam Joſepho Zoppini in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

TRIVENTINA PORTIONIS: Quatuor ſunt, præter Parochum, in Eccleſia S. Petri Oppidi Froſolonis Portionarii, qui, cum de decimis participent, & Choro intereſſe, & Parocho opem ferre debent. Duo ex his Portionariis deceſſerunt, alter anno 1742. alter anno 1745. Primi locum obtinere voluit Sacerdos Antonius Zampinius, qui tamen rejectus, uti incapax, a Clero, cujus eſt Jus eligendi, litem in Tribunalibus Urbis ſubſtinuit, & ſubſtinet: In locum ſecundæ Portionis, quam tenuerat Sacerdos de Abbate, ſuffectus fuit ab eodem Clero Sacerdos Joſeph Buono; Hunc tamen confirmare noluit Epiſcopus, neque illi vacuam Loci poſſeſſionem tradere. Confugit itaque ad hoc Sacrum Tribunal: Bis auditus fuit Epiſcopus, qui, cum diceret contradicto- *Sefs. 24. c. 18. de refor.*

tradictores esse Buoni, responsum accepit, ut terminum prefigeret ad Jura sua deducenda: nemo tamen adhuc venit in hoc Sacro Tribunali ad contradicendum. Hoc suspicionem injecit Buono, unum esse contradictorem Episcopum; Objicit itaque Episcopus nomine Parochianorum consuetudinem, qua eligi nequeant ad Portiones vacantes, nisi qui originarii sint ex eadem Parochiali Ecclesia S. Petri. Hanc consuetudinem nullam lege inductam, nullis actibus comprobatam, nisi facultativis, quod aliquo tempore electi fuerint originarii, posthabendam esse disputat Buonus, ne vis fiat liberæ facultati, quam Clerus habet eligendi: novem Parochianorum testimonium ex 1500. Parochianis despiciendum omnino esse, cum omnes hi novem, quos inter ipse Antonius Zampinius, vel sanguine, vel amicitia Zampinio conjuncti sint, quem vellet Episcopus, ut portionem haberet, licet urgeat dilemma, aut Zampinius portionem obtinebit in Judicio, aut causa cadet; si hoc erit, neutram portionem habere poterit; si vero in Judicio victor erit, & primam capiet, non secundam portionem, utramque enim obtinere nequit. Addit denique Buonus moram amplius non esse injiciendam, quia Ecclesia caret Sacris Ministris, nullique sunt, qui ad auxilium parocho præstandum sint apti, quos enim Sacerdotes Episcopus, ut Ecclesiæ necessitati consuleret, deputavit, sponte sua discessisse, & Ecclesiam deserviisse, ut aliis, quarum Parochi erant, præsto essent. Hæc Buonus. Unum causæ Caput est.

An, & cui sit adjudicanda Portio vacans per obitum quondam R. Joannis de Abbate in Ecclesia Rectorali S. Petri Frosolonis in casu &c.

Esse adjudicandam portionem Sacerdoti Josepho Buono.

Die Sabbathi 24. Augusti 1748.

DVÆ, quæ sequuntur, Causæ datæ fuerunt in *Folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 3. *hujus mensis*; sed definitæ non fuerunt: Prima non fuit proposita; Altera vero dilationem obtinuit *ad hanc Congregationem*. Poterunt itaque EE. PP. ad eas definiendas *Folium ultimæ Congregationis* iterum consulere.

Sess. 22. *c.* 4. *de Ref.*

FERETRANA ALTERNATIVÆ, qua quæritur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas.

Sess. 21. *c.* 17. *de Ref.*

SENOGALIEN. CAPPELLANIÆ, in qua ambigitur.

An Sacerdos Jo: Lucas Seraphini retinere possit una cum Cantoratu in Alma Domo Lauretana unam ex septem Cappellaniis erectis in Oppido Montis S. Viti a quondam Josepho Zoppini in casu &c.

Negative.

CASTEL-

CASTELLANETEN. SUBSIDIORUM: Species hujus Cauſæ habetur in *Folium Congregationis* habitæ *die 16. ſuperioris menſis Martii*, e quo ea repetere poterunt Amplißimi Patres. Dubium, quod proponebatur erat „ An, „ & cui debeatur ſubſidium, ſive pium Legatum Montis Juvenazij, de quo „ agitur in caſu &c.; *& Sacrum Tribunal in* Congregatione die 27. ſequen„ tis menſis Aprilis *reſpondit*: Deberi Catharinæ la Fratta „ Ad novum nunc venit Judicium hæc definitio, & quæritur.
An ſit ſtandum vel recedendum a Deciſis in caſu &c. *Seſſ. 25. c. 6. de Ref.*

In deciſis, & ampliùs.

ALBANEN.; Dedimus Cauſæ hujus ſpeciem, & rationes *in folio Congregationis* habitæ *die 27. tranſacti menſis Aprilis*: Cauſa ea die proponi non potuit, quod factum eſt in *Congregatione diei 11. Maii*: Quæſitum eſt „ I. An Taxa confecta, & approbata ab Eminentißimo Epiſcopo anno 1647. ſit „ ſervanda in caſu &c., *& quatenus negative*. II. An, & quomodo, & ad „ quam rationem debeantur Anniverſaria, de quibus agitur in caſu &c. *Reſponderunt EE. PP.* Ad I. Affirmative. Ad II. Proviſum in primo „ revocatur nunc definitio iſthæc in controverſiam, & ideo reſpondendum erit.
An ſit ſtandum, vel recedendum à Deciſis in caſu &c. *Seſſ. 22. decret. de obſerv. & evit. in cel. Miſſ.*

Dilata ad primam omnino.

ROMANA: Ortis duabus controverſiis inter Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Euſtachii, & Vicarium Curatum ejuſdem Eccleſiæ, quarum prima erat de oblationibus, quæ fieri ſolent a Parochianis in Benedictione Domorum die Sabathi Majoris Hebdomadæ; Altera vero erat de Capituli Decreto lato die 7. Maii anni 1724, quo Capitulum imperabat Vicario Curato, & duobus Cappellanis Choralibus, ut hi in orbem interceſſent ſtatis horis adorationi Auguſtißimi Sacramenti, cujus Expoſitio juxta legem Donationis ab Aloyſio Greppio factæ *Sodalitio* Sanctißimi Sacramenti, quod eſt in eadem Eccleſia, fieri debet Feria IV. cujuslibet Hebdomadæ, utque Vicarius Curatus Auguſtißimum Sacramentum exponeret, ac reponeret, Populoque benediceret, ſtipendium vero Cappellanis præſtandum Canonicus Sacriſta major exigeret a Camerario Sodalitii, ſuaque manu ſolveret Cappellanis, res delata fuit ad hoc Sacrum Tribunal, a quo rogatus Eminentißimus Eccleſiæ illius Titularis, ut ſententiam animi ſui aperiret, in utroque controverſiæ Capite ſecundum Capitulum reſpondit. Cauſa nunc proponitur, & Capitulum urget primum controverſiæ Caput, quod eſt de oblationibus Parochianorum, definitum fuiſſe tranſactione inita inter Capitulum, & primum Vicarium anno 1599., tranſactionem inde confirmatam fuiſſe in forma ſpecifica ab Urbano VIII Pontifice Maximo anno 1626., & cum lis adhuc acta fuerit, ſopitam eam fuiſſe re judicata Rotali, ut cognoſci poteſt ex *Dec. 368., & 412. cor. Molin., & dec. 185. vol. cor. Criſpo*; Decretum vero anni 1724., de quo alterum eſt controverſiæ caput, Juris diſpoſitioni convenire nec de poteſtate Capituli dubitandum eſſe, cum cognitißimum ſit Jus, faſque eſſe Capitulis decernere de iis, quæ ad diſciplinam, & Eccleſiæ ſervitium pertinent. Hæc Capitulum: a Vicario Curato nihil hactenus habuimus: Dubia ſunt.
Seſſ. 24 c. 12. de Ref.

I. *An oblationes, quæ fiunt a Parochianis S. Euſtachii Urbis tam in pecunia, quam in aliis rebus occaſione Benedictionis Domorum in Sabatho Sancto, quæ ſit a Vicario pro tempore, & reſpective ab aliis Sacerdotibus inſervientibus dictæ Eccleſiæ ſpectent ad dictum Vicarium, ſive potius ad Capitulum, ejuſque Sacriſtiam in caſu &c.*

II. *An ſit ſervanda reſolutio Capitularis edita die 7. Maij 1724. circa expoſitio-*

tionem, & Benedictionem Sanctissimi Sacramenti, quæ expletur in d. Ecclesia Feria IV. cujuslibet Hebdomadæ in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 23. c. 1. de Ref.

ASCULANA VICARIATUS PERETUI, ET EXERCITII MUSICÆ: Vicariatum perpetuum, cui Animarum cura est annexa, obtinuit anno 1730. Xaverius Felci in Ecclesia Cathedrali Civitatis Asculi, in qua ipse musicos etiam modos faciebat. In hoc munere, cum nullum ex eo detrimenti caperet alterum munus Parochi, singulis annis confirmatus fuit a Capitulo ad annum usque 1741., quo anno, cum inter ejusdem Ecclesiæ Mansionarios receptus fuisset Nicolaus Vignola, qui & ipse musicam artem callebat, non defuerunt Canonici, qui summa ope curarunt, ut novus hic Musicus in Præfectum musicæ eligeretur. Hinc studia in diversa Capitulum scissum est, Canonicis aliis Nicolaum Xaverio, aliis Xaverium Nicolao præferentibus. Ut Canonicorum dissidia componeret Episcopus transactionis author fuit, qua convenerunt, ut, & Xaverius, & Nicolaus munus illud tam in Ecclesia Cathedrali, quam in aliis Civitatis Ecclesiis alternis vicibus exercerent. Hanc transactionem servarunt Canonici ad annum usque 1745., quo tempore placuit Nicolaum Vignolam Præfectum Musicæ solum eligere; hinc ortæ inter Nicolaum, & Xaverium controversiæ, quas iterum composuit Episcopus hac ratione, ut eorum quisquis ad musicos modos in alijs Civitatis Ecclesiis agendos vocaretur lucrum, cum alio divideret.

Brevi hæc societas tempore dissoluta est, nam sequenti anno 1746., cum die quadam, qua solet haberi Capitulum, Archidiaconus, aliique abessent Canonici, qui præsentes erant, & proposuerunt, & statuerunt, ut juxta transactionem anni 1741. Xaverius, & Nicolaus in Cathedrali vicissim Musicam agerent. Xaverius continuo novi muneris possessionem accepit; Id ubi resciyit Archidiaconus, postulavit ab Episcopo „ ut circumscriberet electionem „ factam absque præconizatione contra Ecclesiæ Constitutiones, & Synodalia „ Præscripta, *utque inhiberet*, ne idem Xaverius audeat se in Officio prædicto „ ingerere. *Episcopus* prævia circumscriptione Capituli &c. mandavit pro bono pacis, & ut Ecclesiæ melius inserviatur, per modum provisionis, usquedum a Capitulo non fiat stabilis Provisio, quod R. D. Xaverius Felci admittatur in numero Musicorum, & juxta modum supradictæ concordiæ, cum exercere hoc in Ecclesia Cathedrali sit compatibile cum officio Curati, quod exercet in hac eadem Ecclesia: Injuncto tamen ei præcepto propter oppositam rationem, ut in posterum se abstineat agere Musicam in aliis Ecclesiis extra Cathedralem, „ displicuit Xaverio pars ultima Decreti, cum præseferret incompatibilitatem muneris Parochi cum officio Præfecti musicæ in aliis Ecclesiis extra Cathedralem, quam tamen incompatibilitatem nemo agnoverat per annos 17., quibus, & Parochum, & Musicæ Præfectum segesserat, neque agnoverat ipse Episcopus author transactionis, qua conventa fuerat participatio lucrorum, ideoque postulabat ab Episcopo, ut decretum moderaretur, præsertim cum ipse tenui annaria congrua sc. 30. non posset sine lucris Musicæ extra Cathedralem, se suamque Familiam alere.

Metuit Archidiaconus, ne, re melius perspecta, Decretum Episcopus moderaretur, & preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut Xaverius ad implendum Parochi Officium cogeretur, & aliud Musici munus deferendum ob incompatibilitatem utriusque. Data ab Optimo Principe postulationis hujus cognitione Sacro huic Tribunali, auditus fuit Episcopus, & Causa tribus collecta capitibus nunc proponitur. Xaverius nullam inter Parochi Officium, & munus Præfecti Musicæ incompatibilitatem esse contendit; Decretum Episcopi, qua parte transactionem servandam esse jussit, servandum disputat, non vero, qua parte vetat, ne Præfecturam Musicæ extra

Ca

Cathedralem exerceat, nullum enim hac in re Decretum dicit, & contra tenorem rationis latum; Purgat etiam se ab impictis criminibus in precibus ab Archidiacono oblatis Optimo Principi. Quid habeat Archidiaconus ignoramus, Causæ Capita sunt.

I. *An hodiernus Vicarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis Asculi possit in eadem Ecclesia Cathedrali exercere Musicam instrumentariam in casu &c.*

II. *An Provisio capta ab Episcopo subsistineatur in casu &c.*

III. *An præceptum injunctum ab Episcopo de non exercendo Musicam in aliis Ecclesiis extra Cathedralem sit confirmandum in casu &c.*

Ad primum Negative, & ad mentem.

AUXIMANA. Postularunt anno 1645. ab hoc Sacro Tribunali Canonici Cathedralis Ecclesiæ Auximanæ, qui tenues habebant Præbendas, ut duobus mensibus, quibus a Chori servitio vacationem habent, quotidianas eis liceret, ac si præsentes essent, distributiones percipere. Annuit Sacrum Tribunal „ arbitrio tamen Episcopi, *& ea lege*, ut eodem tempore duæ partes ex tribus „ eorumdem Canonicorum semper inserviant Ecclesiæ, & exceptis diebus solemnioribus, in quibus omnes inservire teneantur – *Arbitrium suum interposuit clar. mem. Cardinalis Verospius Episcopus*, & considerata eorumdem „ Canonicorum qualitate, ac illorum assiduitate, & frequentia in servitio „ Chori & Ecclesiæ, *Sacri Tribunalis rescriptum exequendum censuit*, reservato tamen non solum sibi, sed successoribus suis jure statuendi, & assignandi eisdem Canonicis certum, & determinatum tempus, quo illis abesse liceret intra dictum spatium duorum mensium, si forte vel temporum varietate, personarumque mutatione, vel alia causa Divinus cultus minueretur, & Ecclesia solito fraudaretur servitio. Duodecim ea tempestate in Cathedrali illa Ecclesia erant Canonici; iis additi fuerunt variis fundationibus alii octo, itaut nunc viginti Canonici Ecclesiæ serviant, & licet auctus fuerit, aucto personarum servientium numero, cultus Divinus, anno tamen 1721. Clar. mem. Cardinalis Spada Episcopus non assignavit Canonicis certum, & determinatum tempus, quo illis abesse liceret (quod jus sibi, suisque successoribus Cardinalis Verospius servaverat) sed Synodali Constitutione decrevit, ut inter Canonicos absentes vacationum tempore numerarentur, qui adversa valetudine præpediti Choro interesse non possent. *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

Hæc Synodalis Constitutio insuper habita fuit, & impune neglecta, dum in Episcopatu sederunt clar. mem. Cardinalis Pippia, & Episcopus Radicati Successores Cardinalis Spadæ, sed anno 1737. clar. mem. Cardinalis Lanfredinius Episcopus Auximanus Constitutionem illam ad alteram quasi vitam revocavit, voluitque, ut inter absentes nedum numerarentur Canonici ægroti, sed etiam honore usi, & rude donati, qui vulgo *Jubilati* nuncupantur. Grave id fuit Canonicis, quibus pene inutilis fuit indulgentia rescripti Sacri hujus Tribunalis editi anno 1645., cum aut non semper, aut non omnes vacationum beneficio frui possent; Preces itaque obtulerunt Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabant, ut vel rescriberet infirmos, & jubilatos non esse numerandos inter absentes, vel gratiam, quam anno 1645. ab hoc Sacro Tribunali obtinuerant, ita locum habere declararet, ut Canonici vacationum beneficio frui possent, dummodo pars eorum dimidia Choro semper adesset. Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, & auditus Episcopus respondit, privilegium indultum infirmis, & Jubilatis, ut inter præsentes numerentur, in eorum dumtaxat, non vero aliorum Canonicorum commodum cedere debere, in aliorum commodum cedere privilegium, si duas Canonicorum præsentium partes etiam Infirmi, & Jubilati constituere possint: ad cultum Divinum non fictam & præsumptivam, sed verum præsentiam necessariam esse: Gratiam vacationis per menses duos cum perceptione

distri-

distributionum quotidianarum a Jure communi deviam stricte esse interpretandam, ideoque *Jure* indulgeri non posse, ut Infirmi, & Jubilati præsentium numero habeantur, quo cæteri vacationibus gaudeant: An *ex gratia* id Canonicis dandum putat idem Episcopus, & causas numerat „ I. eorum laudabilis frequentia, & studium in Divinis Officiis persolvendis. II. quod vere „ plures Mansionariæ post Indultum Chori accesserint. III. quod reipsa, hoc „ tempore, non sit admodum facile, ut plures simul Indulti beneficio utantur „ quæ in causa fuerunt, ut ipse quoque Synodalis Constitutionis rigorem relaxaverit. Hæc Episcopus.

Proponitur nunc hæc Causa, & Canonici disputant *Jure* definiendum esse ab hoc Amplissimo Ordine, ut Infirmi, & Jubilati inter præsentes habeantur, ne beneficium iis ab hoc Sacro Tribunali datum anno *1646.* in detrimentum vergat, vel inutile sit, respondentque omnibus Episcopi rationibus, ut ex eorum Libello EE. PP. agnoscent, demumque postulant, ut saltem gratia illa anni *1646.* ita declaretur, ut iis abesse liceat vacationum tempore, dummodo pars eorum dimidia Choro semper intersit; Auctus enim est Canonicorum numerus, & cum Cardinalis Verospii tempore octo tantum interessent, inter quos Infirmi, & Jubilati numerabantur, si nunc decem Choro semper intersint, satis consultum erit cultui Divino, & Ecclesiæ servitio. Hæc Canonici; Onus nunc erit EE. PP. deliberandi, qua juris ratione duo hæc, quæ proponuntur, Capita, sint expedienda.

I. *An in vim Indulti vacationis ab hac Sac. Congreg. concessi die 3. Martii 1646. inter absentes a Choro censeantur comprehensi Canonici infirmi, & Jubilati ad effectum impediendi aliis Canonicis solitam vacationem; seu potius censeantur præsentes, itaut Constitutiones Synodales clar. mem. Cardinalium Spadæ, & Lanfredini non sint in hac parte servandæ in casu &c.* & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

II. *An Indultum sit extendendum in modum, ut medietas Canonicorum inservire debeat Ecclesiæ cum conditionibus contentis in d. Indulto in casu &c.*

Ad primum affirmative quoad primam partem, & Negative ad secundam.
Ad secundum Affirmative.

Sess. 25. c. 8. de Ref.

CAMERINEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM SUPER APPLICATIONE. Species hujus causæ repetenda est *ex Thesaur. Resol. Sac. Congreg. Vol. XII. pag.* 194. ubi eam integre dedimus: Proponebatur dubium -- „ An Communitas Campi Rotundi possit libere disponere de fructibus super ex„ tantibus ex hæreditate Pierfanctis Fanti, vel potius, an, & cujus favore sit „ consulendum Sanctissimo pro applicatione eorumdem fructuum in casu &c.„ Respondit tunc Sacrum Tribunal -- *Dilata & ad mentem* -- Mens fuit, ut inquireretur de numero dotium, quæ collatæ quidem fuissent, non tamen hactenus solutæ, & de quantitate pecuniarium, quæ superessent Omnibus impletis, proposita iterum causa fuit *die 29. Februarij* 1744., & respondit Sacrum Tribunal eidem dubio -- Ad primam partem negative: Ad secundam docto de superextantia reddituum supplicent in casibus particularibus -- ut cognosci potest ex *Thesaur. resol. Sac. Congreg. Vol. XIII. pag.* 46.; Consanguinei itaque Testatoris juxta hoc Rescriptum docere debebant fructus, & redditus superesse, ut pro Filiabus dotem ex iis consequi possent. Id cum brevi tempore fieri non posse agnosceret Jacobus Bonellius, ut Annæ Filiæ morem geretet, quæ Monasterio Sanctæ Agnetis in Civitate Tolentini nomen dare volebat, Censum scut. 300. contraxit, pecuniamque illam tradidit Monaste-

nasterio dotis nomine, impetrata tamen prius a Sanctissimo Principe, ut per hanc dotis solutionem nullum illatum detrimentum conferetur Juri obtinendi dotem ex superextantibus hæreditariis redditibus Petri Fanti.

Cum vero eorumdem reddituum non tenuis summa superesset, idque facile monstrari posset Sacro huic Tribunali, Bonelli aliorumque spem, & Eminentissimorum Patrum rescripta elusit superiori anno Communitas Campi Rotundi, quæ, nulla mentione habita hujus causæ, obtinuit a Summo Pontifice, ut erogare posset in reparationem molendini quantitatem scut. 548. ex redditibus superextantibus, atque hac ad gratiam obtinendam expressit „ Che „ sempre al Monte resta ozioſa una ſomma reguardevole, perlochè la Congre- „ gazione del Buon Governo, che presiede all' Amministrazione di d. eredità, „ ne fece ultimamente investire la ſomma di scut. 1200. in numero dieci luo- „ ghi di Monti Cammerali col vincolo delle Doti &c. oltre di che dalla disinem- „ brazione di detta ſomma non ne ridonda verun pregiudizio al Dotalizio di „ d. Zitelle, perchè essendo queste in poco numero per la scarsezza degl' Abi- „ tanti, le entrate correnti sempre sopravanzano alle donationi, come si rico- „ nosce dal deposito, che continuamente resta ozioso in d. Monte, ne potrà in „ avvenire crescere in numero delle Zitelle, anzichè sempre si anderà dimi- „ nuendo, perchè l' angustia non permette maggior numero.

Reddituum superextantium summa non integre absumpta fuit hac detractione in reparationem molendini, sed semper augetur, cum decrescat Dotandarum numerus Loci infrequentia, ut fassa est Communitas, & testificationem facit Plebanus. Franciſca itaque Castiglioni Vidua Jacobi Bonelli nuper defuncti postulat, ut ex his redditibus dos constituatur Annæ Filiæ, qua & censum, & fructus hactenus decursos redimere, ac solvere possit; casus enim particularis juxta rescriptum Sacri Tribunalis evenit, redditus qui superextant, summam constituunt sc. 1908., a quibus si demantur sc. 750. pro subsidiis quindecim Fuellarum (quæ tamen neque omnes viro maturæ sunt, neque dotale subsidium obtinendi jus habere possunt, ut idem ait Plebanus) superexit summa sc. 1158., quæ fortasse etiam excresceret, si copia daretur inspiciendi libros ad ministrationis. Demum urget spectandam esse præsumptam testantis voluntatem, qui voluisset potius dotem monasticam dari inopi consanguineæ suæ, quam redditus erogari in reparationem molendini Communitatis. Hæc habet Franciſca: a Communitate nihil hactenus habui mus: duo dubia proponuntur.

I. *An constet de superextantibus reditibus hæreditatis Petri Sanctis de Fantibus*, & quatenus affirmative.

II. *An, & ad cujus favorem, & pro qua summa sit consulendum Sanctissimo pro applicatione eorumdem in casu &c.*

Consulendum Sanctissimo pro applicatione subsidiis scutorum trecentum favore Mariæ Theresiæ, & in reliquis firmetur status.

NEPESINA: Testamento Franciſci Negrini, qui ortus fuerat Bugnati, atque Incola erat Campaneani, scriptus fuit hæres non tenuis hæreditatis Joseph Negrinius filius fratris testatoris, cui his verbis ita substituit Testator „ al qual Sig. Giuseppe sostituisce li suoi figli maschi, e figli de figli in infi- „ nito sempre maschi, e finita la linea mascolina del medesimo Sig. Giuseppe, gli sostituisce il Sig. Pietro Francesco Negrini altro suo Nipote, e suoi „ figli maschi in infinito, e morendo d. Sig. Pietro Francesco senza figlioli „ maschi, e finita la linea mascolina del medesimo, gli sostituisce il Sig. Carlo „ Bartolomeo Negrini altro suo Nipote, e figli maschi, e figli de figli sempre „ maschi in infinito, e morendo detto Sig. Carlo Bartolomeo senza figlioli maschi

Sess. 25. c. 6. de ref.

„ chi, e finita la linea mascolina del medesimo, gli sostituisce il Sig. Angelo
„ Maria Negrini parimente altro suo Nipote, e suoi figli maschi, e figli de
„ figli sempre maschi in infinito. *Demum Testator considerans casum defectus*
„ *omnium substituit* per fideicommisso, e vuole che succeda in tutti li suoi, e
„ singuli Luoghi de Monti Camerali, e non Vacabili la Communità di Bugnato
„ sua Patria &c. e i frutti de' luoghi de Monti la suddetta Communità dovrà
„ agirli per servizio, e benefizio della Communità medesima per sollievo del
„ Popolo a pagar li pesi Communitativi, e non per altro fine: *In bonis vero*
„ *immobilibus, censibus, juribus, aliisque rebus hæreditariis substituit* la
„ Ven. Compagnia del Santissimo Sacramento eretta nella Chiesa Collegiata
„ di S Gio. Battista di Campagnano con l'obligo, che li Fratelli di essa Ven.
„ Comgagnia debbano eleggere un Cappellano Sacerdote, e Confessore di buoni
„ costumi &c.

Post obitum Testatoris delata fuit hæreditas ad Josephum hæredem scriptum, eoque defuncto, ad Franciscum ejus filium, qui nuper decessit, una relicta filia minori Livia, & cum prædecessissent Patrus Franciscus, Carolus Bartolomeus, & Angelus Maria Negrinii substituti, nullis relictis liberis, Communitas Bugnati, & Sodalitium Sanctissimi Sacramenti Campaneani, dejecta Livia a possessione bonorum, & Locorum Montium, omnia occuparunt Jure fideicommissi. Parabat Livia Judicem adire, ut vel spolii purgationem obtineret, vel saltem immissionem peteret ad bona fideicommissaria contra extraneos substitutos, sed cum pecuniæ ob summam egestatem, in quam dejecta est hac bonorum, quæ a suis majoribus veniunt, occupatione, deficerent, satius duxit præces offerre Sacratissimo Principi nostro, ut ex bonis fideicommissariis alimenta, & dotem prætari juberet. Data fuit postulationis hujus cognitio *pro Voto* Sacro huic Tribunali, & auditis jam Episcopo Nepesino, & Novariensi, in cujus Diœcesi Bugnatum est, unde testatori origo erat, Causa nunc proponitur, postulatque Livia dotis constitutionem in duabus ex tribus partibus totius pinguis Patrimonii Fideicommissarii.

Fundamentum postulationis est in subsidiaria vocatione fœminarum ad hoc fideicommissum, quam adimere non valent, nec contemplatio agnationis, nec mentio lineæ masculinæ etiam in parte dispositiva, neque vocatio masculorum ex masculis sive explicita, sive collectiva sub generalibus vocabulis filiorum, & descendentium masculorum, sed ad eas excludendas in concursu extranei substituti requiritur omnino expressa fœminarum, & masculorum ex eis descendentium literalis exclusio *per modum regulæ*, ut nostri ajunt, quæ hic deficit; ita enim hactenus docuerunt uno consensu Doctores omnes, ita omnia judicarunt Tribunalia, in quibus vox naturæ exauditur clamantis non posse præsumi testatorem eo perveniss̃e, ut quando agnatio, & masculina qualitas, defectis omnibus masculis, servari amplius non posset, voluerit potius præferri extraneos, immo duo corpora intellectualia, qualia sunt Communitas, & Sodalitium, foeminis, quæ ortæ sunt ex corpore hæredis, quæ sunt de sanguine, & contentiva familia ipsius Testatoris; Agnatio enim, & qualitas masculinitatis tam ex parte generantis, quam generati, faciunt, ut Testator præferre voluerit Agnationem atque Agnator cognationi, & cognatis, non vero ut præferre voluerit extraneos cognationi, & cognatis, nisi id, quod absurdum est, nullaque ratione præsumi potest, expresse, & literaliter dixerit.

Addit Livia responsum acutissimi Papiniani, cujus nomen nulla unquam ætas, nulla oblivio delere poterit, ex ipsis naturæ fontibus ingenuis hausturn, quod est in *l. cum Avus ff. de condit. & demonstration.* quod laudarunt, probaruntque Imperatores *in l. cum acutissimi cod. de fideicom. & in l. generaliter §. cum autem cod. de instit. & substit.* cujus responsi vim non assequuti interpretes vulgo putant locum dumtaxat habere in dispositionibus ascendentium, sed quod ex eadem pietatis, & legis naturalis ratione locum sibi vindicare etiam in dispositionibus transversalium, qui prole carentes jacturam familiæ effec-

tivæ

ctivæ reparant in filiis fratrum, & agnatorum, primi nominis Jureconsulti rectissime docuerunt. Addit plurimas alias conjecturas ex integro testamenti contextu deductas, ex quibus omnibus censet subsidiariam vocationem insiciari non posse.

Constituta itaque vocatione, transgreditur Livia ad postulationem, ut statuatur dos in duabus ex tribus partibus totius fideicommissi; Deficientibus enim bonis maternis, ut ex facto monstrat, & paternis ære alieno absumptis, circumstantiæ omnes suadent, ut pro dote unicæ Puellæ in concursu extraneorum substitutorum Judicis arbitrium ita interponi debeat, ut, si opus esset, etiam integrum fideicommissum possit evertere. Hæc est summa libelli dati a Livia: A Communitate, & Sodalitio nihil habuimus: dubium unum est.

An sit conservandum Sanctissimo pro constitutione Dotis favore Liviæ Negrini super Bonis Fideicommissariis Francisci senioris de Negrinis, & quomodo, & in qua quantitate in casu &c.

Negative.

Die Sabbathi 14. Sept. 1748.

DEfinitio duarum, quæ priori loco sequuntur, Causarum *ad hanc Congregatione* dilata fuit in ultima *Congregatione* habitæ *die* 24. transacti *mensis Augusti*, & ideo rogantur Amplissimi Patres, ut ad eas expediendas *Folium ultimæ Congregationis* iterum consulant.

ALBANEN. cujus dubium est. *Sess.* 22. *dec. de observ. & edit. in celeb. Miss.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

ROMANA, cujus duo sunt Capita.

I. *An obligationes, quæ fiunt a Parochianis S. Eustachij Urbis tam in pecunia, quam in aliis rebus occasione Benedictionis Domorum in Sabbatho Sancto, quæ fit a Vicario pro tempore, & respective ab aliis Sacerdotibus inservientibus dictæ Ecclesiæ spectent ad dictum Vicarium, sive potius ad Capitulum, eiusque Sacristiam in casu &c.* *Sess.* 24. *c.* 12. *de Ref.*

II. *An sit servanda resolutio Capitularis edita die* 7. *Maij* 1724. *circa expositionem, & Benedictionem Sanctissimi Sacramenti, quæ expletur in dicta Ecclesia Feria IV. cujuslibet hebdomadæ in casu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam, & amplius. Ad II. Affirmative.

ROMANA, SEV CAMERINEN. RESTITUTIONIS IN INPEGRUM: Species omnis hujus causæ habetur in *Folio Congregationis* habitæ *die* 22. superioris *mensis Junii*: rescripsit ea die Sacrum Tribunal: *Dilata, & coadiuventur probationes*: Imperio Amplissimorum Patrum, quantum potuit, obsequutus est P. Silvester, & alios quinque testes nunc proponit, servata nupera Constitutione Sacratissimi Principis: postulat itaque, ut definiatur. *Cap.* 19. *sess.* 25. *de Reg.*

Negative.

Sess. 24. c. 1. de Ref.

LUCEORIEN. NULLITATIS MATRIMONIJ SUPER ALIMENTIS ET SUMPTIBUS LITIS: Invita, & reluctans imperio Patris matimonium contraxit nobilis Virgo Joanna Czacka ingenti dote spatio quatuor pene annorum, quibus vixit domi viri sui, numquam cum eo fese, ut asserit, junxit; renuens individuam corporum, & lecti consuetudinem. Pertæsus vir inutilis sibi oneris eam ipse ad Paternos lares reduxit, & mundum muliebrem, omnemque fœmineam suppellectilem restituit, atque ita divortium bona gratia factum fuit: mox lite de matrimonii nullitate contestata, & postulante Joanna alimenta, & sumptus litis, Judex ad causæ cognitionem delegatus decrevit præstanda esse viro annua sc. 1600. Appellavit vir, adiitque Tribunal Signaturæ Justitiæ, sed bis rejectus fuit; Nihil tamen obtinuit Joanna, quia Com: Petrus parere recusans eo devenit, ut non dubitaverit censuras Ecclesiasticas spernere, & declarationem excommunicationis; Romam inde pervenjus obtinuit, ut summum Signaturæ Gratiæ Tribunal adire posset, jubente R. P. D. Auditore Sanctissimi, ut *per modum provisionis subministral ret Joannæ sc. 1000. in causam declarandam*. Proposita demum Causa in Signatura Gretiæ, rescriptum fuit „ Ad Sacram Congregationem Concilij „ etiam cum facultate taxandi alimenta, firmo remanente Decreto R P. D. „ Auditoris, etiam cum facultate augendi provisionem in causam declarandam. Post hoc rescriptum postulavit Joanna, ut mandaretur jurisdictio Judici Delegato, ut Testes formiter examinari possent, & post longas moras postulatio isthæc exitum habuit. Postulavit quoque, ut augeretur summa præstanda in causam declarandam, nam summa, quæ Decreto R. P. D. Auditoris Sanctissimi solvenda erat, longe post soluta fuit, & Joanna ære alieno pressa impar erat ad illud dissolvendum summa soluta. Decrevit igitur R P. D Secretarius subministrationem scut. 150., sed Com: Petrus illico adiit Eminentissimum Sac. Congregationis Præfectum, a quo petitio ad hoc Sacrum Tribunal remissa fuit; satius itaque duxit Joanna tricas omnes præcidere, & pecunijs fœnori acceptis, Proceſſum Judicialem nullitatis matrimonii conficere; Eo expleto, cum causa esset proponenda, urgente tamen alimentorum, & sumptuum litis necessitate, coacta fuit Joanna præmittere hoc judicium, quo postulat alimenta in integris fructibus dotis scilicet in annuis scut. 2000., & restitutionem fructuum perceptorum a viro ab anno 1742. Rationes hujus postulationis legent Eminentissimi Patres in ejus libello jurium: a Com: Petro nihil hactenus habuimus: dubium, quod proponitur, est.

An, & in qua summa debeantur alimenta, & sumptus litis in casu &c.

Subministratis scutis mille in causam declarandam, proponatur Causa una cum alia super negocio principali in secunda post Aquas, & amplius.

Sess. 24. c. 12 de ref.

UMBRIATICEN. RESIDENTIÆ: Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Umbriatici sex constat Dignitatibus, & septem Canonicis, nec tamen omnes Cathedrali serviunt. Inter Canonicos sunt quatuor, inter Dignitates Primicerius est, qui nati in Oppido *del Ciro*, in eo moram trahunt, nel ullum Cathedrali servitium præstant, vestigia prementes Episcopi, qui in eodem Oppido residet, & die solum Festo S. Domati Titularis Ecclesiæ Cathedralis se

con-

confert Umbriaticum. Residentes itaque Canonici, & Dignitates, adito Episcopo, postularunt, ut absentes ad residendum compelleret, sed absentes Sacratissimo Principi nostro preces obtulerunt, quibus postulabant Indultum, ut possent abesse, quia nullam habeant Præbendam, & emolumenta. Data hujusce rei cognitione Amplissimis Patribus, auditus fuit Episcopus, qui refert plurima Sacri hujus Tribunalis rescripta, & Synodi Diœcesanæ coactæ anno 1729. sedente Episcopo Loyerio Constitutionem, quibus decretum est, ut nullis obstantibus excusationibus defectus emolumentorum, & Præbendæ, insalubritatis aeris, & similium compellerentur absentes ad residendum Umbriatici; At parte ex alia nullas esse dicit Præbendas, nullas distributiones quotidianas, tenuem esse Massam, ut hoc casu locus esse nequeat dispositioni Sacrorum Canonum de residentia: Præsertim quia, cum hi absentes resideant *in loco tationis Episcopi*, ubi est Tribunal, ubi functiones Pontificales aguntur, & Divinis assistant, pro absentibus absolute haberi non possint; Decreta Synodi *ex tolerantia Episcoporum* exequutionem non habuisse; Paucos esse Umbriatici naturales Sacerdotes, eosque ad Canonicatus obtinendos minus aptos. Censet itaque futuris quidem vacationibus consuli posse, præstito sive alienigenis, sive Dioecesanis sacramento de residendo; Absentes vero non esse ad residentiam compellendos, quia reperiri non posset, qui sedes Canonicorum impleret. Contra hæc, quæ ab Episcopo scripta sunt, disputant residentes, qui, omnibus rejectis, postulant compelli Primicerium, & quatuor Canonicos poena privationis: onus erit Amplissimorum Patrum ea, qua præstant, prudentia, decernere.

An, & quibus pœnis Primicerius, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis Umbriaticen. absentes congendi sint ad residentiam in ipsa Civitate Umbriatici in casu &c.

Affirmative, & Episcopus cogat ad residendum præfixo termino duorum mensium sub pœna privationis, & certioret de exequutione.

POLICASTREN. MATRICITATIS. Duæ sunt in Civitate Rivelli Diœcæseos Policastrensis Ecclesiæ Parochiales, altera S. Mariæ de Podio, altera S. Nicolai. Prima vetustis temporibus Ritus Græci erat, inde ad Latinum transiens, & in Collegiatam erecta, Canonicis decorata fuit, licet nunc, qua de causa ignoratur. hoc amplius non fruatur honore: Altera S. Nicolai Latinum semper ritum servavit simpliciter Parochialis. Harum Ecclesiarum, quæ sit antiquior, non constat: ambæ suas filiales Ecclesias habent cum in Civitate, tum extra, ambæ Parochianos habent non certis Regionibus circumscriptos, sed per Familias, quæ in Civitate huc illuc sunt: Alienigenæ, qui ad eam Civitatem incolendam veniunt, quam ex iis malint propriam Parochiam eligere possunt: Utraque Fontem habet Baptismalem, & proprium Territorium ab alterius Territorio distinctum, ut Sacræ Pompæ, seu Processiones ab unaquaque ducantur: Habet etiam utraque præter Cantorem, & Vicarium, satis conspicuum Sacerdotum numerum, & Parochum Archipresbyteri titulo honestatum, qui Parochi, sive Archipresbyteri ambo per concursum eliguntur, ambo in propria Ecclesia æqualem habent authoritatem, & in Funeribus, & Sacramentorum ministratione æqualia percipiunt emolumenta. *Sess.24.c.13. de ref.& sess. 21.cap. 4.de ref.*

Reciprocus est in Processionibus Cleri accessus ad utramque Ecclesiam, utraque Crux erigitur, Sacerdotes utriusque Cleri promiscue incedunt, servata tantum inter eos temporis prærogativa, Archipresbyteri quoque pari passu stolam gerentes incedunt, nisi quod Archipresbyter S. Nicolai dexteram, ille vero S. Mariæ sinistram tenet. Longum esset omnia recensere, e quibus con-

stat, paucis quibusdam exceptis, duos hos Archipresbyteros, duasque Parochiales Ecclesias esse pares. Anno 1725. petentibus Incolis Vici, seu, ut ajunt, Casalis *del Bosco* erectionem eorum Ecclesiæ D. Mariæ Gratiarum in Parochialem, ob vias abruptas, interpositionem Flumînis, & distantiam a Civitate Rivelli, qui tunc Ecclesiæ Policastrensi præerat, Episcopus, auditis utrisque Archipresbyteris, ad quos promiscue Incolarum familiæ pertinebant, eamdem Ecclesiam D. Mariæ Gratiarum in Parochialem, seu Vicariam perpetuam erexit, pluribus adiectis Legibus, & conditionibus, quæ utrique Archipresbytero æque faverent. In hac tamen honoris, dignitatis, muneris, atque officiorum paritate Archipresbyter, & Clerus S. Nicolai propriam Ecclesiam *Matricem*, alteram vero S. Mariæ de Podio *Filialem* voce, scriptisque nuncupantes commoverunt Archipresbyterum, & Clerum S. Mariæ de Podio, ut ad hoc Sacrum Tribunal querelas deferrent: Causa itaque nunc IV. collecta capitibus definienda proponitur.

I. *An constet de vera Matricitate Ecclesiæ S. Nicolai respectu Ecclesiæ S. Mariæ de Podio* ? & quatenus negative.

II. *An, & sub qua pœna prohibendum sit Archipresbytero, & Clero dictæ Ecclesiæ S. Nicolai denominare filialem dictam Ecclesiam S. Mariæ de Podio in casu &c.*

III. *An constet de validitate erectionis Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum in Parochialem, seu Vicariam perpetuam in casu &c.* & quatenus affirmative.

IV. *An constet de Filialitate d. Ecclesiæ Parochialis, seu Vicariæ perpetuæ S. Mariæ Gratiarum, tam respectu Archipresbyteralis Ecclesiæ S. Mariæ de Podio, quam illius S. Nicolai in casu &c.*

Non proposita.

Sess. 5. c. 2. de ref. & sess. 24. cap. 4. de ref.

PIENTINA PRÆDICATIONIS: Disputatio hujus Causæ est, an Præpositus Pierius in Cathedrali Pientina Parochus teneatur inter sacrum agendum ad Evangelii explicationem, seu potius id incumbat Episcopo: Urget Præpositus Sacrorum Canonum apertissimam dispositionem, qua cautum est, ut Episcopus *per se ipsum* munus hoc explere teneatur, ideoque non posse Parochos Cathedralium pœna suspensionis a Divinis compelli, ut id agant festis diebus, quibus Episcopus in Cathedrali præsens esse debet. Hac ratione renuit semper obtemperare Pierius. Hac de re questus est Promotor Fiscalis in hoc Sacro Tribunali. Non inficiatur Episcopus hoc sibi munus incumbere, & cum gravioribus Curis distentus, quibus Pastorale officium carere non solet, prædicationem *per se ipsum* explere non potest, teneri Parochum putat, ne desit, qui Sacrum Evangelium explicet: Hæc quæstio est definienda: Dubium est.

An Parochus in Ecclesia Cathedrali Pientina teneatur diebus Festivis in actu celebrationis Missæ Parochialis ad Evangelii explicationem in casu &c.

Affirmative.

Sess. 25. c. 11. de Ref.

REATINA SUBROGATIONIS BONORUM: Postularunt a Sacratissimo Principe nostro Jacobus, & Dominicus Fratres Livii, ut facultas iis concedatur substituendi tot bona immobilia in locus undecim Locorum montium non vacabilium, quæ pro dote Cappellæ erectæ in Oppido Greciæ constituit Livius Livii, a quo Juspatronatus activum, & passivum relictum fuit iis, qui essent de Domo Livii. Data fuit postulationis hujus cognitio Amplissimis Patribus, & auditus Episcopus secundum eos respondit. Fundamentum hujus permutationis est in utilitate Cappellaniæ, quæ ex immobilibus perciperet

ciperet quotannis sc. 44. contra vero e Locis montium percipit annua sc. 33., e quibus demenda sunt exactoris stipendium, aliaque onere, quibus, hisce præsertim temporibus, Loca montium obnoxia sunt, neque ad supplendum teneri hæreditatem Livii, quia Loca montium relicta fuerint taxative, non demonstrative juxta cognitissimam in hac quæstione distinctionem; nec obesse hypothecis, quæ forte nunc lateant, Bona immobilia obnoxia esse posse, quod huic periculo facile possit occurri, cum parati sint Fratres alia eorum Bona huic hypothecæ supponere: Hæc summa est Liviani Libelli: Judicent Eminentissimi Patres.

An sit concedenda petita subrogatio, sive permutatio in casu &c.

Negative.

Die Sabbathi 23. Novembris 1748.

POLICASTREN. MATRICITATIS: Data fuit hæc Causa in *folio ultimæ Congregationis* habitæ *die* 14. *transacti mensis Septembris*, sed non fuit ea die proposita. Proponitur nunc, & poterunt EE. PP. *Folium illius Congregationis* iterum consulere, ut IV. Dubia, quibus illa constat, expediant. *Sess.24. c.13. de Ref. & Sess. 21. c.4. de ref.*

I. *An constet de vera Matricitate Ecclesiæ S. Nicolai respectu Ecclesiæ S. Mariæ de Podio?* & quatenus negative.

II. *An & sub qua pœna prohibendum sit Archipresbytero, & Clero d. Ecclesiæ S. Nicolai denominare filialem d. Ecclesiam S. Mariæ de Podio in casu &c.*

III. *An constet de validitate erectionis Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum in Parochialem, seu Vicariam perpetuam in casu &c.* Et quatenus Affirmativè.

IV. *An constet de Filialitate dictæ Ecclesiæ Parochialis, seu Vicariæ perpetuæ S. Mariæ Gratiarum, tum respectu Archipresbyteralis Ecclesiæ S. Mariæ de Podio, quam illius S. Nicolai in casu &c.*

Ad I. Negative, firmis remanentibus resolutionibus, alias captis Anno 1746. Ad II. Affirmative sub pœnis arbitrio Episcopi. Ad III., & IV. scribatur Episcopo pro Informatione, & Voto.

FERETRANA ALTERNATIVÆ. Imperio EE. PP. hæc Causa proponitur, qui in *Congregatione* habita *die* 24. Septembris *mensis Augusti* rescripserunt: *Dilata ad Primam post Aquas*: Data primam fuerat in *Congregatione* diei 11. *mensis Maij hujus anni*, sed definita fuit *in Congregatione* habita *die* 22. *Junii*, Dubioque, quod proponebatur „ An sit servanda Alternativa per Cappellanum Curatum in celebratione Missarum, aliisque Parochialibus muneribus in casu &c. responsum fuit Negativè, & servetur solitum ante Decretum Episcopi Calvi„ Redit nunc itaque ad novum Judicium, & respondendum est. *Sess. 24. c. 4. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

URBE-

Sess. 23. c. 4. de Ref.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS: Variavis ac Tribunal in hac Causa, quæ duobus Dubiis primum proposita fuit *in Congregat* habita *die 2. Decembris* 1744. De Primo Dubio nulla amplius quæstio est: Alterum „ Dubium erat „ An sit locus erectioni alterius Fontis in Ecclesia SS. Georgei, „ & Christinæ Vulsinii in casu &c. „ Huic Dubio responsum fuit „ Negative, „ & ad mentem, & mens est, ne Ecclesia Sanctissimi Salvatoris debitis fraude- „ tur obsequiis „ Displicuit hoc responsum Capitulo Ecclesiæ SS. Georgei, & Christinæ, & ad novum venit judicium *in Congregatione* habita *die 3.* superioris mensis *Augusti*. Proposito itaque Dubio „ An sit standum, vel rece- „ dendum a Decisis super secundo Dubio proposito die 2. Decembris 1744. „ in casu &c. „ responsum fuit „ Prævio receptu a decisis affirmative, & Epi- „ scopus incumbat omnino, ne Ecclesia Sanctissimi Salvatoris debitis fraude- „ tur obsequiis „ Iterum itaque Causam agi voluerunt Habitatores Regionis Castelli, & nunc definiendum erit.

An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 6. de Ref.

VALLISOLETANA; Species hujus Causæ habetur *in folio ultimæ Congregationis die* 11. *mensis Maii hujus anni*. Indulta tamen fuit Propositionis *Dilatio ad Congregat. diei* 13. *Julii*: qua die proposito Dubio „ An fructus „ Beneficii, de quo agitur, debeantur Dominico in casu &c. „ respondit Sac. Tribunal *Negative*: Retractari nunc hoc Judicium postulat Dominicus, & ideo respondendum est.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & ampliùs.

Sess. 24. c. 1. de Reform. Matr.

LISBONEN. MATRIMONIJ: Ex *folio Congregationis* habitæ *die* 23. *Septembris anni* 1747. poterunt EE. PP. omnem Causæ hujus historiam repetere. Pluries post illam *Congregationem* proposita fuit, sed numquam „ definita, indultis „ dilationibus, quæ petebantur, donec in *Congregatione* habita *die* 10. *Februarii hujus anni* rescriptum fuit Dilata, & ad mentem, & „ mens est, quod committatur Nuncio Apostolico juxta Instructionem: Instru- „ ctio autem ad Nuncium Apostolicum missa hæc fuit: Ut prævis interrogato- „ riis dandis ex officio a Promotore Fiscali illius Tribunalis, & dato etiam „ Defensore Matrimonii, si nullus ex parte Ludovici Francisci Sanchez de „ Baena Defensor assistat, Testes a Puella Violante Josepha Hentiquez de „ de Almada inductos, aliosque forsan inducendos formali examini subimiceret, „ cæterasque probationes ab utraque parte afferendas formiter, ac servatis ser- „ vandis reciperet, necnon Processum ita compilatum ad Sacram Congrega- „ tionem transmitteret, & ulterius liberam voluntatem supradictæ Puellæ ex- „ plorare, & de ea Sacram ipsam Congregationem certiorare non omitteret, „ tributa in hunc finem eidem Nuncio Apostolico facultate illam transferen- „ di, & collocandi, quatenus opus fuerit, in alio sibi benevisо Monasterio: Quid post hæc gestum fuerit audient EE. PP. ex Libellis Partium: nos enim Dubium ipsum nondum expeditum subijcimus.

An constet de nullitate Matrimonij in casu &c.

Dilata ad sequentem.

SIPON-

SIPONTINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM: Proposito in *Congregatione* habita *die* superioris mensis *Junij* Dubio hujus Causæ „ An sit locus restitutioni in integrum in casu &c. „ Respondit Sacrum Tribunal *negative*: sed impetrata a Fr. Ludovico a Rhodio nova Audientia, Causaque iterum proposita in *Congregatione* habita *die* 13. *Julij* responderunt EE. PP. „ „ Dilata, & ad mentem, & mens est, ut scribatur Archiepiscopo juxta instruc- „ tionem: *Instructio autem hæc fuit*: Ut Archiepiscopus sive per se, sive „ per idoneam, & fide dignam Personam a se subdelegandam omnes adhibe- „ ret diligentias in Conventu Terræ S. Joannis Rotundi pro reperienda fide „ Baptismatis Fr. Ludovici exhibita in actu susceptionis habitus, & emissæ „ Professionis, illamque transmitteret, seu de resultantibus certioraret; Præ- „ terea d. F. Ludovicum formali subijceret examini super scientia defectus suæ „ ætatis, quomodo nimirum, quave occasione, & a quo præciso tempore „ defectum ipsum agnoverit, ac hujusmodi examen servatis servandis compi- „ latum ad Sac. Congregationem transmitteret, demunque inquireret, an „ dictus Fr. Ludovicus in Sacrotum Ordinum susceptione ad probandam ætate- „ tem pro quolibet Sac. Ordine requisita Fidem Baptismi exhibuerit, & quam, „ vel quomodo in ipsius Promotione de legitima ejus ætate constiterit „ Implevit mandata Archiepiscopus: Sacerdos Marcellus Bramante, cui ab Archiepiscopo munus datum fuerat inquirendi Fidem Baptismatis in Conventu S. Joannis Rotundi, nihil invenit: Ex Actis Ordinationum compertum est Fr. Ludovicum Sacros Ordines suscepisse, nulla edita fide Baptismatis, sed literis dumtaxat editis Dimissorialibus P. Provincialis, atque impetrata ætatis venia ab Optimo Maximoque Pontifice Clemente XII. Ipse demum Fr. Ludovicus examini, & Interrogationibus subjectus tempus narrat, atque occasionem, qua de legitimæ ætati defectu certior redditus fuerit. His omnibus cognitis, potuerunt nunc EE. PP. definire. *Sess.24. c.13. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata, & scribat Defensor Professionis.

PISANA SUBSIDIORUM DOTALIVÆ. Novo Amplissimi Ordinis judicio subijcitur hæc causa, quæ *die* 3 *Augusti Labentis anni affirmativo responso* fuit definita; Poterunt itaque EE. PP. *folium illius Congregationis* consulere, ut respondeant. *Sess. 23. c.6. de Ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis.

Non proposita.

XANTONEN., SEU ORDINIS CLUNIACENSIS: Ut nullam dicat, quam emisit, Professionem, in integrum restitui postulat Joseph Capot de Barestin, qui sexdecim annos natus, vi, metuque a Parentibus illato adactus fuit, ut Cluniacensi Ordini nomen daret. Mater enim, ne divisis inter Filios Paternis opibus, Jacobus Primogenitus minus commodam ageret vitam, curavit, ut ex resignatione Francisci Gose sui consanguinei conferretur a Sede Apostolica Josepho nato minori Regulare Beneficium, Camerariatus nempe in Conventuali Prioratu S. Maritini de Leyrach Ordinis Cluniacensis. Cum autem Beneficium illud retinere non posset, nisi sacras illud retinere non posset, nisi sacras illius Ordinis Vestes susciperet, Mater, Pater, & qui Beneficium resignaverat, Patruus Magnus Franciscus Gose omuem moverunt lapidem, ut Josephum reluctantem, renuentemque a proposito mentis suæ dimoverent. Quia vero precibus, blanditiisque nihil profecerunt, ad minas, & verbera se converterunt. Patris tanta fuit inhumanitas, ut non verbis solum, sed re ipsa sese paratum monstraverit aqua igne, ferrove filio *Sess.25. c.19. de Reg.*

mor-

mortem inferre, in Monasterium ingrederetur, aut si probationis annum agens vim metumque illatum aperiret. Necesse itaque fuit Josepho, ut pareret: Plures quidem probationis tempore literas dedit ad Patrem, quibus petebat, ut sineret reditum suum ad lares patrios; nullum tamen responsum umquam accæpit. Probationis tempore exacto, lacrymans Professionem emisit die 24. Aprilis anni 1727. tanti animi mœstitia, tantaque mentis perturbatione, ut in schedula Professionis pro die 22. Aprilis scripserit die 22. Februarij. Pluries inde cum Amicis, consanguineis, Monachis de vi memetuque a Parentibus sibi illato questus est, sæpe sui impatiens, scitis Vestibus, animum aperuit a Religiosa severitate abhorrentem: numquam, vel fere numquam Præfectis Monasterio obtemperavit; Ordinis munera numquam subire voluit; sæpissime a Parentibus veniam postulavit, ut Professionem suam nullam dicere posset, sed minas accæpit, non veniam. Defuncto tandem Patre die 9. Martii anni 1742. continuo ad hoc Sacrum Tribunal confugit, ut in Integrum restitueretur. Mandata fuit Jurisdictio Episcopo Xantonensi, ut Processus Judiciales conficeretur. Confectus fuit Processus, citatis consanguinei, Præfectisque Ordini Cluniacensi. Xantonenses Episcopatu succesit, censuerunt secundum Josephum esse respondendum. Causa nunc Amplissimis Patribus definienda proponitur, Dubio.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess 22. c. 9. & sess. 25 c. 12. de ref.

SATRIANEN., SEV CAMPANIEN. JVRISPATRONATVS: In Parochiali Ecclesia S. Mariæ Græcorum Caggiani erat Cappella *S. Mariæ Tectis* fundata, atque erecta a Majoribus trium Fratrum Gentis Oliva nempe Archipresbyteri Melchiorris, Chrisostomi, & Alexandri. Hi Fratres anno 1573. eamdem Cappellam suis bonis dotarunt „ cum reservatione Jurispatronatus, & præsentandi, ac nominandi Cappellanum ad eam, quandocumque vacare contigerit pro se ipsis, hæredibus, & successoribus suis: Cappellani, qui nominati fuerunt a descendentibus ex fratribus Dotantibus, ita negligentes fuerunt, ut pene ultimam bonis Cappellaniæ pernicicm intulerint. Crescentius Oliva, qui a Dotantibus descendit r reputans hoc evenisse, quod Cappellani non erant *ex Familia Oliva*, sed extranei, preces obtulit Sacratissimo Principi nostro, quibus postulabat, ut Patronatus passivum redigeret ad *Familiare*, ad quod admitti tantum deberent Descendentes ab Alexandro, & Gerardo suis fratribus, utque Patroni, defi iente Clerico, qui de familia sit, possit Cappellanum amovibilem eligere, qui sacra agat, quousque aliquis de familia Clericus adsit: idemque Crescentius, qui Sacerdos est, & duo fratres Alexander, & Gerardus dotem auxerunt dato Prædio, & pacta amplissima evictione.

Data fuit ab Optimo Principe Amplissimis Patribus postulationis hujus cognitio, a quibus auditus fuit Episcopus, qui secundum eam respondit. Petunt itaque nunc iidem fratres, ut idem respondeat hoc Sacrum Tribunal, quia nullum detrimentum capiat Ecclesia, quam nihil interest, an Patroni solos consanguineos, an etiam extraneos nominent, dum consanguinei idonei sint, nullumque iis obstet impedimentum, ideoque communi consensu receptum fuit, ut hæc lex non in ipsa tantum fundatione, sed etiam ex intervallo adici possit, ut post alios tradiderunt *Vivian. de Jurepatron. par. 5. lib. 4. cap. 3. n. 7.*, & 8. *Card. de Luca de Jurepat. disc.* 18. *n.* 4. *vers. secus Piton. de Controv. Patron. allegat.* 82. *nu.* 11., & *seq.*, & perpetua fuit Rotæ Romanæ sententia, ut apud *Fico. dec.* 277. *a num.* 18. *ad* 22., & *post Vondut. de Pension. decis. S. num.* 3., & *seq.*

Hinc, si Patronis indulgeatur, ut Jus passivum adstringatur ad Clericos de familia, indulgeri quoque posse disputant, ut deficientibus Clericis consanguineis, possint

possit Patroni Cappellanum amovibilem eligere, qui sacra agat, donec extent Clerici de familia, quod non ambigatur in facultate Episcoporum esse Patronorum accedente consensu, & juxta ex causa Beneficium perpetuum mutare in manuale, ut post *Navarr. cons. 9. tit. de Offic. Ordin. tradunt. Reinphest. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præbend., & dignit. §. 2. n. 47. Gonzal. ad reg. 9. Cancell., Glos. 3. §. 6. num. 62., Amostaz. de Caus. piis lib. 3. c. 5. nu. 47., Corrad. in Praxi Benef. lib. 1. cap. 6. n. 287.* Quas justas causas hic non deesse putant, itaut locus sit simili Indulgentiæ, qua usi sunt EE. PP., hoc anno, in Causa *Satrianen., seu Potentina* proposita in *Congregatione* diei 27. *Januarij*. Videant itaque, qua ratione expediendum sit Dubium. *An Juspatronatus passivum Beneficii sub titulo S. Mariæ sit coarctandum ad unum ex Clericis de Familia, quibus deficientibus, Patroni regimen, & curam Beneficii habeant cum facultate interim deputandi Cappellanum ad nutum amovibilem in casu &c.*

Affirmativè ad primam partem. Negative ad secundam.

Die Sabbathi 14. Decemb. 1748.

TRes, quæ sequuntur, Causæ in *ultima Congregatione* habita *die* 23. transacti *Mensis Novembris* dilationem obtinuerunt *ad hanc Congregationem*: Eas itaque hic damus, ut EE. PP., repetita lectione *Folij ultimæ Congregationis*, illas, uti Juris esse censuerint, expediant. *Sess. 23. c. 4. de ref.*

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS. in qua quæritur.
An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis in casu &c.

In secundo loco decisis, & ampliùs.

LISBONEN. MATRIMONIJ, cujus Dubium est. *Sess. 24. c. 1. de Reform. Matr.*
An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.

Affirmativè.

XANTONEN., SEV ORDINIS CLVNIACENSIS, in qua respondendum est. *Sess. 25. c. 19. de Regul.*
An sit locus restitutioni in Integrum in casu &c.

Dilata.

SIPONTINA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM: Responsum habuit hæc Causa, quæ data fuit in eodem *Folio ultimæ Congregationis -- Dilata, & scribat Defensor Professionis --* Impleta credimus Sacri Tribunalis mandata, ut tandem expediri possit Dubium. *Sess. 25. c. 15. de ref.*
An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita.

Sess. 23. c. 6. de Refor.

PISANA SVBSIDIORVM DOTALIVM: Hæc quoque Causa data fuit in *Folio ultimæ Congregationis*, sed non fuit Proposita, & ideo rogantur EE. PP., ut *folium* illud, atque aliud *Congregationis* habitæ *die 3. Augusti hujus anni* iterum consulant, quo respondere possit.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 23. c. 19. de refor.

MOGVNTINA PRIMARIARVM PRECVM: In Ecclesia Monasterij Monialium Veteris Cellæ vulgo *Altenmunster* Ordinis Cistercensis in Archidiecæsi Moguntina duo sunt Altaria, alterum sub Titulo *B. Mariæ Virginis*, alterum sub Titulo *S. Nicolai Eipscopi*. Ad hæc Altaria duo erecta sunt Residentialia Beneficia, quorum liberam collationem in Titulum perpetuum habet ejusdem Monasterij Abbatissa, eaque intra quatuor menses non conferente, Jus conferendi ad Custodem Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ devoluitur. Habet etiam idem Monasterium tres rurales Ecclesias Parochiales *in Budenheim* nempe, *Costheim*, & *Heydesheim*, quæ manuales sunt, amovibiles, & sine ulla institutione Tituli perpetui simpliciter commendantur. Obtinuit nuper Joannes Franciscus Max Clericus Moguntinus ab Augustissimo Imperatore Francisco I. Primarias Preces, ut assequeretur Beneficium ad unum ex duobus Altaribus Ecclesiæ Monasterij primo vacaturum; his autem Precibus jussu Eminentissimi Archiepiscop, atque Electoris Moguntini earumdem Exequutoris Abbatissæ intimatis, censuit illa eas non esse exequendas, quod a Clerico Jo: Francisco Max subreptitie, atque obreptitie impetratæ fuissent. Re itaque delata ad hoc Sacrum Tribunal, auditus fuit Officialis Moguntinus, & præfixus fuit terminus Clerico Jo: Francisco Max, ut jura sua deduceret.

Postulat nunc igitur Abbatissa, ut declaretur Primarias Preces non esse exequendas, quia ipsa non confert, nisi duo illa Ecclesiastica Beneficia erecta ad duo Altaria Ecclesiæ Monasterij, ideoque non possit esse locus Primariis Precibus Imperialibus, cum illæ juxta Indultum Apostol. locum habere possint erga eos tantum Collatores, seu Collatrices, qui queve quatuor saltem Ecclesiastica Beneficia in Titulum perpetuum conferant, ut sequentes literam Indulti tradunt *Vvames conf. 42. num. 9.*, *Vviestner in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 167.*, *Leuren. For. Benef. part. 2. quæst. 608. num. 2.*, *Kochier ad primar. Preces. in schol. sect. 2. in fin. vers. saltem quatuor Rigant. ad Regul. 26. Cancell. num. 139.*, Nihilque obesse dicit Abbatissa, quod spectent ad Monasterium tres rurales Parochiæ, itaut videatur eam conferre quinque Beneficia: Cum enim tres illæ rurales Parochiæ non sint collativæ in Titulum, sed manuales, & ad nutum amovibiles, consequens esse debeat, ut numerari non possint inter illa quatuor Beneficia Ecclesiastica, de quibus Indultum Primariarum Precum, cum explorati Juris sit Beneficia manualia, & ad nutum amovibilia immunia esse a Primariis Precibus Imperialibus, quæ locum tantum habent in Ecclesiasticis Beneficiis, quæ in titulum perpetuum conferuntur, ut tradunt *Pirring. in decretal. lib. 3. tit. 5. num. 368. vers. notandum tertio. Vviester. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 165. Schimier Jurisprud. Canon. Civil. Tractat. 1. part. 2. cap. 3. sect. 7. §. 2. num. 319.*, *Leuren. For. Benef. part. 2. quæst. 608. num. 11.*, *& seqq.*, *Kochier. d. sect. 2. vers. super singulis Benef. Eccl. num. 4. Rigant. ad d. Regul. 26. Cancellar. num. 129.*, *& seqq. tom. 3.*

Hæc, aliaque habet Abbatissa, quibus perspectis, EE. PP. cognoscere poterunt, qua Juris ratione expediendum sit Dubium.

An Primariæ Preces Imperiales sint exequendæ, ita ut Jo. Francisco Max adjudicandum sit unum ex duobus Altaribus in Ecclesia Monasterij Monialium Veteris Cellæ vulgo in Altenmunster Ordinis Cistercienſis primo

vacaturum, seu ad Abbatissam ejusdem Monasterii libera eorumdem Collatio pertineat in casu &c.

Ad Judices suos.

CASSANEN. IRREGLARITATIS: Speciem veram Causæ hujus exponere difficile est, reus enim, aliique duo, qui facto interfuerunt, non conveniunt. Thomas Andreassi Diaconus Civitatis Castrovillarum, cum mense Martio anni 1736. operis rusticis præesset, quæ in suis prædiis erant, parvoque tormento bellico, venationis gratia, armatus esset, nactus est Pastores in propinquum Fratris sui fundum vitibus, atque olivarum arboribus consitum oves immisisse. Ut damnum averteret, eo perrexit, & pignus sibi dari petiit a Pastoribus quo posset Frater illati damni emendationem coram Judice postulare. Negarunt pignus Pastores, hinc verba, & rixa inter eos, & Diaconum: Pastores Baculo, securique armati in eum irruerunt, contuderuntque repetitis versæ securis ictibus: Petrus Trascino unus ex Pastoribus, sive ut Diaconum spoliaret parvo tormento bellico, sive ut eum occideret, vectem movit tormenti, unde explosus ictus alterum Pastorem Antonium Scutaro percussit, qui occisus fuit: Ita rem Diaconus narrat. Longe aliter Pastores duo Petrus Trascino, & Juvenis alius annorum quindecim ejusdem cognomenti; Ajunt enim Diaconum in eos arma intendisse, vel ut eos cogeret ad pileum reddendum, quem eripuerant, ut vult Juvenis, vel ut pignoris loco acciperet, ut vult Petrus: In hac contentione Antonium Scutaro, elata impavide securi, Diaconum impetiisse, ut eum occideret; Fugisse Diaconum, sed cum Antonium sensisset capiti suo insesta securi imminentem, restitisse, ictuque exploso inimicum hominem certissimam mortem inferentem occidisse. *Sess. 24. c. 6. de Refor.*

Episcopus primo Diaconum in exilium impulit, eumque Irregularem declaravit, inde eum, duobus jam annis, patria extorrem revocavit: Diaconus appellationem, quam ad Tribunal A. C. interposuerat, prosequutus obtinuit declarari „ Bene fuisse, & esse appellatum pro parte Diaconi, & male judicatum per Curiam Ordinariam, ideoque revocato decreto de Partibus &c. Appellantem, ex quo homicidium fuit patratum ad necessariam defensionem, attenta pace, de qua in Processu, amplius non esse molestandum, & quoad „ prætensam Irregularitatem consulat conscientiæ suæ „ Post hæc Diaconus Andreassi preces obtulit Sacratissimo Principi, qui earum cognitionem dedit Amplissimis Patribus. Bis jam Episcopus auditus fuit, qui censet Diaconum dispensari posse, *dummodo in loco commissi homicidii non celebret*. Causa itaque nunc proponitur, & negat Diaconus incursum esse in irregularitatem, quia obtutelam corporis sui mors aggressoris evenerit, & naturæ jure cautum sit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure feciisse existimetur; Inde vero, si putent Eminentissimi Patres eum incidisse in Irregularitatem, postulat, ut dispensetur. Duo consequenter causæ hujus Capita sunt.

I. *An constet de Irregularitate in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An sit concedenda dispensatio?*

Esse concedendam dispensationem.

INDEX

CONCLUSIONUM ET RESOLUTIONUM OMNIUM

Quæ in singulis Foliis Anni 1748. prodierunt.

A

ÆTAS.

Concedimus restitutio in integrum adversus religiosam professionem ex defectu ætatis, & ex vi metuque illato nulliter emissam, *Avenionen. Restitutionis in integrum p.* 13. *ad dub.*

Denegatur restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii in professione, quæ nulla dicebatur ex defectu legitimæ ætatis, *Sipontina Restitutionis in Integrum pag* 34. *ad dub.*

ALIMENTA.

In lite super matrimonii nullitate contestata, cum pro parte mulieris exposcerentur alimenta, & sumptus litis, quomodo fuerit, resertum *in Luceorien. Nullitatis Matrimonii super Alimentis, & Sumptibus Litis pag.* 60. *cum seq. ad dub.*

Alimenta subministrantur virginibus pauperibus de familia testatoris ex redditibus ad subsidia dotalia dispensanda destinatis, *Romana Subsidiorum dotalium pag.* 48. *ad dub.*

ALTERNATIVA.

Cappellanus Curatus binis constitutus Ecclesiis non tenetur ad alternativam in celebratione Missarum, aliisque parrochialibus muneribus, nisi adsit in contrarium consuetudo, vel de hac expresse in limine fundationis conventum sit, *Feretrana Alternativæ pag.* 49. *ad dub.*

ANNIVERSARIUM.

Emolumenta pro celebranda Anniversario semel conventa, & approbata ab Ordinario loci semper imposterum præstanda erunt juxta taxam confectam, *Albanen. pag.* 29. *ad* 1. & 2. *dub. & pag.* 59.

APULIÆ PROVINCIA.

In utraque Apulia sunt quædam Cathedrales Ecclesiæ, quæ quoad dignitates, & Canonicos numeratæ sunt; quo vero ad reliquos sunt simpliciter receptitiæ, nec ad participationem fructuum, & redditumm admittuntur, nisi qui Civicam habeant qualitatem, & qui gratuitum sive longius, sive brevius juxta peculiares cujusque Ecclesiæ consuetudines, vel constitutiones servitium præstiterint, *pag.* 11. §. *Ruben.*

B

BAPTISMALIS FONS.

Non est locus erectioni Fontis Baptismalis, & juri Baptizandi in Collegiata, & Parrochiali Ecclesia S. Venantii, *Camerinen. pag.* 15. *& seq. ad dub.*

Erectio Fontis Baptismalis in Parrochiali, & Collegiata Ecclesia SS. Georgii, & Christinæ Terræ Vulsunii aliàs denegata, prævio recessu a decisis conceditur, dato tamen onere Episcopo ne alia Ecclesia, quæ ab antiquo fontem cetinebat debitis frauderetur obsequiis, *Urbevetana Fontis Baptismalis p.* 48. *& 64. ad dub.*

BENEFICIA ECCLESIASTICA IN GENERE.

Vacante Beneficio de jurepatronatus, nulloque præexistente Clerico passive vocato Episcopus potest illud in simplicem Cappellaniam commutare, *pag.* 10. *& seq.* §. *Post erectum.*

Imo & eidemmet mutationi indulsit hoc Tribunal „ retenta tamen qualitate beneficii, „ & facta per patronos obligatione manutenendi bona assignata in fundatione, necnon „ redditus duc. 12. assignatorum in augmentum beneficii „ *Satrianen. seu Potentina pag.* 10. *cum seq. ad dub.*

Uniones Beneficiorum ante vacationem factas nonnisi post obitum possidentis effectum sortiuntur, licet urgeatino pia Patrochialis Ecclesiæ, sive Seminarii, vel Chori Ecclesiæque servitium hoc postulet. *pag.* 14. §. *Tricaricen.*

Imo & ad restitutionem fructuum perceptorum a die spolii agi potest, etiamsi beneficium aliqua ex causa vacasset, si sine judicis declaratione Beneficiatus ex sua possessione dejectus sit. *Ibid.*

Uti in Episcopo Guardiæ Alferiæ, qui non obstante unione beneficii S. Joannis a Galatio facta Archipresbytero & Clero Oppidi Armenti, retinere valet illud beneficium, eique restituendos fructus a dicto Clero ex eodem beneficio perceptos, & quoad prætensas expensas judiciales uti suo rescriptum fuit *in Tricarien. Beneficii pag.14. cum seq. ad II.dub.*

Jusparronatus passivum beneficii potest redigi ad familiare, coarctari scilicet ad clericos de familia, licet hæc lex non in limine fundationis, sed ex intervallo adiici quæratur, *p.66. §. Data fuit.*

Et hoc quoque confirmatum fuit *in Satrianen., seu Campanien. Jurisdictionis pag.66. cum seq. ad primam partem dubii.*

Deficientibus autem clericis de familia, patroni regimen, & curam beneficii cum facultate interim deputandi Cappellanum ad nutum amovibilem non habent, *ibid. ad secundam partem dub.*

Episcopus accedente patronorum consensu, & justa ex causa potest beneficium perpetuum mutare in manuale, *p.92. §. Hinc.*

Indultum Apostolicum primariarum precum imperialium locum habere potest erga eos tantum collatores, seu collatrices, qui quæve quatuor saltem beneficia ecclesiastica in titulum perpetuum conferant, *ibid. §. Postulat in princ.*

Secus si talia beneficia sint manualia, & ad nutum amovibilia, tunc enim immunia sunt a primatiis precibus Imperialibus, *ibid. in fin.*

Et cum controverteretur an essent exequendæ primatiæ preces imperiales, quæ subreptitiæ, atque obreptitiæ imperratæ censebantur S. C. remisit partes ad judices suos, *Moguntina Primariarum precum pag. 68. ad dub.*

BENEFICIA ECCLESIASTICA QUOAD RESIDENTIAM.

Fructus Beneficii residentialis quando non debentur clerico absenti ratione studiorum, *Valisoltana pag.41., & pag. 64. ubi rescriptum fuit* in decisis, & amplius.

Cappellania residentialis non potest retineri cum cantoratu in Ecclesia alterius Civitatis *Senogallien. Cappellaniæ p.52. ad dub.*

BREVE.

Breve sub vitio obreptionis, vel subreptionis obtentum, atque etiam relaxatum prævio recessu a decisis non esse exequendum rescriptum fuit, *in Lucana Exequutionis Brevis p.34. ad dub.*

V

CANONICUS CANONICI IN GENERE.

Media annata debetur ab Archipresbytero, & a quibusvis Canonicis, exceptis provisis Apostolicis, *Viterbien. Mediæ Annatæ pen. ad. dub.*

Canonico a die adeptæ possessionis, fructus, distributiones, ac emolumenta omnia provenientia ex massa tam participantium, quam Canonicatuum concessit S. Congr. una cum refectione expensarum judicialium, *Arianen. p.3. ad II.dub.*

Canonicis, aut Beneficiatis absentibus studiorum causa petmittitur aliquando fructus omnes percipere, vel duas ex tribus partibus si fructus in solis quotidianis distributionibus consistant, *p.46. cum seq. §. Romam.*

Canonicus non adhuc diaconus ex consuetudine quæ viget in Ecclesiis Collegiatis Ferentinæ Diœcesis percipit tantum medietatem suæ portionis, eo quia alia medietas distribuitur inter Canonicos Presbyteros pro eleemosyna Missarum, & functionum; imo & per se ipsum, vel per alium suis propris stipendiis exercere tenetur munus Sacristæ Ecclesiæ, quæ consuetudo confirmata fuit in *Ferentina Indulti p.46. ad dub.*

In vacationis indulto comprehenduntur etiam Canonici infirmi, & jubilari ad effectum ut medietas Canonicorum inservire semper debeat Ecclesiæ cum conditionibus in indulto contentis, *Auximana pag.55. cum sequ. ad bina dub.*

Canonici, qui nullam præbendam, nullas distributiones quotidianas, tenuemque tantum habeant massam, non comprehenduntur sub dispositione S. Canonum de residentia, *p.60. §. Umbraticen.*

Præsertim si absentes residean in loco stationis Episcopi ubi est Tribunal, ubi functiones Pontificales aguntur, & divinis adsistant, tunc enim pro absentibus absolute haberi nequeunt, *ibid.*

Sacræ autem Cong. placuit absentes hujusmodi teneri ad residendum, dato onere Episcopo illos cogendi præfixo termino duorum mensium sub pœna privationis, necnon certiorandi de exequutione, *Umbriaticen. Residentiæ p.83. cum seq. ad dub.*

CANONICUS IN SPECIE.

Archidiaconus duplices habens præbendas non tenetur ad duplum omnium expensarum pro manutentione Ecclesiæ, & Sacristiæ, sed tantum ad instar omnium aliorum Canonicorum eas solvere debet a die captæ possessionis, in *Verulana Archidiaconatus p.42. cum seq. ad I. dub.*

Quo etiam modo solvere debet jura Sacristiæ debita a singulis Canonicis in actu ingressus, *ibid. ad II. dub.*

Noviter erectus an & quando habeat vocem in Capitulo, & quando ad ipsum spectet illum convocare, *ibid. ad III. & IV. dub.*

Non tenetur ad officium hebdomadarii, & respective ad missas Conventuales, & Parrochiales per turnum, *ibid. ad V. dub.*

Illique solemniter celebranti tenentur Canonici etiam primæ erectionis inservire in officio Diaconi, & Subdiaconi, *ibid. ad VI.*

Processionaliter incedens, nequit incedere solus, nec potest defetre cereum majoris ponderis, sed ejusdemmet, quod deferunt alii Canonici, *ibid. ad VII.*

An

An ad ipsum spectet præsidentia in Choro, & ad quem effectum. *Ibid. ad 8. dub.*

Archidiaconus præter Rocchettum, & Mantellettam violaceam gestare potest in Choro, aliisque functionibus Ecclesialticis, etiam vestem violaceam. *Ibid ad 9.*

An autem de quocumque habitu indutus, & indistincte per Civitatem incedens gestare posset Pivialia violacea, & signum pariter violaceum in Pileo, atque uti Collariolo violaceo cum exquireretur Sac. hoc Tribunal negativum protulit Responsum. *Ibidem ad 10. dub.*

CAPITULUM.

Capitulis quibuscumque jus fasque est de iis, quæ ad disciplinam, & Ecclesiæ servitium pertinet decernere, pag. 53. *cum seq* §. *Romana*.

Ideoque resolutio Capitularis edita a Capitulo S. Eustachii Urbis super expositione,& benedictione Sanctissimi Sacramenti quæ expletur in dicta Ecclesia feria IV. cujuslibet hebdomadæ approbata fuit. *In Romana pag. 59. ad 2. dub.*

CAPPELLANIA IN GENERE.

Vacante Beneficio de Jurepatronatus, nulloque præexistente Clerico passive vocato Episcopus potest illud in simplicem Cappellaniam ad Patronorum instantiam commutare. *p 10. & seq.* §. *Post erectum*.

Imo & eidemmet commutationi indulsit Sacrum hoc Tribunal,, retenta tamen qua-,, litate beneficii, & facta per Patronos obli-,, gatione manutenendi bona assignata in fun-,, datione, necnon redditus ducatorum duo-,, decim assignatorum in augumentum be-,, neficii ,, *Satrianen. seu Potentina pag. 10. cum seq. ad dub.*

Commutatio Jurispatronatus passivi Cappellaniæ ex jure jam quæsito passive vocatis non conceditur, sed tantum permittitur fundatoribus eorum vita durante præsentare Cappellanos ad libitum *in Compostellana Cappellaniæ pag. 12. & seq. ad dub.*

Quod confirmatum apparet in reproductione ejusdemmet Causæ *sub pag. 39. cum seq.*

Suspensio erectionis Cappellaniarum experita ex causa extremæ inopiæ in descendentibus Testatoris quando non concedatur, & quomodo rescribatur, in *Bergomen. pag. 47. ad dub.*

Cappellania residentialis nequit retineri cum Cantoratu in Ecclesia alterius Civitatis. *Senogalien. pag 52. ad dub.*

Permutatio seu subrogatio tot bonorum immobilium in locum tot Locorum Montium non vacabilium, quæ pro erectione Cappellaniæ constituta erant, denegata fuit licet utilitas ex tali permutatione appareret. *Reatina subrogationis bonorum p. 62. cum seq. ad dub.*

CAPPELLANUS IN GENERE.

Cappellani Electio ad satisfaciendum legatum missarum celebrandarum in certa designata Ecclesia denegatur hæredi. *Uxentina celebrationis missarum pag. 3. & seq. ad 1. dub.*

Immo neque permittitur onera earumdem missarum ad aliam Ecclesiam transferre. *Ibid. ad 3. dub.*

Et quando e contra Superiores alicujus Ecclesiæ teneantur præstare patientiam ut in eorum Ecclesia Cappellanos seculares missas relictas celebrent perceptis tantum utensilibus. *Ibid. ad 2. dub.*

Quæ omnia repetita & confirmata fuerunt in eadem. *Uxentina Celebrationis Missarum pag. 16.*

Commutatio Jurispatronatus passivi Cappellaniæ ex jure jam quæsito passive vocatis non conceditur, sed tantum permittitur fundatoribus eorum vita durante præsentare Cappellanos ad libitum. *In Compostellana Cappellaniæ pag. 14. ad dub.*

Quod confirmatum apparet in reproductione ejusdemmet Causæ, *sub pag. 29. cum seq.*

Quando Parocho non liceat ad arbitrium removere Cappellanum Curatum alterius Ecclesiæ ab ipso nominatum absque causa ab Ordinario cognoscenda. *Lunen. Sarzanen. Juris admovendi Cappellanum Curatum pag. 19. ad. 1. dub.*

Potest tamen semper ad sui libitum explere omnes functiones Parochiales in supradicta Ecclesia reservatis tamen Emolumentis Cappellano Curato; non autem ibi ad sui libitum residere *Ibid ad 2. dub.*

Cappellanus quando Sacra pro Fundatore applicare non teneatur. *Mediolanen. applicationis Missarum p. 33. ad 2. dub.*

Cappellanus Curatus binis constitutus Ecclesiis non tenetur ad alternativam in celebratione Missarum aliisque Parochialibus muneribus, nisi adsit contratia consuetudo, vel de hac expresse in limine fundationis conventum sit, *Feretrana alternativæ p. 4. ad dub.*

Cappellani, seu Rectores Confraternitatis Mortis sive seculares, sive regulares possunt stolam deferre in associatione cadaverum juxta eorum institutum tantum, etiam præsente Parocho. *Januen. Jurium Parochialium p. 40. ad 1. dub.*

CENSURÆ.

Exequutores Legati Pii dotalis qui absque interventu Episcopi, uti unius egremio, venerant ad discordem nominationem, non incurrisse in Censuras præscriptum fuit in *Castellanetten. pag. 25. cum seq. ad 8. dub.*

Per Censuras compellendus est Conjux non parcens cohabitationi Triennali demandatæ a Sacr Congreg. *Januen. Matrimonii p. 47. cum seq ad dub.*

COADJUTOR COADJUTORIA.

Sacerdos non obligatur ad restitutionem fructuum post adeptam possessionem Coadjutoriæ perceptorum ex loco participationis nuper declarato incompatibili cum officio Coadjutoris Archipresbyteri, sive alteris dignitatis ejusdem Ecclesiæ. *Ruben. p. 22. ad dub.*

COLLATOR.

Primariæ præces Imperiales locum habere possunt erga eos tantum Collatores, seu Collatrices, qui, quæve quatuor saltem beneficia

Ecclesiastica in titulum perpetuum conferant juxta Apostolicum indultum . *pag.* 68. § *Postulat in princ.*

Secus si talia beneficia sint manualia , & ad nutum amovibilia tunc enim immuniæ sunt a Primariis precibus imperialibus . *Ibi l. in fin.*

Et cum controvertetur an esset exequendæ Primariæ preces Imperiales quæ subreptitiè , atque obreptitiè impetrate censebantur , Sac. Congregatio remisit causam ad Judices suos . *Moguntina Primariarum preces pag.* 68. *cum seq. ad dub.*

COMMUTARE COMMUTATIO.

Vacante beneficio de jure patronatus , nulloque præ existente Clerico passivè vocato, Episcopus potest illud in simplicem Cappellaniam ad Patronorum instantiam commutare . *pag.* 10. *& seqq.* §. *Post Erectum.*

Imo & eidemmet mutationi indulsit Sacrum hoc Tribunal „ retenta tamen qualitate beneficii , & facta per Patronos obligatione „ manutenendi bona assignata in fundatione „ necnon redditus ducatorum 12 assignatorũ „ in augumentum beneficii „ *Satrianen seu Potentina pag.* 18 *cum seq. ad dub.*

Commutatio Juris patronatus passivi Cappellaniæ ex jure jam quæsito passive vocatis non conceditur , sed tantum permittitur fundatoribus eorum vita durante præsentare Cappellanos ad libitum . *Compostellana Cappellaniæ pag.* 14. *ad dub.*

Quod confirmatum apparet in reproductione ejusdemmet Causæ , *sub pag.* 29. *cum seq.*

Commutatio seu subrogatio tot bonorum immobilium in locum tot locorum montium non vacabilium , quæ pro dote Cappellæ erant constituta, denegata fuit, licet utilitas ex tali permutatione apparetet . *Reatina Subrogationi bonorum p.* 62 *cum seq. ad dub.*

CONFESSARIUS IN SPECIE .

Regulares in illorum Comitiis aut Capitulis ultra Confessarium Ordinarium approbae tum ab Episcopo pro administrando Pœnitentiæ Sacramento Monialibus sibi subiectis , de putare possent etiam Vice Confessarium ad annum , vel ad certum tempus , quoties ob justam causam ita expedire videatur , certiorato tamen Episcopo in casu uniuscujusque impedimenti , & cum ejusdem licentia . *Ariminen. pag.* 6. *& seq. ad* 11. *&* 12. *dub.*

E hic Vice Confessarius deputari nequierit a Superiore regulari , aut ab eorumdem regularium Capitulis in Confessarium extraordinarium prædictarum Monialium *Ibid. ad* 13. *dub.*

Nec pro exercendo munere Confessarii extraordinarii sufficit quempiam idoneum a Superioribus regularibus deputari , aut ab Episcopo semel per annum approbari , sed talis approbatio requiritur pro qualibet vice intra annum occurrent . *Ibid. ad* 14. *dub.*

CONFRATERNITAS MORTIS .

Cappellani, seu Rectores Confraternitatis Mortis sive Seculares sive Regulares possunt stolam deferre in associatione Cadaverum juxta eorum institutum tantum , etsi præsente Parocho . *Januen Jurium Parochial um pag.* 30. *ad* 1 *dub.*

Sodalibus q. ejusdem Confraternitatis permittitur de licentia Episcopi eleemosynam extra eorum Ecclesiam pro pauperibus quærere, absque eo quod teneantur de recta administratione rationem Parocho reddere , *Ibid. ad* 2. *dub.*

CONJUX.

Cohabitatio habenda est in Patria utriusque conjugis in qua contractum quoque fuit Connubium . *pag.* 47. *in* §. *Januen. in fine .*

Et dictæ cohabitationi per triennium demandate non parcens compellendus est per censuras . *Januen. Matrimonii pag.* 47. *cum seq. ad dub.*

CONTRIBUTIO.

Contributio per possessorem beneficii confirmavit Sac. Congregatio deberi Seminario pro rata bonorum possessorum . *Terentina Contributioni pag.* 27. *ad* 1. *&* 2. *dub.*

CURA ANIMARUM .

Decimæ correspondentes Curæ Animarum an essent concedendæ juxta populi votum Parocho Ecclesiæ Parochialis noviter erectæ , & dismembratæ ab Ecclesia Cathedrali cum expostularetur Sacrum hoc Tribunal rescripsit : Episcopo pro informatione & voto super novis precibus , audito Capitulo illius Ecclesiæ Cathedralis: *Segobricen. Dismembrationi pag* 36. *cum seq. ad dub.*

D

DAMNA , ET INTERESSE .

Parochus a suo munere injuste suspensus plenarie reintegratur ad suam Parrocchialem cum omnibus fructibus , emolumentis , damnis , & interesse in *Hiracen. temporum pag.* 4. *&* 41. *ad* 2. *dub. cum seq.*

DECIMÆ .

Correspondentes Curæ Animarum an essent concedendæ juxta populi votum Parocho Ecclesiæ Parochialis noviter erectæ , & dismembratæ ab Ecclesia Cathedrali, cum expostularetur Sacrum hoc Tribunal , rescripsit ; Episcopo pro informatione & voto super novis precibus , audito Capitulo illius Ecclesiæ Cathedralis . *Segobricen. dismembrationis pag.* 36. *cum seq. ad dub.*

DEFENSOR .

Denegatur deputatio defensoris Pii Montis erecti pro subsidiis dotalibus certo personarum generi distribuendis , & adjudicatio sala ii in *Castellanesen. subsidiorum p.* 25. *ad* 1. *dub.*

DISPENSATIO.

Conceditur dispensatio ex irregularitate in homicidio patrato ad necessariam defensionem *in Cassanen. Irregularitatis pag.* 69. *cum seq. ad dub.*

DOS ET DOTALE SUBSIDIUM .

Dotale subsidium in concursu plurium vocatarum cui nam adjudicatum sit in *Castellanesen. subsidiorum pag.* 25. *&* *pag.* 53. *ad dub.*

Ex

sius Ecclesiæ, ejusque Sactistiam *in Romana pag. 59. ad I. dub.*

OBREPTIO, VEL SUBREPTIO.

Breve sub vitio obreptionis vel subreptionis obtentum atque etiam relaxatum, prævio recessu à decisis non esse exequendum rescriptum fuit *in Lucana Executionibus brevis pag. 34. ad Dub.*

P

PAROCHIA.

FOrenses semel recognoscentes aliquam Parochiam vel mediante adimplemento præcepti Paschalis, vel se adscribendo in statu animarum, vel se proclamare faciendo in occasione contrahendi matrimonium, aut similia coram aliquo Parocho peragentes, exinde nequeunt primam Parochiam variare. *Tolentina jurium Parrochialium pag. 41. ad 3. dub.*

Et quamplurima alia sub titulo *Parochus.*

PAROCHUS.

Parochus à suo munere nullitet suspensus plenarie reintegratur ad suam Parrochialem cum omnibus fructibus emolumentis, damnis & interesse in *Hieran. Censurarum pag. 4. ad 2. dub. & pag. 41.*

Quando Parocho non liceat ad arbitrium removere Cappellanum Curatum alterius Ecclesiæ ab ipso nominatum absque causa ab Ordinario cognoscenda *Lunen. Sarzanen. juris amovendi Cappellanum Curatum p. 29. ad 1. dub.*

Poterit tamen semper ad sui libitum explere omnes functiones parrochiales in supradicta Ecclesia reservatis tamen emolumentis Cappellano Curato, non autem ibi ad sui libitum residere. *Ibid. ad 2. dub.*

Parochus si in munere suo imbuendi pueros præceptis, rudimentisque christianæ legis deficit, ab exercitio curæ suspendi potest vel eligi ab Episcopo Sacerdos idoneus, qui impensis Parochi pueros doceat, non autem cogi, ut divinis parcat *pag. 34. §. Sipontina.* Et sic resolutum fuit in *Sipontina nullitatis suspensionis* una cum condemnatione Episcopi ad expensas, & interesse. *pag. 34. ad 1. & 2. dub.*

Sodales, qui stipem pro pauperibus in districtu Paræciæ quæritant tenentur de ea bene administrata rationem Parocho reddere. *p. 17. §. Januen. in fine.*

Sed contrarium resolvitur in *Januen. jurium Parrochialium p. 40. ad dub.*

Cappellani seu Rectores Confraternitatis mortis sive Seculares, sive Regulares possunt Stolam defferre in associatione cadaverum juxta eorum institutum tantum etiam præsente Parocho. *Ianuen. iurium Parrochialium pag. 40. ad 1. dub.*

Famuli, & Famulæ debent recipere Sacramenta a proprio Parocho non autem a Parocho illorum quibus inserviunt, quoties Parochia non per certos designata sit fines, sed per domus & familias dividatur. *Tolentina iurium Parrochialum pag. 41. ad 5. dub.*

Quemadmodum, & Coloni Originarii alterius Parochiæ sunt sacramentandi a Parocho Originis non autem ab illo Monasterii, seu Religionis cui inserviunt. *Ibid. ad 2. dubium.*

Et similiter hoc casu Forenses semel recognoscentes aliquam Parochiam, vel mediante adimplemento Præcepti Paschalis, vel se adscribendo in statu animarum, vel se proclamare faciendo in occasione contrahendi Matrimonium, aut similia peragentes coram aliquo Parocho, exinde nequeunt primam Parochiam variare. *Ibid ad 3. dub.*

Parochi Cathedralium diebus festis, quibus Episcopus præsens esse debent non tenentur interfactum agendum ad Evangelii explicationem, sed hoc munus per se ipsum Episcopus implere tenetur *pag. 62 §. Pientina.*

Non procedit si Episcopus gravioribus curis distentus prædicationem per se ipsum explere non possit *in Pientina prædicationis pag. 62. ad dub.*

Nullitas Matrimonii ex defectibus consensus mulieris, & veri propriique Parochi approbatur in *Lisbonen. Matrimonii pag. 67. ad dubium.*

PARTICIPARE PARTICIPATIO.

Locus Participationis non est compatibilis, nec retineri valet cum officio coadjutoris Archipresbyteri, sive alterius dignitatis ejusdem Ecclesiæ in *Ruben. pag. 22. ad 1. dub.*

Nec tamen obligatur Sacerdos ad restitutionem fructum ex tali loco perceptorum post adeptam possessionem Coadjutoriæ. *Ibidem ad 3. dub.*

Presbyterum non pollentem debitis qualitatibus non esse admittendum ad participationem Missæ communis alias resolutum fuerat, & denuo confirmatum, *Arianen. pag. 3. ad 1. dub.*

Canonico a die adeptæ possessionis, fructus, distributiones, ac emolumenta omnia provenientia tam ex missa participationum, quam Canonicatuum concessit Sacr. Congr. una cum refectione expensarum judicialium. *Ibid. ad 2. dub.*

Admissio ad participationem loci vacantis in Ecclesiis receptitiis Civitatis S. Severi facienda est secundum Constitutiones Synodales Episcopi Mattæ, & juxta methodum expressam in decretis Sacræ Congregat. alias emanatis. *Sancti Severi participationis p. 40. cum seq. ad 1. dub.*

Atque methodum servandam tantum esse pro nunc quoad examen Theologiæ Moralis. *Ibid ad 2. dub.*

Et in præsentatione facienda per Clerum ad vacantem participationem sufficit illius tantommodo testimonium adscriptionis, & servitii Ecclesiæ respective ab aggregato præstiti *Ibid. ad 3. dub.*

Quoad vero prælationem dandam in concursu approbandorum recurrendum esse in casibus particularibus. *Ibid. ad 6. dub.*

Edictumque Episcopi latum pro citandis Presbyteris aggregatis interesse habentibus ad examen pro obtinenda participatione loci vacantis non sustineri. *Ibid. ad 9. dub.*

PORTIONARIUS.

Portionario electo a Clero talem facultatem habente adjudicata fuit portio vacans, *Triventina portionis p. 51. cum seq. ad dub.*

PRÆBENDA.

Archidiaconus duplices habens præbendas non tenetur ad duplum omnium expensarum pro manutentione Ecclesiæ, & Sacristiæ, sed tantum ad instar omnium aliorum Canonicorum eas solvere debet a die captæ possessionis. *Verulana Archidiaconatus p. 42. cum seq. ad 1. dub.*

Quo etiam modo solvere debet jura Sacristiæ debita a singulis Canonicis in actu ingressus. *Ibid. ad 2. dub.*

PROFESSIO.

Conceditur restitutio in integrum adversus religiosam professionem ex defectu legitimæ ætatis, & ex vi & metu illato nulliter emissam. *Avenionen. restitutionis in integrum pag. 13. ad dub.*

Denegatur restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii in professione, quæ nulla dicebatur ex defectu legitimæ ætatis. *Sipontina restitutionis in integrum pag. 34. ad dub.*

Professio etiamsi ab initio per vim & metum emissa dici posset, timeri vel ex diuturno professi silentio, vel ex illius indolentia, aliisque depositi metus signis, nil obstet ut dicamus eam ratam habere voluisse. *pag. 30. §. Contra.*

Denegatur restitutio in integrum adversus religiosam professionem, quæ prætendebatur emissa per vim, & metum, & ad mortem effugiendam. *Romana, seu Camerinen. restitutionis in integrum p. 59. cum seq. ad dub.*

R

REDDITIO RATIONIS.

Episcopus potest exigere rationes administrationis bonorū Monialiū Canonicis etiā Regularibus subjectarū ad formam Bullæ sanctæ Gregorii XV. incipien. *Inscrutabili* non obstante quocumque prætenso ejus non usu, & pro hujusmodi effectu debent asportari libri administrationis, aliæque scripturæ pro rationum revisione necessariæ ad eius Palatium Episcopale. *Ariminen. pag. 6. & seq. ad 9 dub.*

Quæ tamen revisio fieri debet cum interventu Abbatis ejusdem Monasterii, aliorumque Regularium ejusdem Ordinis, & quatenus Abbas opportune monitus non comparuit, sive per se, sive per alium Regularem, revisio fieri potest a solo Episcopo. *Ibid. ad 10. dub*

Sodales qui stipem pro Pauperibus in districtu Paræciæ quærunt tenentur da ea bene administrata rationem Parocho reddere. *p. 27. §. Januen. in fine.*

Contrarium resolvitur in *Januen. jurium Parochialium pag. 40. ad 1. dub.*

REDUCTIO.

Conceditur reductio oneris Missarum ad rationem eleemosynæ manualis attenta diminutione reditūum *Burgi S. Sepulchri reductionis oneris Missarum pag. 23.*

REGULARES IN GENERE.

Monachis Congregationis Olivetanæ Oppidi de Quarto, qui efflagitabant Sacr. Congr. an possent Puerperis benedicere, & ejusdem Monasterii Abbates extra Monasterium Pontificalia exercere: in Processionibus Confraternitatis mortis eorum curæ adscriptæ extra Monasterium Mitram, Baculum Pastoralem deferre: Campanas, sacram Suppellectilem, Altaria etiam pro usu aliarum Ecclesiarum etiam Secularium benedicere, rescriptum fuit *recurrant ad Sacram Congregationem Rituum. Januen. jurium parochialium pag. 40. ad 4 dub.*

RESIDERE RESIDENTIA.

Canonici qui nullam præbendam, nullas distributiones quotidianas, tenuemque tantum habeant massam, non comprahenduntur sub dispositione Sacrorum Canonum *de Residentia p. 60. §. Umbriaticen.*

Præsertim si absentes resideant in loco stationis Episcopi ubi est Tribunal, ubi functiones Pontificales aguntur, & divinis adsistant. *Ibidem.*

Sacræ autem Congregat. placuit absentes hujusmodi teneri ad residendum, dato onere Episcopo illos cogendi præfixo termino quotum mensium sub pœna privationis, necnon certiorandi de exequutione. *Umbriaticen. residentiæ pag. 60. cum seq ad dub.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Conceditur restitutio in integrum adversus religiosam Professionem ex defectu legitimæ ætatis, & ex vi, metuque illato nulliter emissam, *Avenionen. restitutionis in integrum p. 13. ad dul.*

Denegatur restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii in professione, quæ nulla dicebatur ex defectu legitime ætatis *Sipontina restitutionis in integrum p. 34. ad dub.*

Denegatur restitutio in integrum adversus religiosam professionem, quæ prætendebatur emissa per vim, & metum, & ad mortem effugiendam in *Romana, seu Camerinen. restitutionis in integrum p. 59. ad dub.*

S

SACRAMENTUM SACRAMENTA.

Famuli & Famulæ debent recipere sacramenta a proprio Parocho non autem a Parocho illorum quibus inserviunt, quoties Parochia non per certos designata sit fines, sed per domus, familias dividatur. *Tolentina jurium Parochialium pag. 41. ad 5. dub.*

Quemadmodum & Coloni Originarii alte-

rius Parochiæ sunt sacramentandi a Parocho originis non autem ab illo Monasterii, seu religionis cui inserviunt. *ibid. ad II. dub.*

Procedit etiam quoad Forenses, qui semel recognoscendo aliquam Parochiam, vel mediante adimplemento præcepti Paschalis ad adscribendo in statu animarum, vel se proclamate faciendo occasione contrahendi Matrimonium, aut similia peragendo coram aliquo Parocho, nequeunt exinde primam Parochiam variare, *ibid. ad III. dub.*

SEMINARIUM.

Contributio per possessorem beneficii confirmavit S. Cong. deberi Seminario pro rata bonorum possessorum, *Tarentina Contributionis p.27. ad I. & II. dub.*

SPONSALIA.

In Sponsalibus, quæ eum duobus viris, necnon dolo malo, & sine consanguineorum consensu contracta, irrita pretendebantur, quomodo rescribatur, *in Anconitana Sponsalium p.22. ad dub.*

SUBROGARE SUBROGATIO.

Permutatio, seu subrogatio tot bonorum immobilium in locum tot locorum montium non vacabilium, quæ pro dote Cappellæ constituta erant denegata fuit licet utilitas ex tali permutatione appareret, *Reatina Subrogationis Bonorum p.62. ad dub.*

SUBSIDIUM DOTALE.

Vid. *Dos*.

SUSPENSIO.

Decretum suspensionis, & irregularitatis ab Episcopo injuste latum non apptobatur, imo & remotum œconomum curæ Parrochiali deputatum, Parochumque ad suam Parrochialem plenarie reintegratum cum omnibus fructibus, emolumentis, damnis, & interesse *in Hieracen. Censurarum p.4. ad I. & II.*

Episcopus ab exercitio curæ suspendere potest Parochum deficientem in munere suo imbuendi pueros rudimentis, præceptisque christianæ legis, vel eligere Sacerdotem idoneum qui impensis Parochi pueros doceat, non autem illum a divinis suspendere, *p.32. §. Sipontina*.

Alias tenetur reintegrare Parocho expensas, & interesse, *Sipontina Nullitati suspentionis p.32. ad I. & II. dub.*

Suspensio erectionis Cappellaniarum expetita ex causa extremæ inopiæ in descendentibus testatoris quando non concedatur, & quomodo rescribatur in *Bergomen. p.47. ad dub.*

T

TAXA IN GENERE.

PRo anniversario explendo semel confecta, & approbata a loci Episcopi semper imposterum erit servanda, *Albanen. p.29. ad I. & II. dub. & p.59.*

TAXA INNOCENTIANA.

Episcopo in distributione, seu adjudicatione subsidiorum dotalium extrajudicialiter, vel judicialiter accedenti nulla debentur emolumenta, sed tantum ejus ministris juxta taxam Innocentianam, *Castellanen. p.25. cum seq. ad V. Dub.*

TRANSLATIO.

Relicto legatum Missarum celebrandarum in certa designata Ecclesia denegatur heredi electio Cappellani, necnon translatio earundem Missarum ad aliam Ecclesiam, *Vxntina Celebrationis Missarum p.3. & seq. ad I. & III. dub.*

V

VACARE VACATIO.

IN Vacationis indulto comprehenduntur etiam Canonici infirmi, & jubilati ad effectum, ut medietas Canonicorum inservire semper debeat Ecclesiæ cum conditionibus in dicto Indulto contentis, *Auximana pag.55 cum seq. ad bina dub.*

VISITARE VISITATIO.

An Episcopus procedere teneatur contra Capitulares Cathedralis Ecclesiæ extra Visitationem cum duobus adjunctis ad formam cap.6. Sess.25. de reform., & in Visitatione Cathedralis, dictorumque Capitularium per se ipsum dumtaxat ad formam cap.4. sess 6. de reformat. Cum exposceretur Sacra Congregatio respondit: Prævio recessu a decisis sub die 19 Decembris, affirmative, *in Gerunden. Iurisdictionis super Adjunctis, & Visitatione Cathedralis pag.19.*

Episcopus non obstante asserto Brevi san. mem. Innocentii VIII habet jus visitandi Monasterium, & Moniales Canonicis Regularibus subjectas quoad clausuram, & explendi alia, de quibus in Constitutione *Inscrutabili* san. mem Gregorii XV. *Ariminen. pag.6. cum seq. ad I. dub.*

Imo & visiturus clausuram dicti Monasterii, potest ipsas Moniales cogere ad subeundum onus Visitationis personalis ad cratres Collocutorii circa ea, quæ pertinent ad clausuram, *ibid. ad II. Dub.*

Et in concernentibus clausuræ custodiam potest visitare ne dum crates, & mœnia exteriora Monasterii prædictarum Monialium, sed etiam Chorum interiorem, Dormitorium, Cellas omnes inferiores, & superiores, aliaque loca, *ibid. ad III. dub.*

Congruisque juris remediis poterit Moniales, aliosque resistentes dictæ Visitationi, aut eam impedientes punire, *ibid. ad IV. dub.*

Et ad hanc Visitationem perficiendam potest ingredi stola indutus, eidemque accedenti, & visitanti parare faciant Moniales Stratum cum pulvinari tam in Ecclesia interiori, quam in exteriori, & in ingressu, & regressu ab Ecclesia honorificentiæ, & Præeminentiæ præmittantur actus reverentiales, & associatio per Confessarios, Officiales, aliosque Monasterii Ministros, *ibid. ad 5. 6. & 7. dub.*

Quam etiam Visitationem poterit solus cum suis Convisitatoribus perficere absque interven-

ventu Abbatis, Confessarii, aliorumque ejusdem Ordinis Regularium, *ibid. ad 8. dub.*

UNIO.

Uniones Beneficiorum ante vacationem factas nonnisi post obitum possidentis effectum sortiuntur, licet urgeat inopia Parrochialis Ecclesiæ, sive Seminarii, vel Chori, Ecclesiæque servitium hoc postulet, *p. 14. §. Tricaricen.*

Imo & ad restitutionem fructuum perceptorum a die spolii agi potest etiamsi Beneficium aliqua ex causa vacasset, si sine judicis declaratione Beneficiatos e sua possessione dejectus sit. *Ibid.*

Uti Episcopo Guardiæ Alferiæ non obstante unione Beneficii S. Jo: a Galasso facta Archipresbytero, & Clero Oppidi Armenti illud retinere permittitur, eique restituendos fructus a Clero ex eodem Beneficio perceptos, & quoad expensas judiciales uti jure suo rescriptum fuit in *Tricaricen. Beneficii pag. 14. cum seq. ad II. dub.*

VOCATIO SUBSIDIARIA.

Vocationem subsidiariam fœminarum defecta agnatione in concursu extranei substituti adimere non valent, nec contemplatio agnationis, nec mentio lineæ masculinæ etiam in parte dispositiva, neque vocatio masculorum ex masculis sive explicita, sive collectiva sub generalibus vocabulis filiorum, & descendentium masculorum, sed ad eas tali casu excludendas requiritur omnino expressa fœminarum, & masculorum ex eis descendentium exclusio, *pag. 58. §. Fundamentum.*

Præsumi enim haud posse videtur, Testatorem deficiente agnatione, & masculina qualitate voluisse potius præferre extraneos fœminis de sanguine, & contentiva ipsius familia, *Ibid.*

Agnatio vero, & qualitas masculinitatis, tam ex parte generantis, quam generati faciunt, ut testator præferre voluerit agnationem, atque agnatos cognationi, & cognatis, non autem ut præferre voluerit extraneos cognationi, & cognatis, *Ibid.*

Ad hoc firmandum in promptu est *Papiniani responsum in l. Cum Avus ff. de cond. & demonst.*, quod licet interpretes adseruant locum habere dumtaxat in dispositionibus Ascendentium, tamen firmatur illud militare etiam in dispositionibus transversalium, qui pro se parentes jacturam familiæ effectivæ reparant in filiis fratrum, & agnatorum, *Ibid.*

Hoc tamen non obstante cum rogaretur S. Congreg. an esset consulendum Sanctissimo pro Constitutione dotis super bonis fideicommissariis negative rescripsit *in Nepesina p. 57. cum duabus seqq. ad dub.*

UTENSILIA.

Ecclesiis, quæ præstare tenentur patientiam, ut Cappellani deputati Missas ibi relictas celebrent debentur utensilia, *Uxentina Celebrationis Missarum p. 3. & seq. ad II. dub.*

FINIS.

BX Catholic Church. Congregatio
1935 Concilii
A36 Thesaurus resolutionum
t.14-17 Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 13 18 06 004 0